HISTORIA
PRINCIPUM
LANGOBARDORUM

Quae continet antiqua aliquot opuſcula de rebus Langobardorum Beneventanae olim Provinciae quae modo Regnum fere eſt Neapolitanum.

CAMILLUS PEREGRINIUS
ALEX. FIL. CAMPANUS


Recenſuit, atque carptim illuſtravit.

HAC NOVA EDITIONE

Notis, ineditis adhuc opuſculis, variiſque Diſſertationibus, atque Peregrinii vita auxit

FRANCISCUS MARIA PRATILLUS.

TOM. V.



NEAPOLI, Ex Typographia Johannis de Simone, MDCCLIV.

Superiorum facultate.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAESTANTISSIMIS

ILLUSTRISSIMAE AC FIDELISSIMAE URBIS TERLICII

QUINQUEVIRIS

JOSEPHO DE SANCTO GEORGIO) *Syndico*

U. J. D. NICOLAO ZAPPAE
CAROLO DE PAU'
MICHAELI DE VITO
JOSEPHO AMOROSINO BRIGATIAE. } *Electis.*

F. M. PRATILLUS FEL.



Quod ab antiquiſſimis ſeculis in ætates ſingulas ad noſtra uſque tempora, Præſtantiſſimi VVIRI, deductum, illud profecto eſt, ut qui Literarium aliquod opus publicæ luci efferre voluerit, ad ejus non tam ornamentum, quam tutelam, Patronos elegerit, iiſdemque laborum ſuorum curas inſcripſerit, a quibus, &

Digitized by Google

invidorum morſus evitare; & apud omnes exiſtimationem ſaltem aliquam adſequi valeat: hoc etiamnum meam, qua diu anceps hæſeram, cui titulum huic Hiſtoriæ Princ. Langob. Tomo ponerem, voluntatem ſollicitavit. At anxietatem hanc meam animo expuli, quum ad veſtram ILLUSTRISSIMAM URBEM mentis oculos datum ſit advertiſſe; e cujus Cl. Civibus ſtimuli ſimul, monumentaque ad hujus plenam Hiſtoriae deſcriptionem eruta, atque adparata. Ab Epiſcopo præcipue Tropeenſi Ill. Cive veſtro, quo familiariſſime dudum uti conceſſum eſt, permulta mihi quidem ſubminiſtrata emolumenta, quæ ad rem noſtram utique pertinebant. Immo ad alterum quoque meum APPIAE VIAE opus, elapſis annis impreſſum, manum ipſe mihi amice porrigens, quorumdam in eo ſphalmatum (aliorum potius, quam mei culpa exſcriptorum) maculas humaniſſime oſtendere dignatus fuit, in illo praeſertim Capite, in quo de Terlicii Urbe ſermo erat, quam ex fallaci aliorum relatione, chartulaque quadam a Rubenſibus olim Civibus, aut circumductione, aut interpolis, aut calumnia in vulgus educta, Terlicium, ut Rubi Coloniam credere, ſeductus exiſtimaveram. Sed ſi haec iſta ſibi tempus ſpectacula poſceret, non unius tantummodo calami vim in fraudulentos illos exploderem, qua dolos hoſce proſternerem; Verum etiam praeſigniora Urbis veſtræ decora præ indebita Rubenſium

sium privilegiorum jactatione, effulgere praemonstrarem. Testem advoco Sanctissimi Domini Nostri Benedicti PP. XIV. Constitutionem, qua nec absque providentissimo consilio nuper Terlicii Cathedram cum proxima Juveniacensi Concathedralitatis titulo, Dignitateque exornarit, speciosо illo Diplomate, in quo Ecclesiæ, Urbisque vestræ laudes cumulatim distinguuntur. Eccui namque, Illustrissimi Procères, ignota illius in veteribus chartis monumenta, & apud Scriptores repetita Insignium encomia; quibus & Civitatis pulchritudo, ædificiorum compositio, Civium humanitas, ingenium, claritas prædicatur? An non æque a cunctis, neque hujus solummodo Regni, sed totius Italiæ Provinciis pervulgata agrorum vestrorum ubertas, magnitudo, opulentia, quod oleis, frumentisque non tam copia, quam celebritate, aliis Italiæ agris antecellat? Quid de aëris salubritate, quæ suprema ingeniorum altrix, & ministra existimatur? Neque equidem immerito Cives suos ad artes, scientiasve omnes adipiscendas alit, disponit, protrahit, quorum Cll. VV. non unum heic retexere deberem Catalogum, qui aut dignitatibus, aut literis, vel armis benemeriti floruere, ad eorum monumentum aere perennius erigendum. Sat illorum veteres, & nuperi Scriptores meminere. Satisque nos adhuc inspicimus, quot Romae, quot alibi virtutum suarum munera, praemiaque debita affluentissime colligant. Norunt

Digitized by Google

runt iſthæc Cives tui, tuaque Provincia; norunt omnes, quam virtute arma, armis militia, milites laureis, laureae inſigniis, inſignia gloriis, laudibus, præmiiſque decorata fuerint. Haec me confuſim innuiſſe ſit ſatis: diſtinctim enim ea recenſere veſtris in vultibus ruborem, animis perturbationem inferrent profecto; quum æquo prorſus pede vobiſcum meritum, ac moderatio incedant, quibus non tam veſtra virtus, quam Urbis gloria augetur, ac vireſcit quotidie. Neque in poſterum, aut vireſcet minus, aut floreſcere deſinet, ſi vos ea metipſa ad Urbis cuſtodiam vigilantia, ad ingenii culturam ſollicitudo, ad animi moderationem diligentia, comitas, conſuetudo circumvenerit. Quibus ab virtutibus non addubitandum, Præclariſſimi Proceres, ſpondeo, quin Terlicium, ejuſque Incolæ ad majora perpetuo ſe extollant, Orbique Univerſo lucem ſuam profundant; quod Altiſſimi Domini Providentia efficiat enixe voveo, ac deprecor.

Neapoli Kal. Sextileis CIↃIↃCCLIV.

ELEN-

Digitized by Google

Elenchus eorum, qui in hoc Tomo V. continentur.

I. *Catalogus Ducum Benev. & Princ. Salerni, nunc primum typis datus, cum notis Franc. Mariæ Pratilli.*

II. *Chronicon Principum Benev. & Salerni cum notis ejusdem, & Cam. Peregrinii.*

III. *Chronicon Ducum, & Princ. Benev. cum notis ejusdem, & Cam. Peregrinii.*

IV. *Cam. Peregrinii de Appendice Libri I. suae Langob. Historiæ Admonitio.*

V. *Chronicon Ducum, & Princ. Benev. usque ad Landulfum I. & Atenulfum II.*

VI. *Cam. Peregrinii Annorum Ducum Benev. cum Aera Christi comparatio, cui adjectae Franc. M. Pratilli animadversiones.*

VII. *Kalendarium, & Necrologium Monasterii S. Benedicti Cassinensium Capuae, nunc primo excusum cum notis Pratilli.*

VIII. *Catalogus Principum Capuae, nunc etiam primo excusus.*

IX. *Cam. Peregrinii de Stemmate Principum Langob. cum animadversionibus Pratilli.*

X. *Chronicon Breve Monachorum S. Benedicti, seu Ducum Beneventi.*

XI. *Cam. Peregrinii Series Abbatum Cassinensium cum notis, & addition. Pratilli.*

XII. *Ejusdem Peregrinii de Ducatu Beneventano Dissertationes, quibus adjectæ sunt notæ Franc. M. Pratilli.*

Digitized by Google

Digitized by Google

FRANCISCI MARIÆ PRATILLI
DE CATALOGO PRINCIPUM SALERNI
MONITIO.



Uem Beneventi, & Salerni Principum Catalogum, Cavenſi chronico praefixum, in antecedenti Tomo hujus operis legentibus jam pollicitum, hujus poſtremi tomi initio publicae luci commendo. Quam ob cauſam hoc egerim, Lectori meo humaniſſimo lubens fateor. Peregrinius noſter diviſim catalogos Abbatum Caſinenſium cum Benev. Ducum aetate, illorumque deinde pleniſſimam ſeriem, & horum, Principumque Salerni chronotaxes ex Archivii Caſin. S. Sophiae Benev. aliiſque autographis exemplatos, diviſim in ipſius Langob. Principum Hiſtoria, & (ut ita dicam) in fruſta diſſectos, pene confuſim, & inordinate produxerat; indeque iſtorum Beneventi, & Salerni Principum ſeriem, aetatem, ſucceſſionem, aliaque in ſua annorum comparatione, quam infra dabimus, clare nimis, diſtincteque, ſuo adjuncto illorum Stemmate, aperuit, atque enodavit; ac poſtremo de Stemmate Atenulfi I. Capuae Principis (e quo Dynaſtae permulti Capuani Principatus originem ſuam traxerunt) Diſſertationem perquam eruditam elucubravit, Stemmate quoque in expanſa tabula adjuncto, tam Langobardorum ab Atenulfo ſubſecutorum Principum, quam etiam Northmannorum. Ut igitur haec omnia, inſimul cum brevi Necrologio inedito Monaſterii S. Benedicti Caſinenſium Capuanae Civitatis (a quo ejuſdem Principum, aliorumque ejus Principatus Comitum, & Magnatum nomina, familiae, ſucceſſiones, dieſque emortuales dignoſci valeant) uno in loco diſpoſita cuderentur, hocce in Tomo unitim typis conſignare curavi, eaque meis notulis, & animadverſio-

Digitized by Google

nibus exclarescere, ut legentibus facem, praeferrent, veritatisque semitam aperirent ad Langobardorum Principum, eorumque progenies distinguendas.

Pauca quidem ad nodos aliquos exsolvendos Cl. Peregrinius adnotaverat, illaque sitim magis adcrescere, quam extinguere venerandae antiquitatis cultoribus poterant: guttatim enim (ut ita dicam) aquam sitientibus praebuit, quum illi plenam ollam, redundantemque pro necessitate expectarent. Neque Muratorius in Annal. Ital. cuncta, quae ad nostratum Principum successiones, aetatesque necessaria erant, distinxit, Salernitanorum praecipue Principum, eorum initia quandoque, vel obitum, aut praevertens, aut postponens, ut infra patebit. Immo neque idem ipse Anon. Saler. To. II. hujus operis integre recusus; neque alii qui Salernitanae, aut Amalfitanae urbis res deinde pertractarunt, nullam suorum Dynastarum distinctionem, quoad eorum aetatem, regiminis initium, vel finem, posteritati pro veritate, critica ve lance pensitantes, amandarunt: quin potius tot ambagibus, erroribus, fabellisque eorum Historias immiscuerunt, ut stomachum potius legentibus moveant, quam comprimant.

Ex hoc nostro Cavensi Catalogo eorum nomina, successiones, ordinem, aetatem, obitum, cunctaque ad aptiorem ipsorum chronotaxim spectantia, Benevole Lector, habebis. Quadere integram illi, sacramque fidem praestandam fore judico, quod totus ipse Chronographus, fuerit in veritate inquirenda, posterisque fideliter adprobanda. Revera namque pene totum Cavense Archivum qui pervolutaverint, adamussim chartae illius Coenobii annis respondent, quibus Salerni Principes vixerint aut defuncti fuerint; sique de aliquibus chartae illae sileant, satis ab Salernitano Anonymo, ab Chronico Amalfitano (quamvis hoc mendis innumeris, fabulosisque narrationibus fuerit conspurcatum), ab Heremperto, a Romualdo Salernitano, aliisque Langobardis Chronologis ista explanantur, ut suo loco patebit.

Char-

Digitized by Google

Chartas profecto omnes Cavenſis Monaſterii pervolutavit Peregrinius. At Chronicon iſtud, ſeu Principum Salerni Catalogum prae manibus quidem (neque aliter ſuſpicari poteſt) nullatenus habuit, niſi jam prius in lucem tradita ejus Hiſtoria Princ. Langob. An. MDCXLIV. Nam ſi illum ſub oculis antea habuiſſet, multa quidem in ejus Stemmate (quod infra dabitur) Salerni Principum caſtigaſſet, pluraque auxiſſet; neque in Joanne II. (quem I. potius adpellare debuiſſet) adfirmaſſet: *ignoto rerum ordine Principatum obtinuiſſe: ſicuti nec quidem conſtat, quo caſu eundem Principatum amiſit Pandulfus* (potius Paldulfus); quum haec apertiſſime enodentur in praefato Cavenſi chronico, ſeu Principum Salernitanorum Catalogo, ut ſuo quaeque loco Lector agnoſcet. Multa quoque in dicto ſtemmate dubitanter Peregrinius adfert, quae pro certo adfirmare potuiſſet, ſi Chronici hujus, atque Catalogi lectione inſtruebatur. In altero certe Hiſtoriae ſuae Tomo, quem ille pridem promiſerat, iſthaec fortaſſe melius diſceptare, atque explicare fort. contigerat, quum poſt annum MDCLIII. Chronicon iſtud, teſte Fabio Vecchionio ejus amanuenſe, exemplandum ſibi praebuiſſent Cavenſes fortaſſe Monachi. At ſuo, noſtroque fato in cinerem Tomus, & Chronicon autographum cum hocce Catalogo abiit, quorum prior jam fuerat abſolutus, & alterum pene ad miraculum exemplatum, & ab incendii periculo evaſum, quod ſane deflendum magis, quam enarrandum. Ceterum ſeries horum Principum, illorum epoche, Principatus tempora, ſucceſſioneſque ab nemine alio expectari, quam ab noſtro Cavenſi Chronologo poterant. Multa etenim aut penitus ignota, aut ſaltem dubia Peregrinio, aliiſque antea extiterant, quae modo apertiſſime eluceſcunt; reſque Salernitanae Dynaſtiae poſt Camilli noſtri labores, meaſque curas pene in integrum reſtitutae, & vix lacuna aliqua expleri deberent: quod a Salernitanis, aut Cavenſibus Cl. Viris ſuppletum, quod ſua magis intereſſe videatur, expectamus. Ab ipſis etiam Diſſertationem Prin-

cipatus Salerni finium, extenſioniſque, tam in ipſius ſub Siconulfo initiis, quam ſequioribus deinde ſaeculis diu expetitam, & efflagitatam fruſtra uſquemodo ſperavi, quae non huic operi ſolummodo decus; ſed, quod magis eſt, eorum Patriae ſplendorem, ac gloriam auxiſſet.

Fueritne idem hujus Catalogi, & Cavenſis Chronici deſcriptor, ignoramus: neque aliquid profecto nobis commodi, aut utilitatis hoc ſcire conferre poterit, quum Auctor nomen ſuum poſteritati caelare voluerit. Conjectari utique abſque ſcrupulo poſſumus, unum fuiſſe (ab Chronographo Cavenſi diverſum) ſcriptorem iſtius Catalogi, qui revera Ducum, ac Principum Beneventi ſeriem ab S. Sophiae Chronologis, aliiſque illius Urbis Scriptoribus tranſcripſit; ipſeque Salerni Dynaſtarum Catalogum ab ſui Monaſterii (Cavenſis namque Monachus cenſendus eſt) chartis, & Scriptoribus, ſeniorumque traditionibus, aut antiquo alio Regeſto proſecutum. Neque illos ipſos, qui Chronicon Cavenſe confecerunt, hujus Catalogi Auctores dixerim, quum in aliquorum Principum, epoche definienda, aut erraverint, aut verbum nullum fecerint, ſcilicet de Joannis Lamberti genere, & Paldulfi Principis educatione, ejuſque fato: de Manſonis Principatu, ejuſque poſt ejectionem eventu; neque de Joanne Principe quiſnam fuerit, quibuſque artibus Princeps inauguratus poſt Manſonis ejectionem. Nullam fere de Principum uxoribus memoria; neque modicae in annorum ſupputatione hallucinationes, & ſphalmata. Qui igitur iidem Auctores Catalogi hujus deſcriptores cenſendi ſunt, qui ſibimetipſis ſaepiſſime contradixerint, neque idem in Catalogo quod in Chronico enarraverint? Alius proinde Chronologus, Cavenſis fortaſſe Coenobii Monachus ut dixi, exiſtimandus eſt, qui ſeriem Salernitanorum Principum poſteris exhibuit. Utinam autem ſicuti eorum ordinem, aetatemque deſcripſit, annos quoque quibus eorum filii, aut exteri cum iis in Principatu conregnarunt diſtinxiſſet! parvam profecto, levemque laboris,

& cu-

Digitized by Google

& curae ſolicitudinem mihi dediſſet ad eorum diſpoſitionem interponendam ! Et quidem in Giſulfo I. quid certi de Priſci Principatu ? quid de Paldulfo ſub Joannis Lamberti paedagogia ? immo poſt adoptionem Paldulfi nihil prorſus diſtinctionis de indubia Manſonis Amalfitani epoche ; & an aeque cum Paldulfo ſimul Principatum ſemper tenuiſſet , an non : aut poſt mortem Paldulfi , Manſo ſolus thronum occupaverit , vel ſimul cum ipſo aliquando regnaverit , vel Principatui ceſſerit , aliaeque hujus pelagi ſyrtes, ac ſcopuli , qui nobis in eo navigantibus iter impediunt , periculaque , & naufragium minitantur . Non equidem Catalogi hujus deſcriptori , ſed ejus amanuenſibus crimen impingo , qui autographum aliquomodo corrumpentes , ſive interpolantes, Chronologiae ſeriem inverterunt. Meis pro viribus ab Cavenſi Chronico , ab aliis Chronographis , a veteribus chartis , a Peregrinii ſtemmate (quod facem mihi praemonſtravit) veritatem aliquantiſper ſaltem eruvendam ſpero , quam in meo novo Principum Salernitanorum Stemmate producam , cui ſi humaniſſimus Lector non ſuae congruere voluntati noſcet , errores corrigat precor , atque inſto , ut in melius ſe erigat Langobardorum noſtrorum Hiſtoria , quae nodis quamplurimis & ambagibus implicatur , ut in Tomis praecedentibus obſervavimus , & in hoc poſteriori plenius agnoſcetur . Atque haec brevi dicta ſufficiant.

INCIPIT CATALOGUS DUCUM BENEVENTI, ET PRINCIPUM SALERNI .

ZOtto Dux primus in Benevento tenuit Ducatum ſuum Langobardorum poſt ſuum adventum ann. circ. XX.
Aroges (1) Dux II. per ann. L.
Ajo ejus fil. per A. I. menſ. VII.

Ra-

(1) Sc. *Arechis*, al. *Arachis*, & *Rachis*.

Digitized by Google

Radoalt (2) An. V. menſ. II.

Grimualt ejus frater poſt eum An. XV. menſ. X. (3) Regnum poſtea Langobardorum optinet per A. IX. menſ. III. mortuo Rege Aripert.

Romoalt ejus fil. per A. XV. menſ. XI.

Grimualt alter per A. III. menſ. II.

Geſulfus per A. XXIV. (4) menſ. IX. & poſt ejus obitum regnavit in Benevento ejus filius

Romoalt alter per A. XXV. menſ. VII.

Adilaus (5) ſedit A. I. menſ. IX. qui poſtea fuit, occiſus,

Gregorius Dux miſſus eſt Beneventum a Rege Langobardorum Leutprand. (6) Regnavit per A. VII. menſ. IV.

Godeſcalcus (7) per A. III. menſ. IV.

Geſulfus alter ſedit per A. XII. (8) menſ. VII.

Leoprand Dux (9) fuit per A. III. menſ. VII. poſtea Benevento pulſus eſt,

Aroges alter, qui primus Principem (10) ſe nominari fecit in Ben. Regnavit per A. XXIX. menſ. II.

Gri-

(2) Radoaldus Dux ſimul cum Grimoaldo A. V. M. II. quo mortuo regnavit ſolus ejus germanus Grimoaldus; inde Rex Italiae, ut infra.

(3) Chron. S. Sophiae tribuit Grimoaldo A. XXV. ſed revera tam cum fratre, quam ſolus, & poſtquam Rex inauguratus fuit non A. XXV. ſed potius A. XXX. menſ. III.

(4) Chron. S. Sophiae, quod multis in annorum deſignatione erroribus ſcatet, Giſulfo Duci Annos tribuit XVIII. qui revera fuerunt A. XXIV. menſ. IX. ut infra etiam contra Peregrinii ſupputationem propugnabimus.

(5) Sc. *Adelais*, *Adelays* apud alios, & *Audelaus*.

(6) *Liutprando* Rege poſt necem Adelays.

(7) De hujus Ducis, quo regnaverit tempore, varii varia. Peregrinius illos conciliare ſtudet: at neminis tam aptior chronologia, quam noſtri Scriptoris, ut infra.

(8) Chronologus Sanſophianus huic Duci Annos tribuit VII. ſed quam male ſuo loco patebit.

(9) Scil. Liutprandus. Chr. S. Soph. eum adpellat *Limpradium*. Uſque huc ſupradictorum Ducum aetatem diſtinguit Peregrinius, ut infra. Aliorum inſequentium uſque ad Sicardum, & Siconulfum Primum Salerni Principem ejus germanum, poſt eum ſupplebo ad Chronologiae integrum complementum.

(10) Arechis II. Chr. S. Soph. *Archis*: Alii *Arichis*, & *Arechiſius*. Primus Beneventi Princeps. Chr. S. Soph. addit: *coronatus a Carolo Magno*; quod quidem inepte, ac ridicule dictum, ut animadverterat quoque Peregrinius,

ſua

Digitized by Google

Digitized by Google

Pag. 7.

LLI

A

S T E M

DUCUM, ET PRINCIPUM B

Guidon. II. nepos
52. Solus ab 1053.
atu exutus est a

Usque ad Magnum Athenulfum Capuae, & B

A FRANCISCO MARIA

E X A R A T U

e an. 1037.
t Surrenti,

Digitized by Google

Grimualt Princeps ejus filius per A. XIX. menſ. VIII.

Grimualt alter Storeſayz per A. X. menſ. IV.

Syco Spoletinus, qui Comes (11) per A. XV. menſ. VIII.

Sycard ejus filius (12) per A. VII. menſ. IX. Ipſe ejus fratrem Syconulfum exulavit in Tarentino Caſtro: qui poſtea cum aliorum auſilio Principatum Salerni optinet A. DCCCXL. in menſe Madio Indicione IV. (13)

Syconolfus primus Salerni Princeps, qui ab Auguſto Ludgoico poſtea confirmatur in ſuo Principatu. Regnavit per A. X. menſ. IX.

Syco ejus filius puer, qui regnavit A. I. menſ. VI. ſub tutela Petri Comitis Viri illuſtris de Salerno. Inde in Franciam ab Auguſto Ludgoico perductus eſt. (14) & in

ſua ſubjecta ibi notula: *ad huc inauditum*. Arechis hic, depulſo Liutprando, Dux electus eſt. Sed quoniam hocce ſolummodo titulo, dignitateque neutiquam ſatur adquieverit, ad majora ſemper adſpirans, Principis titulum aſſumere voluit, ea ſcilicet ratione, ut extincto jam in Italia Langobardorum Regno, ejuſque Duces pene ad ſervitutem redactos Carolus Magnus Aug. oppreſſiſſet, ipſe ad ſublimiorem dignitatem oculos, mentemque adjiciens, qua utique regnum aliquomodo adfectaret, ſupremoque ſe Caeſari aequipararet, Principis nomen decuſque adſumſit, & ab ejuſdem ſe ſubjectione vindicavit. Excogitaverat namque, Duces alios (quamvis non precarii Rectores extiterint, ſed ejus Ducatus ſupremi Domini, quo jure filii genitoribus, Populi tamen ſuffragio, ſuccederent, quum Summi Regis Imperium defeciſſet, ipſi vero Auguſteae Caroli M. poteſtati ſubditi noſcebantur) nondum propria libertate frui, ſed ab Caeſaris facultate potiſſimum pendere; quadere ut nullum ſupra ſe Regem agnoſceret, Principis nomen, ceu ſummae auctoritatis decus, ac dignitatem arrogavit: eoque ex tempore nullam Carolo obedientiam, ſubjectionem, atque ſubſidium (ſicuti & Duces alii praeſtare debebant) impendere, animo contendit. Immo neque ejuſdem Aug. inſcribi nomen in publicis chartis, aut nummis mandavit, quod apud Chronologos, ut ſup. notavimus, certiſſimum eſt. Quod autem coronari palam fecerit, aut ſacro inungi oleo, hoc profecto dubitandum, quum hujuſce rei memoria in Hiſtoriis neutiquam deſcribatur.

(11) Comes Compſiae, ut alibi notavi.

(12) Catalogi noſtri deſcriptor heic ſeriem Benev. Principum non eſt proſecutus; quod ipſe Salernitanorum ſeriem ſibi adtexendam propoſuerat.

(13) Potius *Ind. III.* quae Majo illius anni decurrebat.

(14) Sico puer Princeps honoris ergo, non ad poenam, ab Imp. Ludovico ſecum perductus eſt. Nam ipſum militari cingulo exornare voluerat: quod hoc moris apud Langobardos aeque ac apud Francos erat, ut ex veterum

Digitized by Google

Et in ejus loco ſupſtitutus eſt filius Petri prefati Comitis Adimarius, qui poſtea, ne Principatum ſuum amitteret, Syconem Principem de Francia revertentem, venenare fecit (15).

Adimarius Princeps per A. IX. & menſ. IX. (16).

Dauferius Ben. (17), qui regnavit vix dies XVIII. & ab ejus Thio Guaiferio ſtatim dejectus eſt a ſuo Principatu.

Guaiferius Balbus fil. Daiferi exulis Ben. Principatum uſurpavit per A. X. menſ. IV. Ab eodem Aug. Ludgoico carceri mancipatur. Sedit A. XVI. menſ. III. & Monachus factus eſt.

Weimarius ejus fil. per A. XXIII. menſ. VI.

Weimarius alter gybboſus dictus ejus fil. per A. XLII. menſ. III.

Geſulfus fil. Gybboſi per A. XLV. menſ. III. qui principare quoque fecit Priſcum (18), Comitem ſuum Teſaurarium, & Magiſtrum Palatii; & poſtea Paldulfum fil. Pandulfi Capuae Principis ejus affinis, quem adoptavit in filium, & Principem Salerni (19).

Pal-

terum Scriptorum teſtimonio, praeſertim Paulo Diac. l. 1. c. 23. Militiae decus dupliciter candidatis concedebatur: nimirum, vel in ipſa bellica expeditione, qua nobiles Patricii, Dynaſtaeque ad bellandum laetanter pervolabant; vel in aliqua Curiae ſive Conventus convocatione, Impp. Caeſarum adventu, vel in ſimilibus Feſtivis actibus, ipſique tunc gladio donati, milites, equiteſque ſolemniter pronunciabantur, quod militari cingulo decorati coram omnibus eminerent. Ut igitur Ludovicus Auguſtus Siconi Principi dilectionis ſimul, ſubjectioniſque notam oſtenderet, ſecum illum adduxit, ut militiae ipſi cingulum, ſacrumque gladium traderet, atque Imperialis itidem Aulae, Curiaeque verſatum ſuae ſedi reſtitueret, quod Anon. Salernit. enarrat Cap. 89. To. II. hujus operis, licet diverſimode a Chron. Cavenſi, aliiſque ea ipſa deſcribantur.

(15) De hoc infra plenius agendum erit.

(16) Ejus uxor *Gumeltruda*, ex Anon. Salern.

(17) Sc. *Beneventanus*, qui prius ſua e patria in exilium damnatus erat. De ejus intruſione, ejuſque ejectione, alibi dictum.

(18) An revera Priſcus Principatum rexerit, aut ſimul cum Giſulfo Reip. regimen moderatus fuerit, incertum. Catalogus alter Salernit. a Peregrinio editus, quem infra dabimus, Priſcum Principem ſignat. At non hunc vere Principem, ſed Giſulfi adminiſtrum fuiſſe potius judico, eo fort. temporis quo Salerni Principatus factionibus turbulenter agitabatur.

(19) In hac Paldulfi Chronologia conſtituenda, in ejus proinde adoptione,

Digitized by Google

Paldulfus prefatus Pandulfi Capue Principis filius poſt mortem Geſulfi Principavit cum Patre per A. II. menſ. VII. ſub tutela Joannis filii Lambert Comitis ejus at-

ne, Dynaſtia, expulſione, obitu, aliiſque ad hujus Principis hiſtoriam pertinentibus pauca profecto ambagibus involuta, parumque explorata nobis ſuperſunt. Ex aliquibus monumentorum fruſtulis, veroſimiles conjecta-tiones educam, quibus, niſi ad veritatem perducamur, eam ſaltem attingamus; atque (ut ita dicam) umbras umbris colorabimus. Ex Anonymo namque Salern. Cavenſi Chronico, & ex hocce Catalogo nullam prorſus geſtorum chronotaxim tam Pandulfi Capiteferrei Patris, ejuſque filii Paldulfi ab Giſulfo adoptati, quam Joannis de Lamberto I. & II. expedite, & abſque abſtruſiſſimis nodis habere poſſumus. Neque haec quidem ſemita clare a Peregrinio noſtro aperitur. Dicam tamen quae veroſimilia mihi, magiſque ad Hiſtoricorum iſtorum intelligentiam, eorumque conciliationem congrua videbuntur. Pro certo ſane habendum eſt, Giſulfum Principem, poſtquam a Landulfo Benev. ſua ſede depulſus fuiſſet in fine A. 971. per Pandulfum Capiteferreum Cap. Principem poſt annos circ. duos ſuum reciperaſſe Principatum, ſeque abſque liberis noſcens, qui ſuccedere ipſi poſſent, Paldulfum adoleſcentulum Pandulfi filium adoptaſſe vel in fine A. 974. vel initio A. 975. *ſive grati animi*, ut animadverterat Peregrinius in not. ad Anon. Salern. in fin. *ſive pacti lege adſtrictus*. Sed ob alias quoque cauſas, rationes, ac circumſtantias ad hanc adoptionem Giſulfum deveniſſe fatendum eſt. Ipſe etenim tunc Graecis neutiquam adjunctus erat, ut antea (quod Cl. Muratorium fefellit, ut infra), quum ab iis auxilium nullum in ſua captivitate obtinere potuiſſet; imo Saracenis foederati eo temporis Graeci, Salernitani Principatus fines in Brutiis, & Lucania (ut notum apud Chronologos) ad diem infeſtabant: quin etiam ſubditis item non aeque cunctis obſequii gloria firmata adhuc erat: Comites aliqui ipſius Principatus cum proditore Landulfo etiamnum adligati; neque Landulfus ipſe parvi momenti hoſtis erat, qui foedera alia inter haec, amicoſque novos ad ſe accedere, & Giſulfum denuo ſuo e ſolio exturbare nequiret. Huic igitur hoſti potentiſſimum Principem opponere, qui ſuis adjunctis militaribus copiis aemulum evertere potuiſſet, opus quidem erat. Quemne alium ſanguine ſibi aeque ac foedere conjunctiſſimum, militiae ſtrenuum ducem, atque Othoni Imp. Aug. cariſſimum pro ſe eligere poterat, quam Paldulfum Capiteferrei Principis filium, cujus gloria, virtus, fortitudo, potentia (erat namque Capuae, & Beneventi Princeps, Spoleti Dux, & Camerini Marchio) apud Langobardos, totamque Italiam maximi aeſtimabatur? Nihil igitur in hujus Principis deſignatione deficiebat, quin ſecuritati propriae, ejuſque Dynaſtiae malum, aut detrimentum deinceps eventurum foret, recto conſilio exiſtimavit Giſulfus. Et revera quod excogitaverat, obtigit: Otho namque Caeſar ille fuit, qui Manſonis audaciam Salerno occupato confregit, urbeque, ac Dynaſtia recepta, illam legitimo Principi reſtituit, ut mox dicemus.

Tot ergo rationum momentis impulſus Sal. Princeps Giſulfus, Paldulfum Capiteferrei filium adoptavit. Et quoniam nondum ad regendum Principatum ipſum idoneum excogitabat, Joannem de Lamberto (ſeu Lam-

Digitized by Google

atſinis. Poſtea Manſo Malfitani Ducis fil. eum depellere conatus eſt; ſed pacificati ab Octone Aug. Principatum ſimul tenuerunt per A. II. menſ. VII.

Mon-

berti fort. filium, aut nepotem Gemmae Sal. Principiſſae, Spoletinorum Ducum agnatae, ut indicat Oſtienſ. l. 2. c. 6.) Laurini Comitem (quo exutus jam fuerat proditor Landulfus) adoleſcentulo Principi adjutorem dedit, cui Salerni commoranti, non Capuae apud genitorem, inſtructiones porrigeret, quibus populos regere, juſtitia pietate, prudentia, aliiſque virtutibus imbutus merito valuiſſet. Ita ad menſem Octobris A. 978. quo Giſulfus diem clauſit extremum ſe Salerni Dynaſtiae res geſſit: eoque demortuo Paldulfus Pater, & filius Principatum tenuere (defuncto fort. vel illinc diſceſſo Joanne ejus paedagogo) uſque ad A. 981. quo Capiteferreus occubuit menſe Aprili, ipſeque Paldulfus ſolus Principatum Sal. moderatus fuit. Sed quouſque ſuum hocce modo imperium pacifice protenderit, ignoramus. Manſo quidem Amalfitanus non ante obitum Capiteferrei, bellum in Sal. Principatum potuit excitare, quum Pandulfi Capuani Princ. nomen cunctis venerationem aliquomodo, ac formidinem incuteret: Quare non ante Julii menſem, aut Auguſti ejuſdem anni, Salernum ipſe invadere potuit cum conjuratorum tam urbis quam Principatus auxilio, quo Paldulfus a ſua Sede depulſus eſt. Solus igitur poſt mortem Patris vix paucis menſibus regnavit. Cumque eo temporis Otho II. Aug. hiſce in Regionibus moraretur, ut Graecis bellum indiceret, facillime ad Landulfi Capuae tunc Principis, cujus amicitiae vinculo jamdudum tenebatur, ejuſque germani Paldulfi Salernitani preces, Auguſtus Salerni obſidionem confecit novembri menſe (ut ex Cav. Chron.) Paldulfo ejus Principe cum antedicto uſurpatore Manſone conciliatis: quibus inſimul Principatus idem adſignatus ſub certis fort. conditionibus, & pactis, quae nobis adhuc ob Scriptorum inopiam, aut ſilentium, neutiquam innoteſcunt. Muratorius in Annal. Ital. A. 981. quibuſnam rationum momentis, aut Scriptorum authoritatibus fultus adſeruerit, Othonem Imp. in Paldulfum Principem arma vertiſſe, ac Salerni urbem dira obſidione praecinxiſſe, expectamus. Quandoquidem neque Paldulfus Graecis devinctus tunc erat, ut ſuo e cerebro adſtruit, neque verba Romualdi Sal. A. 981. neque Hermannus Contractus in Chron. neque Lupus Prot aut alii, quos ibi memorat p. 459. & ſeq. Iſti namque de Salerni obſidione verba utique faciunt; nullimodo autem de Paldulfi ab Othone Aug. alienatione, Graecique Imp. amicitia, ſeu foedere: quod quidem ſi haec ita eo temporis contigiſſent, neutiquam Scriptores notabilem hanc circumſtantiam ſilentio praeteriiſſent. Audiatur, quaeſo, quae dixerint. Romualdus: *Veniens* (Otho) *Salernum obſedit, cepitque illam expugnans*. Anne verba haec in Manſonem potius, quam in Paldulfum iram Caeſaris indicant? Quid Hermannus, audiamus: *Otho peragrata Italia Campaniam, Calabroſque fines cum exercitu ingreditur*. Ubinam Salerni obſidio, aut Paldulfi inimicitiae? Lupus etiam de bello in Saracenos confecto locutus eſt. Neque aliud a chartis, quas Muratorius adduxit, evincitur, quam Salernum ab Othone obſeſſum fuiſſe menſibus Novembri, & Decembri A. 981. ibique Domini Nativitatis feſta fort. celebraſſe. Cur, amabo, deficere potuit Cl. Muratorius a ſententia Peregrinii adfirmantis, Salernum ab Othone non contra Paldul-

ſum

Digitized by Google

Manſo cum Joanne (20) regnavit A. III. menſ. II. & pulſus eſt a Joanne altero fil. Joannis Lamberti Comitis (21).

Joan-

ſum, ſed pro Paldulfo in Manſonem fuiſſe aggreſſum, nulla unquam ratione, vel levi quoque conjectura munitus, & tamen neuter ab Cavenſi Chronico, in quo pleniſſime obſidio iſthaec deſcripta, inſtructus fuerat ſed his pertranſennam adnotatis ultra progrediamur.

Haec utique in A. 981. obtingere debuere, antequam Othonis copiae in Graecos inſiliiſſent, ſuis tunc etiam Salerni, & Capuae aciebus adjunctis. Dicendum igitur Paldulfum ab menſis Aprilis exitu A. 981. poſt paucos menſes exutum Principatu fuiſſe, & cum Manſone a fine ejuſdem anni regnaſſe ad annum uſque 983. quo Paldulfus, & Manſo Salerni Principes e ſolio exturbati ſunt ab Joanne, ut mox dicemus. Qui Joannes mortem Othonis II. Aug. intelligens, & tunc fort. Paldulfum in extremis vitae ſuae laborantem praeſentiens (quum ex Necrologio Monaſterii S. Benedicti Salerni, quod Cavenſi in Archivo adſervatur IX. Kal. Sept. deceſſerit) amicorum auxilio Salerni Urbem, ac Dynaſtiam occupavit: ita-ut Paldulfus hic Princeps regnaverit cum Giſulfo A. II. menſ. I. cum Patre Capiteferreo ſub tutela Joannis de Lamberto ſenioris Comitis Laurinenſis A. II. menſ. X ſolus menſ. circiter IV. ſimul cum Manſone A. circ. II. ſaltem incompletis. In Catalogo igitur, qui hoc loco facillime mutilus, vel interpolatus male adſignantur Paldulfo Principi Anni duo menſ. ſeptem cum Patre, & ſimul cum Manſone A. II. menſ. VI. niſi fort. ipſe incluſerit etiam menſes illos, in quibus Dynaſtiam rexerit ad ipſius uſque obitum, qui tamen revera anni fuiſſent II. menſ. IV. tranſpoſitis fort. numerorum literis IV. in VI. Haec animadvertenda duxi, ut legentibus facem praeferam ad Catalogi noſtri, & Cavenſis Chronici intelligentiam; & quoad Peregrinium noſtrum attinet, quae ſibi aut obſcura, aut incongrua, dubiave videbatur, explanata, ac vero magis ſimilia adjicerem. Conjectationes haſce meas ex Salern. Anon. Cavenſi Chron. & chartis, aliiſque Scriptoribus, Peregrinio ipſo Duce erutas in medium produxi, quae niſi Lectori benevolo ſatisfecerint, eorum humanitati lubens merito me, meaſque conjecturas remittere adfirmo.

(20) Heic indubie hallucinatus eſt Catalogi ſcriptor, niſi ob amanuenſis culpam annorum notae corruptae. Manſo etenim Principatum arripuit poſt mortem Capiteferrei Capuae Principis; quare non ante aeſtatem A. 981, cumque ab Joannis filio (quem II. adpellat in Stemmate Peregrinius) Salerno ejectus fuiſſet in exitu A. 983. jam non anni III. menſ. II ut Catalogus profert, ſed A. duo, & menſ. circiter ſex Manſonis imperium perduravit, praemortuo Paldulfo Principe menſe Auguſto, ut dixi. Neque deinceps Capuae Principes ad Salerni Principatum adſpirarunt. *Manſo cum Joanne regnavit*. Amanuenſium ſphalma; lege proinde abſque errandi dubitatione: *Manſo cum Paldulfo regnavit &c.*

(21) Male hunc Joannem, *ſecundum* appellat Peregrinius in ſtemmate Princ. Sal. quum revera Joannes ejus Pater (*Lamberti* dictus, quod Lamberti Theatenſis fort. Comitis e Ducum Spoleti progenie natus fuerit, ut ex Charta Monaſt. Caſin. A. 980. erui poſſe autumo, in qua de Lamberto

Joannes cognomine maledictus fil. Joannis per A. XI. (22).

Wido ejus fil. A. III. menſ. VI. (23) cum Patre ſuo Joanne, antequam in igne damnatus periiſſet (24).

Weimarius Princeps ejus frater benignus, & clemens

Comite, ejuſque filio Joanne Comite fit mentio) non Princeps, ſed Principis paedagogus fuiſſet. Ejus filius, Joannes etiam nomine, Patre vivente, fautores multos, amicoſque allicere poterat, qui Paldulfum aeque ac Manſonem oderant, ut ſibi adjungerentur, ad Manſonem (defuncto tunc fort. Paldulfo, cui grati animi nota jurejurando quoque obſirmata, jam defuerat) Salerno exturbandum, ejuſque Dynaſtia potiendum. Neque Cl. Muratorii in Ann. To. 5. opinio ſubſiſtit, aſſerentis Manſonem Amalfitanum cum filio ſuo Joanne Principatum arripuiſſe Salernitanum, quum nullimodo Salernitani patrem ejeciſſent, retento filio: neque ſcriptores, Joannem hunc Manſonis filium, ſed Joannis alterius fuiſſe teſtentur: quod etiam patet, ex Cavenſis Arch. charta A. 985. in qua legitur: *Quam* (terram ſcil. *in pertinenciis Laurini*) *Joannes Comes ejus Pater donaverat prefato Monaſterio &c.* Imo conjectandum poſſe cenſeo Joannem illum Comitem, Salerni Principis Patrem, illum ipſum fuiſſe, qui cum *Traſemundo Theatenſi Comite ejus conſanguineo donat Caſinenſi* Caenobio aliqua bona *in Comitatu Pinnenſi, ipſi ſpectantia* ſub dat. IV. non. April. 976. qui poſtea Joannes aliquo ex infortunio ab Theatenſi Comitatu vel ejectus, vel a Giſulfo, vel a Capiteferreo ejus adfinibus (ut ſup. notavi) evocatus fuit, eique filii ſui Paldulfi cura demandata, Laurini Comitatum ob Landulfi proditionem, Giſulfi antea Fiſco adjudicatum, ipſi Joanni fuerit elargitus. At ſi Literatis viris mea iſthaec conjectatio neutiquam ſatisfaceret (quod nimirum de Joannis, & Lamberti genere nihil omnino certi conſtitui poſſit) novis eorum argumentis, & animadverſionibus productis, eiſdem manus adjungo, qui meas haſce curas improbaverint. Notandum tamen, ea, quae Peregrinius, Romualdus Salern. Anon. Sal. Cavenſe Chronicon, aliique qui haec nobis guttatim tradidere, non aliter explicari, aut conciliari profecto poſſe, quam uti meis veroſimilibus conjecturis adſtruere ſategi.

(22) Rotundo numero: at revera A. X. menſ. VIII. quum Joannes Principatum arripuerit ab Prid. Kal. Januar. A. 984. ad 20. diem Auguſti A. 994. ut ex Cav. Chron.

(23) Si Guido cum Patre regnavit A. III. menſ. VI. quo mortuo collegam accepit Guaimarium menſe Auguſto A. 988. Igitur retrocedendo, nobis innoteſcet quo menſe, & anno primum Joannes Princeps Collegam acceperit Guidonem, ſcil. in fine menſis Februar. vel Martii initio A. 985. ut ex eodem Cav. Chron. evincitur.

(24) Ita adpellatus, quod ſceleribus, flagitiiſque deditus vitam duxerit ſibi aliiſque noxiam. Ipſum deinde cum ſcorto concumbentem periiſſe tradunt Scriptores ea nocte, qua Veſuvius flammarum globos undique circumtulit. Quod profecto anſam dedit multis exiſtimare ejus animam in gehennam proruiſſe, ut alibi dictum.

Digitized by Google

mens (25) per A. XLIII. menſ. IX.

Weimarius alter ejus filius per A. XXXIV. dies XVII. optinuit Principatum Capuae a Chuonrado Imp. Theotonico, & Ducatum Maltitanum, & Surrenti. Sed ab eiſdem poſtea occiſus eſt (26).

Joannes ejus fil. regnavit cum Patre A. IV. menſ. IX. qui Ducatum Surrenti tenuit ſecum, poſtquam Patrem eſpulerunt ab illo (27).

Wido alter, Weimarii frater per menſes II. & ipſe erat Thius Geſulfi Principis (28).

Geſulfus fil. Weimarii A. XXXIV. nondum completis a ſuo Principatu per (29) R. Viſcardum Ducem cognatis

(25) Ut morum diverſitatem a ſuo genitore extolleret, benignum Guaimarium, atque clementem nominat qui revera Princeps fuit humaniſſimus, & piiſſimus erga Deum, ſuoſque ſubditos.

(26) Gualmarius IV. Sal. Princeps glorioſiſſimus, Capuae etiam Principatum obtinuit ab Imp. Conrado A. 1037. (non autem 1038. ut Peregrinus adfirmavit) Pandulfo ejecto. Inde Amalfitano Ducatu potitus eſt A. 1039. Et inſequenti anno etiam Surrentino: Eapropter Dux Italiae cognominatus in veteribus Chartis, quarum duas legi in Arch. Cavenſi, alteram penes Monachos S. Mariae Matris Domini Dioec. Nucerinae, aliamque in Arch. SS. Trinitatis Venuſiae, mihi olim ab Cl. V. Petro Ant. Corſignano, tunc illius Urbis Praeſule, mihi devinctiſſimo, communicatam. Finis tamen hujus illuſtris Principis tragicus fuit, quia in ipſum Salernitanorum Primores aliqui cum Amalfitanis, & Surrentinis conjurantes, illum occiderunt A. 1052. ut diſtincte narrat Cav. Chronologus.

(27) Vereor ne aliquis heic error ex amanuenſium incuria irrepſerit: nullibi namque legimus, Guaimarium IV. ejus patrem Surrento pulſum fuiſſe aliquando: inviſum quidem, communique odio exceptum. Conjectarem itaque, Chronologum noſtrum nihil aliud his verbis: *qui Ducatum Surrenti tenuit &c.* deſignaſſe, quam Joannem a Patre ſocium in Principatu admiſſum, Surrenti ſedem ſuam fixiſſe, quod ab ejus Urbis civibus benignius acceptus eſſet, Guaimario annuente, ne illorum animi iniquius exaſperati, in eum aliquid moliri tentaſſent, ut poſtea contigit.

(28) Guido, cujus meminit heic Chronologus noſter, germanus fuit Guaimarii IV. Ille bellicoſus & ſtrenuus miles in conjuratos arma vertens, fratris ſanguinem rebellium deſtructione ultus eſt. Salernitani eum Principem propter ejus virtutem, & humanitatem laetanter proclamarunt. Sed ipſe generoſitatem animi ſui oſtendens, nepoti ſuu Giſulfo II. Principatum avitum reſtituit: qui tamen ipſi in retributionem, & praemium Surrenti dominium ceſſit, ut Surrentinos opprimeret, ne iterum in Salerni Principem arma verterent.

(29) Nempe Robertum Viſchardum, qui Sorori Giſulfi Principis ante annos multos connubio adjunctus, eum Principatu dexpoliavit, de quo plura in Chron. Cav.

Digitized by Google

gnatum ſuum impie dexpoliatus eſt A. MLXXII. (30), poſtquam in Salerno Civitate dominati ſunt Langobardi per A. CCXXVII. (31)

CA-

(29) Potius MLXXV. Amanuenſis fort. imperitia binos II. pro V. repoſuit.

(31) Chronotaxis iſthaec ex Librarii profecto oſcitantia nequit ſubſiſtere, ut vides. Quum enim ab A. DCCCXL. Salerni Principatus, a Beneventano divulſus, fuerit inſtitutus, Siconulfo ibidem ſublimato, iiſque Giſulfo II. poſtremo Langobardorum Principe depulſo, defecerit A. MLXXV. jam non anni CCXXVII. ſed potius CCXXXV. ibi Langobardos dominatos fuiſſe palam oſtenditur. Amanuenſis, ut reor, denarii numerum X. in V. decurtavit, duoſque unitatis numeros disjungens, qui V. revera erat, chronotaxis ordinem invertere ſtuduit. Quod utique non una ſolummodo vice haec contigiſſe in veteribus Chronographis noſtris ſuperius adnotavimus. Ceterum quoad uniuſcujuſque aetatem, Principumque Salern. ſucceſſionis ordinem pertinet in Tabula expanſa Lector inveniet. Poſtque meam, Peregrinii noſtri alteram exhibebo, eamque gaſtigationibus aliquot, noſtuliſque meis locupletatam.

Digitized by Google

CAMILLI PEREGRINII
DE CHRONICO PRINCIPUM SALERNI &c.



Arum utile Chronicon, & quidem minima diligentia conſarcinatum Opuſculum exhibeo, quod Ducum, & aliquot Principum Beneventi, nec non Principum omnium Salerni, atque priorum Regum Siciliae nomina aliunde notiſſima, & tempora aliis in Chronicis decantatiſſima peſſime deſcribit. Illud autem foras emitto, quod unum, atque alterum Salernitanum Principem prodat adhuc ignoratos, meaeque diligentiae eſſe duxerim, lapidem nullum, quem profectui ad hanc ſtruem eſſe cognoverim, non admovere. Verumtamen de eo aliud, praeter hoc prolixiori ſermone praemonendum, vix habeo: ea ſcilicet ſublevatus cura a Joanne Simone Mareſcalcho, qui Notula ad finem adpicta teſtatus eſt, quae mihi ex more fuiſſent adnotanda. Exemplar autem, ex quo eſt exceptum, papyraceum quidem illud, exſtat apud Joannem Baptiſtam Prignanum, Salernitanum Patritium, patriaeque antiquitatis ſtudioſiſſimum, quod aetatem certe commonſtrat ab anno 1548. *quando ex antiquo Autographo exſcriptum adſeritur a Mareſcalcho, eſtque ejuſmodi epigraphe praenotatum*: Numerus annorum Regum, Ducum, Principumque Salerni, & Beneventi. *Quam ſive ab novitio exſcriptore, ſive ab Chronici Auctore efformatam, conſulto rejeci, eam ratus nil ſapere, nec antiquitatis, nec veritatis: Duces enim, & Principes Beneventi haud Duces, & Principes dicti fuerunt Salerni, quod paſſim plerique neoterici gratis invexere; Regeſque Siciliae neutrius noſcuntur urbis, ſeu Duces, ſeu Principes adpellati: ſubſtitui idcirco epigraphen aliam enucleatius, ac minutius adnotata in Chronico exponentem; iſtaque ſatis de hoc Opuſculo.*

CHRO-

Digitized by Google

CHRONICON

DUCUM ET PRINCIPUM ALIQUOT BENEVENTI ET PRINCIPUM SALERNI.

Cum Appendicula Ducum Apuliae, & Priorum trium Regum Siciliae, Ducatus Apuliae, & Principatus Capuae.

ZOto Ducatum tenuit. Ann. XX.
Arachis. regnavit Ann. L.
Agio. Ann. III. (1).
Adoal. Ann. V. (2).
Grimoaldus. Ann. XXV.
Romoaldus. Ann. XVII.
Grimoaldus II. regnavit Ann. III.
Giſulfus. Ann. XVIII.
Romualdus II. Ann. XXVI.
Gregorius. Ann. VII.
Godeſcalcus. Ann. III.
Giſulfus II. Ann. VII.
Limpradius. Ann. VI. (3).
Archis Princeps coronatus a Magno (a) Carolo. Ann. XXX. Hic conſtruxit Salerni Palatium, & Cappellam S. Petri, quae adhuc extat.
Grimoaldus filius ejus. Ann. XVII. (4).

Gri-

(a) *Coronatus* &c. Adhuc inauditum.

(1) Scil. Ajo fil. Arichis.
(2) Sc. Radoaldus cum fratre Grimoaldo.
(3) Lege Liutprandus.
(4) Grimoaldus Benev. Princeps Arechis filius non Ann. XVIII. ſed potius XIX & menſ. X. Principatum tenuit. Ipſe namque Patri ſucceſſit A. DCCLXXXVIII. nempe poſt annum, quo obiit VII. Kal. Sept. A. 787. X. Ind. ut oſtendit pluribus ex chartis Cointus, & Pagius, quos ſequitur Gattula in *diſſ. Hiſt. Caſſ. Par. I fol 97. ſeq.* Hallucinatur tamen ipſe referens ibi chartam quandam ad Monaſt. S Mariae de Cingla ſpectantem, quam a Librario male ſignatam, autumavit vel in epoche V. Anni Principatus Grimoaldi, vel in III. Indict. quae coherere nullimodo poterant inter ſe.

At

Digitized by Google

Grimoalt Storesaiz. Ann. XII. (5),
Sico Spoletinus. Ann. XV. (6),

Sicar-

At pace Cl. V. diploma illud non ad hunc Grimoaldum Arechis fil. sed ad ejus successorem Grimoaldum Storesayz adpellatum spectare dignoscitur, & pertinet ad A. 810. in quo IV. annus (non vero V.) Principatus exprimitur in Chron. inedito illius Asceterii, quod infra fort. dabimus Indictione III. mense Augusto; quae notae annum indubie innuunt 810. Utriusque Grimoaldi nominis similitudo, confusionem in aliquibus veteribus chartis induxit, quas heic distinguendi otium deficit. Quod utique verissimum omnino est, neque ulterius ambigendum, Grimoaldum Arechi successisse post annum quo diem suum clausit. Et quidem Principatu statim ipse potiri nequaquam poterat Patre defuncto A. 887. cum ipse apud Carolum Magnum Imp. detineretur: qui diu tamen excogitavit, debuisset necne Grimoaldum ejus obsidem in Benev. Principatum immittere, Hadriano Pontifice reluctante, quod Graecorum potentia in Apulia, & Calabria nimium excrescere timeret, foedere Graecos inter, Neapolitanos, & Langobardos inito, ut Cajetani Ducatus, Capuaeque Comitatus Urbes a Carolo Augusto Hadriano PP. jam' concessas, suo adjungeret Principatui: quod quidem ab genitore ejus Arechi pactum fuisse perhibebatur, cujus rei multa habet Pagius h. a. quare ipse Pontifex *Epist.* 88. & 90. *Cod. Car.* (*Vid. Gretser. ep.* 88. Hadriani PP. & 92. in qua nomina Legatorum Capuae leguntur, qui Hadriano juramentum praestitere) Carolum Augustum sollicitabat: *nullo modo expedire, Grimoaldum filium Arechisi Beneventum dirigere*. Carolus vero minori huic periculo se exponere existimans, quam Grimoaldum apud se retinendo, Beneventanis manus, & arma praebere, ut Graecis submitterentur, quos ipse tum maxime verebatur, Principem regredi permisit, malos in bono vincere potius animo confidens, quam eos severitate ad desperationem inducere. Haec itaque tam brevi animadverti, ac distingui nequiverant, nec nisi post annum exequi summa Imperatoris laetitia, quod Principem imposterum sibi devinctum reddiderit, Graecisque infensum hostem, victoremque fortissimum opposuerit. Ceterum Grimoaldum Junio mense A. 807. obiisse aeque certissimum est, ut habemus ex Synchronis Scriptoribus ab eodem Pagio, & Gattula *loc. cit. relatis*: quicquid alii perperam adfirment, nempe regnasse A. XVIII. existimantes illum non an. 807. sed 806. fort. obiisse, quorum sententiae subscripsisse aliquomodo videtur etiam Peregrinius, ut *sup.* in Tumulis Princ. Lang. *To III. p.* 307. ubi ipse *A.* 806. *obitum figit Grimoaldi:* quae tamen verba ejusdem sunt, non autem marmori insculpta, sicuti Cl. Pagius autumavit.

(5) Grimoaldus hic Thesaurarius alterius Grimoaldi Principis, non Ann. XII. sed A. X. mensesque IV. regnasse censeo. Praecessor namque Grimoaldus Pr. quum obierit Junio mense Anni 807. ipseque Grim. Storesayz in A. 817. Octobri, vel Novembri mense, jam X. anni, mensesque IV. aut V. adnumerantur, ut patet; non autem XII. sicuti chronologus heic nimis oscitanter adservit, aliique post ipsum.

(6) Sico defunctus est A. 833. mense Febr. aetatis suae A. LXVII. quum regnasset A. XV. & mens. *circ. III. ut sup. To. III. p.* 311. Scriptores quidam hac in epoche definienda caecutire visi sunt.

Digitized by Google

Sicardus ejus filius Ann. VII. (7).

Siconulfus frater ejus Ann. X. Iſte Siconulfus cum fratre (a) Radecheſi Principe Principatum diviſit. Siconulfus tenuit Principatum Salerni: Radecheſi Principatum Beneventanum (8).

Sico filius ſupradicti Siconulfi regnavit Ann. V. (9).

Ademarius. Ann. VI.

Guaferius Balbus. Ann. XVI.

Guaimarius malae memoriae filius ejus. Ann. XVI.

Guaimarius bonae memoriae filius ejus. Ann. XL.

Priſcus. Ann. X. (b).

Giſulfus III. Mag. Princeps. Ann. XL. Hic introduxit corpus B. Matthaei in Salernitanam Civitatem.

Pandulfus optatus. Ann. III.

Manſus Patritius. Ann. II. (c).

Joannes De Lamberto. Ann. XIII.

Guaimarius, ejus filius. Ann. XLIII.

Guaimarius filius ejuſdem Guaimarii. Ann. XXXIII.

Giſulfus IV. Princeps ultimus. Ann. XXXIII.

Robertus Guiſcardus. Ann. XX. Hic conſtruxit Eccleſiam S. Matthaei.

Rogerius Dux filius ejus. Ann. XXVI.

Gulielmus Dux filius ejus. Ann. XVII.

Rogerius Rex Magnificus Aphricae, & Siciliae, in Ducatu regnavit Ann. III. & menſ. VI. Rex Ann. XXII. & cum filio ſuo Ann. III.

Gulielmus filius ejus Rex Ann. XII.

Gulielmus Rex glorioſus filius ejus Ann. XXIII. & menſ. VI.

Anno

(a) *Cum fratre* &c. Inauditum, atque dicam falſum. Sed integrum Chronicon cum altero Beneventano infra recenſebo.

(b) Priſcus iſte incompertus adhue.

(c) Manſus, & iſte antea ignotus.

(7) Sicardus ejus fil. regnavit A. VI. menſ. circ. *VII.* obiit namque ſub fine Aug. 839. *Ind. II.* cui ſucceſſit Radelchis Sicardi Theſaurarius.

(8) De hac Beneventi Principatus diviſione inter Radelchiſium, & Siconolfum ſatis ſup. dictum.

(9) Sico Siconulfi fil. Salerni Princeps; ſicuti, & alii ſubſequentes: ut ſupra.

Digitized by Google

B

PRINCIPUM SALERNI

ceſſio, & Chronologia.

Æ P R A T I L L I

MA PRINCIPUM SALERNI

ab Anno DCCCCLXXXIII. ad Ann. MLXXV.

Guaima
in Præc
de an. 97
ferius p
pos. Et
Pandulf
eſt ment
Guaima

Guaimar. Com. Caputaquenſis. Pandulfus Comes Corneti. Conceſſione Roberti Guiſ. poſt Giſulfi patris eorum dejectionē. *Si vera Gaſpar Muſca in Catal. Epiſcop. & Archiep. Salern. in Joanne 1. & Alfano 1. Archiep-*

Aſtulfus fil. Giſulfi Comitis, Romualdus fil. Petri Comitis de Atenolfo.

Joannes & Landulfus filii Ademarii Com. quì dictus eſt Ruſſus. Joannes filius Guaima-

Digitized by Google

Digitized by Google

Anno Salutis MDXLVIII.

Quae hactenus ſcripta ſunt ex vetuſto, corrupto, & manuſcripto Codice Salerni in Coenobio D. Nicolai deliteſcente, ego Joannes Symon Mareſcalchus Salernitanus fideliter excerpſi. Siqua tamen, tu Lector, tuis auribus minus accomoda offendes, deſine mirari; volui namque in opere tranſcribendo potius eſſe fidelis, quam diligens. Tamen, ſi vis, inepta corrige, & pro arbitrio incerta repone, meque antiquitatum minimum aſſertorem ſi laudare dedignaberis, ſaltim non accuſes, & diu felix vive. Salerni Kal. Auguſti.

DE CHRONICO
DUCUM ET PRINCIPUM BENEVENTI.

ANimus inopino perculſus malo ſuſceptam Langobardicae Hiſtoriae editionem, dimidiamque fere peractam, aegre audebat ulterius promovere. Etenim complurium (credam utique amicorum) judicia ad me pervenerant de libro non dum eis viſo; quorum alii operis exilitatem, quam ab Opuſculorum nomine argumentabantur alii inutilitatem, quam prudenti vaticinabantur conjectura, inlaudabant. Qua acri cenſura impetitus, adeo exterrita mens fuerat mea, ut jam, jamque ab incepta prorſus deſiſtere, vel ſaltem ad tempus reliquam Hiſtoriam cogitarem differre. Animique conſternationem morbus valide augebat antiquus, qui & ipſe humidioribus Autumni diebus coeperat ſenſim augeri; faſtidiebamque, nedum urgere Typographicum opus, quinimmo anxie dolebam, me praepropera feſtinatione praecipitaſſe libellum, nec tamen ante hyberna tempora, ut conceperam, integrum procudere valuiſſe. At bis dum cruciabar moleſtiis adfuit V. C. Abbatis Conſtantini Caetani Monachi Caſſinenſis, de me, immo de omni antiquitate bene promerendi, conſuetus amor; qui ultronea humanitate, literis Romae datis, ſcriptum Chronicon communicavit Ducum, & Principum Beneventi ex antiquo Vaticano Codice olim a ſe exceptum: exemplum-

que transmiſit Chronici poſtremorum Comitum Capuae, quod alterum a meo penes ſe eſſe intellexeram, ac petieram. Quibus opportuniſſimis, acceptiſſimiſque donis, ac ſi Tyndarides inluxiſſent mihi faces ſalutares, omnis ſedata eſt mentis fluctuatio: agnovi enim laudato, & cordato viro ſuſceptam a me provinciam cordi, ac laudi fuiſſe, qui fomenta praeſtitiſſet operi aliis improbato. Quam pariter ſententiam plerique abſtruſae hujus, & impolitae antiquitatis peritiores, jam olim, atque etiamnum tulere; qui & cohortationibus, & ſymbolis, quae conſultiſſime, ac officioſiſſime ad praeſentem contulerunt Analectam, rem ut adgrederer, perficeremque, impulere. Fecit quoque animos, quod puſillus liber, quem pondere venalem haberi neutiquam vellem, ex pluribus minutioribus Opuſculis a non uno Auctore elucubratis conſtet, iiſque ſingulis ſit longe major, quae nec priſci, nec recentiores deſpexere rerum antiquarum ſtudioſi, ſed frequenti exſcriptione ad hanc ſervarunt aetatem. Quibus prudentior ego cum nil ſim, certe navaſſe opinor operam utiliorem, diſgregata illa congregando, recenſendo, carptimque adnotando: opus aliis vel deſperatum, vel minus bene (abſit verbo invidia) operatum. Tantis igitur impulſoribus, productiſque ratiunculis trepida mens valide confirmata, ceptum opus alacriter provehere inſtitit, morbique vim tantiſper, ſidere adhuc favente clementiori, vicit, & Chronicon recentiſſime acceptum aliis tandem addere ſuaſit opportuniſſimum; quod in quatuor partes commode, ni fallor, diſſecare eſt viſum, contemplatus quadruplices rerum periodos in eo contineri. Illud autem non aliis adminiculis ab Anonymo auctore ſuo, Monacho utique Monaſterii S. Sophiae Beneventanae urbis, efformatum reputo; quam priſcarum chartularum obſervatione, quibus nomina Principum, & tempora babebantur adnotata: Idemque haud integrum ab eodem Monacho elucubratum, pro comperto habeo, cui contribuendam ſcio tertiam ſolummodo partem: reliquas cum dixerim, ubi de Anonymo Salernitano n. 1. & 10. exſtitiſſe jam pridem exaratas ad frontem ſcripti vetu-

vetuſtiſſimi Codicis Hiſtoriae Erchemperti, confecti ab anno 995. Verumtamen in hoc, vel idem Auctor, vel librarius non ſemel offendit, ſicuti in Commentario patefaciam, quod poſt dabo: ibi namque tum iſta, tum alia multa erunt mihi, tibique commodius adnotanda.

CHRONICON
DUCUM ET PRINCIPUM BENEVENTI

Auctore Anonymo Monacho

Monaſterii S. Sophiae ejuſdem Urbis.

I.

I. ZOtto I. Dux Beneventi praefuit Ann. XXII. (a).
II. Arichis ſedit Ann. L.
III. Ajo filius ejus ſed. Ann. I. m. V.
IV. Radoaldus ſed. Ann. V.
V. Grimoaldus frater ejus ſed. Ann. XXV.
VI. Romuald filius ejus ſed. Ann. XVI.
VII. Alter Grimoaldus filius ejus ſedit Ann. III.
XIII. Giſolfus frater ejus ſedit Ann. XVII.
IX. Romualdus filius ejus ſedit Ann. XXVI.
X. Adelays ſed. Ann. II.
XI. Gregorius ſed. Ann. VII.
XII. Godeſcalhus ſed. Ann. IV.
XIII. Giſolfus filius Romualdi ſed. Ann. XVII. & dies X.
XIV. Liudprandus filius ejus nepos Liudprandi Regis ſed. Ann. VIII. & menſ. III.

II.

I. Arechis Dux, & primus Princeps ſed. A. XXX. (b).

Gri-

(a) Zottoni Paulus Dia. l. 3. c. 16. ſive 34. annos tribuit 20. quot etiam imputat Codex Caſſ. 353. in quo Ducum ſeries, praeterito Audelao, nulliſque adnotatis annis Giſulfi II. eſt ad ejuſdem Pauli normam; ſed Principum anni variant ab hoc noſtro, ut inf. ac praeteritur ultimus Dux Luidprandus.

(b) *An. 29. m. 6.*

Digitized by Google

II. Grimoaldus filius ejus ſed. Ann. XIX. menſ. VI. (a).
III. Alter Grimoaldus filius ejus ſed. Ann. XII. menſ. I. d. X. (b)
IV. Sico ſed. Ann. XV. menſ. II. (c).
V. Sicardus ſed. Ann. VI. menſ. X. (d).
VI. Radelchis ſed. Ann. XI. menſ. X.
VII. Radelgarius (1) filius ejus. ſed. Ann. IV. menſ. II. (e).
VIII. Adelchis (2) frater ejus. ſed. Ann. XXIV. m. VI. (f).
IX. Gayderiſius (3) filius Radelgari ſed. Ann. V. menſ. VI. d. XIX. (g).
X. Alter (4) Radelchis junior filius Adelchis ſedit Ann. III. menſ. VI. (h).
XI. Ajo (5) frater ejus ſed. Ann. VI. (i).
XII. Urſus filius ejus, puer decennis ſed. Ann. I. menſ. VI.
XIII. Cujus temporibus Simbaticius Stratigos cum valida Graecorum manu venit Beneventum III. Id. Julii, & tenuerunt eam ann. III. & menſ. IX. & d. XX.
XIV. Hoc tempore completi ſunt Anni CCCXXX. & men-

(a) *An.* 20.
(b) *An.* 11. *m.* 1. *d.* 10.
(c) *An.* 16. *m.* .
(d) *An.* 6. *m.* 10. *Ind.* II.
(e) *An.* 11. *m.* 10.
(f) *An.* 3. *m.* 3.
(g) *An.* 24. *m.* 6.
(h) *An.* 2. *m.* 6. *d.* 19.
(i) *An.* 3. *m.* 4. *d.* 21.

(1) Radelgarius ſed. A. III. m. III. ut recte notat Peregrinius, male a Muratorio emendatus in Ann. Ital. A. 854. in fin. ejus mortem in A. 853. potius reponens: deceſſit enim aug. menſe A. 854. Ind. II.

(2) Adelchis, ſive Adelgiſus ejus germanus Principatum tenuit A. XXIV. m. IV. nempe ab A. 854. ad finem A. 878. quo violenter a ſuis occiſus.

(3) Occiſo Adelgiſio, Gayderis electus eſt, qui regnavit A. II. menſ. I. ſcil. a fine A 878. uſque ad Januar. A. 881. ut ex Chron. apud Murator. antiq. Ital. Diſſ. V.

(4) Gayderiſio capto, & in carceribus detruſo Radelchis II. Adelchis fil. ſuffectus eſt, qui Principatum obtinuit per A. III. m. IV. indeque ejectus A. 884.

(5) Ajo ejus frater electus eſt, qui regnavit A. VI. m. II. ab A. ſcil. 884. ad Sept. 890. eique ſucceſſit Urſus fil. ejus, ad regimen ob puerilem aetatem ineptus, qui in ejus Principatu vix annum & menſ. I. expleverat, occupata urbe Benev. a Graecis poſt bimeſtrem obſidionem XV. Kal. Nov. A. 891.

Digitized by Google

menſes V. Zotto primo Duce Beneventi, quibus Langobardi primatum tenuerunt Beneventanae Provinciae (6).

XV. Poſt hoc Guido Marchenſe (7), introivit in Beneventum. Sed. Ann. I. menſ. VII.

XVI. Radelchis (8) junior iterum ſedit Ann. II. menſ. VI.

III.

I. Domnus Atenolfus ex Capuano Gaſtaldato, jam Comes cum filio Landulfo, & caeteri deinceps per generationes ſuas, per numerum Principes XIII. Principatum tenuerunt Ann. CLXXVII. Atenolfus regnavit Ann. II. & cum Landulfo filio ſuo regnavit Ann. X. menſ. VI. & facti omnes anni regni iſtius Atenolfi XI. & menſ. VI.

II. Poſt haec iſte Landolfus cum Atenolfo fratre ſuo, & cum Atenolfo, & Landulfo filiis ſuis regnaverunt Ann. XXVI. (a).

III. Et poſtea iſte Landulfus junior regnavit Ann. IV. & cum Paldulfo filio ſuo regnavit Ann. XX. & mortuus eſt.

IV. Et poſt obitum Landolfi Patris ſui regnavit iſte Paldolfus cum Landolfo fratre ſuo Ann. VII. m. VI. Et poſt mortem fratris ſui regnavit cum Landolfo filio ſuo Ann. XII. menſ. VI. & mortuus eſt idem

(a) Numerus iſte annorum *xxvi.* nulla ſtare poteſt ratione.

Nec hi Principes annos habuere omnes pares, & communes. Locus igitur eſt vel mancus, vel corruptus, certe implexus.

De horum Principum aetate, ordiniſque ſucceſſione. Vid. infra Stemma Atenulfi Principis. *Prat.*

(6) Bene ne, an male Chronologus judicaverit, alibi dictum.

(7) Scil. Guido Dux, & Marchio Spoleti, de quo vid Murator. in Annal. Ital. ad h. a. 896. p. 221. ſeq. noſque ſatis ſup. memoravimus.

(8) Radelchis Junior, qui dudum ſede pulſus fuerat, & apud Ageltrudam Aug. germanam ſuam moratus fuerat, a Guidone Duce Spoleti, & Camerini Marchione Principatum Benev. (in quo ſederat, Graecis expulſis A. I. menſ. VIII.) ipſa Auguſta mandante, Radelchis iterum recepit A. 896. menſ. Oct. in ea ſedit alios annos III. menſ. IX. poſtea Atenolfus Capuae Comes Radelchim depulit, & Principatu potitus eſt A. 900. Cetera diſtinctim in Stemmate.

Digitized by Google

idem Paldolfus de menſe Martio, & facti ſunt omnes anni Principatus ejus XXXVI. & menſ. VI.

V. Et poſtea iſte Landulfus IV. poſt mortem Pandulfi fratris ſui regnavit menſ. VI. & med. & fuit ejectus de Benevento. Et facti ſunt omnes anni Principatus XII. menſ. IX.

VI. Et Paldolfus nep... Domini Paldolfi majoris electus eſt Princeps a Beneventanis; & regnavit A. V. menſ. VIII. Et fecit Principem Landolfum filium ſuum, & regnavit cum eo Ann. XXII. menſ. II. Et fecit Principem Paldolfum nepotem ſuum, filium Domini Landolfi. Et regnaverunt toti tres Ann. XXXIII. & (a) ejus (9) eſt de Benevento, & mortuus eſt de menſe Auguſti. Et facti ſunt omnes anni regni Domini Paldolfi XXXVIII. m. VIII.

VII. Et poſt mortem Domini Paldolfi regnavit Landulfus filius ejus cum Paldolfo filio ſuo Ann. XIX. menſ. V. & mortuus eſt idem Landolfus menſe Septembris. Sunt autem anni Principatus ejus XI. & VI. menſ.

VIII. Et quarto anno poſt mortem Patris ſui fecit Principem Landolfum filium ſuum menſe Auguſti. Regnavit cum, eo uſque dum venit Domnus Papa Leo in Beneventum, Ann. XIII. menſe Auguſti. Indict. IV. Anno Domini MLI. & exiliati ſunt.

IX. Poſtmodum autem reverſi ſunt in Beneventum, & regnavit Domnus Paldolfus Ann. XLVIII. (*numerus quidem corruptus*) & factus eſt Monachus in hoc Monaſterio S. Sophiae menſe Martii, in Feſtivitate S. Benedicti, & vixit Ann. XLIII (*b*).

X. Landulfus autem filius ejus regnavit Ann. XXXIX. m. III.

(a) Compendiatum eſſe hoc verbum *ejus* ex integro *ejectus*. intellectu difficile non eſt.

(b) Scribo *xlviii.* (*Fort. Melius LXIII.* nam ſecus minus vixiſſet, quam regnaſſet) *Prat.*.

(9) Lego: *& civitate ejectus eſt Benevento.*

Digitized by Google

m. III. d.... menſe Novembris obiit Indict. I. anno Domini. MLXXVII.

XI. Paldolfus (a) filius ejus, vivente patre ſuo, & abio, electus eſt Princeps, menſe Auguſti, Indict. IX. Anno Domini MLVI. Regnavit cum abio ſuo A. III. menſ. VII. Et poſt mortem abii ſui regnavit cum genitore ſuo Ann. XVII. menſ. V. d. VII. Occiſus eſt autem a Normannis ad Montem Sarchum VII. die intrante menſe Februario Anno Domini (b) MLXXIII. Indict. XII.

XII. Poſt cujus obitum ſupervixit, & regnavit genitor ejus ſolus Ann. III. menſ. XI. qui fiunt ſimul An. XXXIX. menſ. IV. Horum Principum temporibus venit Domnus Gregorius Papa in Beneventum Anno Dom. MLXXIII. II. die intrante menſe Auguſti, primo Anno Pontificatus ſui, Indictione XI. die S. V. ſuae conſecrationis II. Kal. Julii, die Dominico; Principatus Domni Landolfi A. XXXVI. & Domni Paldolfi filii ejus XVII. Poſt cujus adventum ſupervixit idem Paldolfus Princeps menſ. VI. & d. VI.

XIII. Poſt ejus obitum vixit Pater ejus Ann. III. m. XI.

XIV. Quo moriente menſe Novembri, V. Kal. Decembris, ſtatim Robertus Dux obſedit Beneventum XIV. Kal. Januarii uſque VI. Idus Aprilis, unde expulſus eſt cum omnibus ſuis Indict. I. Obiit idem Dux trans mare menſe Julii VIII. Indict.

XV. Poſt cujus Principis obitum recta eſt civitas per Romanam Eccleſiam.

XVI. Principati ſunt in Benevento CLXXXII. A. a primo Atenolfo uſque ad noviſſimum VI. Landolfum.

IV.

I. A (c) Zottone primo Duce Beneventi uſque ad (d)

(a) Exemplum ad me miſſum habet *Aldolfus* depravate.

(b) Reſtituo *mlxxiv.* quo an. erat Ind. XII. nam vivebat *menſe Aug. Indict. xi.* quod hic adfirmatur. N. 12.

(c) *Zotone* In uno cod. Anon. Sal.

(d) *xii.* In uno cod. Anon. Sal. ſed depravate.

Digitized by Google

XV. Annum Siconis ſunt anni (a) CCLXXX. m. III. d. XV. temporibus Imperatoris Tiberii, qui imperavit ann. VI.

II. Giſolfus prior, Dux Beneventi, qui devaſtavit Campaniam, qui praefuit Samnitibus ann. XVII.

III. Ab iſto Giſolfo uſque ad alium Giſolfum juniorem ſunt anni LIII.

IV. Ab iſto Giſolfo juniore uſque ad XV. ann. Siconis Principis ſunt anni LXXXIV.

V. A B. Benedicto uſque ad Gregorium Papam ſunt anni LXXVIII.

VI. *A Gregorio Papa uſque ad XV. annum Siconis ſunt anni CCVI.* (b).

VII. Et a Gregorio Papa uſque ad Giſolfum, qui devaſtavit Campaniam, ſunt ann. LXXIV. (c).

VIII. Et a B. Benedicto uſque ad Giſolfum juniorem ſunt anni CCV.

IX. A B. Benedicto uſque ad (d) XV. annum Siconis Principis ſunt anni (e) CCCVII.

X. Temporibus (f) Juſtiniani Majoris fuit S. Benedictus ſub Johanne Papa. Tunc temporibus Theodoricus Rex Italiae praefuit.

Hactenus hoc Chronicon Anonymi Monachi Sanctae Sophiae urbis Beneventi. Ad cujus quartam partem, complectentem collectiones annorum a me indicatas, cum de Anonymo Salernitano diſſerebam variantes lectiones tum ſunt ex binis ſcriptis Papyraceis Codicibus ejuſdem Salernitani, ex quibus addita etiam eſt Collectio VI. qua praeſens Chronicon deficiebat: tum ſunt ex conſimi-

(a) *cclxxii.* In uno cod. Anon. Sal. & in Caſſin. in altero Salern. *lxxii.* ſed in omnibus nulli menſes, nec dies.

(b) Certe auctor ſcripſerat, ut minus ann. *ccxxvi.* qui fuerunt *ccxxix.*

(c) *xxxiii* In uno cod. Anon. Sal. In altero *xxiii.* in utroque diminute.

(d) Hae collectiones cum annum non excedant 15. Siconis, ea Auctorem vixiſſe aetate docent.

(e) *ccc.* In utroque Cod. Anon. Sal. diminute.

(f) *Juſtini majoris, & Juſtiniani.* In utroque Cod. Anon. Sal. & in Caſſ.

Digitized by Google

simili fere Chronico ; quod indicabam sub initio hujus Chronici num. II. atque exaratum habebatur in antiquissimo Codice membranaceo Bibliothecae Cassinensis signato num. 353. eidemque caeterae hae omnes annorum summae, praeter VII. VIII. & IX. inverso licet ordine, hoc est non ut hic, subpositae : sed Chronico praefixae aderant ; erantque ibidem postremo loco post nomen Ursi filii Principis Ajonis, & ista utique non praetermittenda, quae ex fusioribus notulis excepta, puto Joannis ex Archidiacono Capuae Abbas qui fuit Cassinensis, & in Historicas has lucubratiunculas, ut alibi dixi, incubuit, vixitque sub Principe Landulfo I. ad cujus annum 13. nempe Christi 913. substitit, biennio antequam Abbas fuisset renunciatus. Etsi ambigi posse video, noster ne ab altero Anonymo Fragmenti Beneventanae Historiae auctore, an ille ab nostro sit mutuatus ea, quae de Graecis Beneventanam civitatem invadentibus totidem prorsus verbis, de eorundem autem expulsione, paucis mutatis, utrobique tradita habentur in hanc formam?

APPENDICULA

Ex Codice Casin. signato. Num. 353. (a).

URsus filius Ajonis puer septennis an. 1. Cujus tempore Sibbaticius Straticus cum valida manu Graecorum venit Beneventum III. Id. Julii, obseditque eam usque XV. Kal. Novembriarum diem, quo Ben. (1) . . . . pacisens, in eam ipse ingressus est eodem die, completis trecentis triginta annis, & aliquot mensibus a Zottone primo Duce Beneventi, quibus Langobardi Principatum tenue-

(a) Quae Romanis literis expressi, erasa fuerant (superstitibus tamen primae scripturae indiciis) quod, forte nulla de Imperatrice praecessisset mentio. His autem signis ( ) clausi, quae superaddita eadem prioris librarii fuerant manu nec dum facta, quam dixi, recognitione.

(1) Legendum fort. *quo Beneventanis pacisens.*

Digitized by Google

nuere Beneventanae Provinciae. Tribus denique annis, novemque menſibus, & diebus XX. dominatio Graecorum tenuit Beneventum, Samnique Provinciam. Poſteavero *praefata Imperatrix* anno I. m. octo expletis poſtquam Graeci Benevento fuerant expulſi, in eadem ingreſſa eſt Prid. Kal. Aprilis, & poſtea (XIV. Ind.) *eadem Imperatrix mater* praedicti Marchenſis nominatum Radelchim fratrem ſuum Beneventano Principatu reſtituit, qui fere XII. annis ab eo fuerat expulſus. Et poſtea ſed. an. II. Ind. autem XV.

Dom. (*a*) Atenulfus . . . . . Ind. XIII.

Dom. Landulfus, & D. Atenulfus filii ſupradicti Dom. Atenulfi ſed. an. X.

Primo anno Principatus Grimoaldi, qui poſt Arichis Principem extitit Princeps, venit Carolus Rex Beneventum. Et a tempore ejuſdem Caroli (*b*) uſque ad XIII. annum Principatus Dom. Landulfi Principis ſunt anni CXLII. temporibus Adriani Papae, qui fuit ſucceſſor Stephani Papae (quinti).

CA-

(a) Suppleo. *Dom. Atenulfus ſed. ann. xi. M. vi. obiit Ind. xiii.*

(b) Supputat Caroli tempora ab anno 771. a quo ſolus regnavit: ſepulto Stephano V. aliis VI.

Digitized by Google

CAMILLI PEREGRINII

DE APPENDICE LIBRI I. HISTORIAE PRINC. LANGOB. ET DE ANTIQUO EJUS EXEMPLARI

AD LECTOREM ADMONITIO (1).

APpendiculam Libro haud magno adjici, Lector, vides: quippe extemporaneam; & quae nunc aggrego Opuſcula, haud itapridem apud praeclarum Monaſterium Cavenſe, quin praeter ſpem omnem meam, & ipſe vidi. In exitu enim proxime anteacti menſis Octobris anni 1642. cum Salernitanae urbis Archiva, quantum per eam opportunitatem licuit, luſtraſſem; eodem animo ad antedictum me contuleram Coenobium, quod jam olim, ſed vere a limine, inſpexeram ad Langobardorum Principum nuper a me conceptos Chronicos Canones abſolvendos, idoneis chartulis refertiſſimum. Eas itaque dum ſedulus per biduum fere illic manens, eſſem ſcrutatus, ſcrinia mihi reſerante vigilantiſſimo, cultiſſimoque ipſorum cuſtode D. Camillo e Capua, in eadem ſacra aede monaſticam D. Benedicti regulam profeſſo, cujus laborioſam, eruditamque diligentiam ſummo nitori, nec minori fidei adjunctam in deſcribendis ſua manu omnibus propemodum ejuſce Archivi vetuſtis tabulis, deſcriptiſque in plura Regeſta per tempora, perque claſſes digerendis, habent praeſentes, habebunt poſteri multiplici

(1) Quum alia hujus Appendicis opuſcula, nim: *Series Comitum Capuae, Capitularia, & Pactum de Liburia, ſimul cum Pacto Gregorii Ducis Neap. a Joanne ejus Nepote firmatum*, in praecedentibus Tomis recuſa ſint, aliud ſupererat, ſcil. *Chronicon Ducum, & Princ. Beneventi*, quod in aptiori tamquam loco heic reponendum curavi, ſua etiam adjecta monitione, ne Scriptoris noſtri quidpiam praetermitterem, quod ejus nomini, noſtraeque utilitati conſulere poſſit.

Digitized by Google

tiplici cum utilitate acceptiſſimam: dum, inquam, nulla tunc mihi, niſi de meſſe, quam colligendam animo deſtinaveram, fuiſſet mens, vel cura; in poſteramque diem diſceſſionem paraſſem, en caſu quodam inter confabulandum ſermo de incompoſitis ortus antiquis Langobardorum picturis; reique in vicinum experimentum priſcus laudatus eſt ex membranis compactus Codex, eopſe in Archivo adſervatus, in quo tales videre erat deformes formas. Adſurrexi ad rem non quidem novam, ſed aliud quid novi ex exoletis imaginibus fortean percepturus. Librum poſco, & obtineo, quem communium Legum Langobardarum eſſe, ſtatim comperi, picturaſque ore derideo parum decoras: ſed ore, inquam; nam eodem oculorum ictu perſenſi, peculiares noſtratium Langobardorum in eo etiam ſervari vetuſtiſſimas non cuſas unquam Leges. In quas anxia lectione cum ruerem, inclinataque jam dies, operi non daret locum, prece obnixa obtinui, ut per imminentem noctem mecum habere, diligentiuſque rimari nulli nunc uſui librum illum liceret. Et jam inſomnis in multas cum perſeveraſſem horas, ſex iſta aliis antehac, certe mihi, incomperta antiqua Opuſcula quam feſtinatiſſime inde excepi, poſtquam volucri ſimul viſu omnes ejus percurreram membranas literis haud inconditiſſimis exaratas. Quae caeteris pridem excuſis nulla mora adjicienda, quippe tuis hiſce ſtudiis non leviter etiam profutura, cum judicaverim: id per Appendiculam praeſtare, congruum plane fuit; quibus ſingulis ſingulas meo me arbitratu, ac more Epigraphes, praeter eas, quas ipſa praeſeferebant, inſcripſiſſe, velim ſcias: nam de caetero fide, qua ſoleo, ne dum ordinem in priſco obſervatum exemplari, ſed ne commiſſa quidem ab ejus librario menda, genuinamque non immutavi, quamvis horridam, nimiſque barbaram dictionem. Atqui ſane inutile nunc minime erit ſpecimen etiam aliquod ejuſdem univerſi exemplaris, tanquam per Indicem, dare; ut ſcilicet ejus compilatoris, a quo Auctarium ad ſeriem Comitum Capuae proceſſiſſe conjector, aſſerta a me aetas, patria, & conditio dilucidius patere poſ-

poſſint. Quae autem in illo continentur, haec ſunt. Primo loco (mitto nunc picturas, quia nil ad hanc rem) deſcripta habetur origo Langobardorum ex Inſula Scandinavia, Regumque ejuſdem gentis ſucceſſio, & praecipua geſta uſque ad Rotharim, ex Hiſtoria Pauli Diac. ſed diſſimulato ejus nomine, excepta. Edictum dein ſequitur praefati Rotharis, quod ipſe condidit anno ſui Regni VIII. aetatis XXXVIII. Indictione II. ab adventu totius gentis in Italiam an. LXXVI. *Leges poſtea aliae ab Regibus aliis latae: a Grimoaldo nimirum, Luitprando, Rachi, & Aiſtulfo. Has excipit Gloſſariolum Latinobarbarum: illud nempe, quod etiam. in manu deſcriptis Codd. Hiſtoriae Erchemperti baberi, expoſitum alia occaſione eſt ſupra. Catalogus huic ſubjicitur Regum Langobardorum ab Alboino ad Deſiderium, narratiunculis immixtis rerum ab iis geſtarum ex ſuperius dicto Paulo Diac. pariter depromtis. Cui alter Regum index adjacet, qui Italiae Regnum poſtea obtinuerunt, ſed nuda tantum nomina, & intervalla exponens, ab ſeniore ductus Pipino ad Othonem III. cum bujuſmodi Appendicula:* Ardoinus factus eſt Rex in Italia: & regnavit an. non pleniter duo. Et pugnavit in Italia cum exercitu Henrici Regis, qui fuit Dux de Bajoaria. Iſte Henricus poſt diſceſſum ſupraſcripti Ottoni factus eſt Rex Totonicorum, & poſt per ditione exercitu ejus ipſe ſe medipſum venit in Italia, & omnes Lambardi mentiti ſunt Arduini regis, & ſubdiderunt ſe Henrici Regis; & ipſe applicuit uſque urbem Papia, & igne cremavit eam, & ſic reverſus eſt in Totonicum Regnum ſuum. *Hactenus de his ibi. Adſunt praeterea ſex iſta nunc typis excudenda Opuſcula; quibus tum Beneventanorum Dynaſtarum perpetua ſeries ab inſtituti Ducatus primordio per annos fere* 360. *Capuaeque poſteriores Comites, anterioreſque Principes Langobardi ad annum uſque milleſimum primum, nec alterius Dynaſtiae ulli alii Toparchae, tum Leges perplures exponuntur, univerſis Beneventanae regionis incolis, aliaeque ſolis Campanis civibus, quibus res frequenter tunc erat cum finitimis Neapoli-*

politanis, olim observatae. E qua speciali, altiusque in animo compilatoris praefati Codicis defixa rerum, Legumque ad Campanos cives spectantium describendarum cura, patria illum Campanum, atque Supplementi ad praenotatam Comitum seriem fuisse simul Auctorem, sum persuasus; quem posteriora a se exposita tempora, Christique jam dictum annum millesimum primum, & quod excurrit, attigisse, apertissimo ipsius constat testimonio; nam Pandulfum Principem sibi visum dicit, hoc est cognomine appellatum Caputferreum, *qui in anno obiit* 981. *His deinceps Opusculis adjacent quaedam juris Langobardici velut* Recapitulationes *ab juris ejusdem perito, qui in privatum usum, ut conjicio, eundem Codicem compilavit, sub his Titulis congestae*: Quantas causas debet esse judicata sine Sacramentum. Item quantas causas fieri debet per pugna judicata. Memoratorium pro quibus causis filii ab hereditate patris exeredati fieri debet. *Claudunt tandem Librum Capitularia ab Regibus edita, qui Regnum Italiae, exactis Langobardis, tenuerunt: nempe ab Carolo Magno* in anno ab Incarn. Dom. dccc1. Indict. ix. an. Regni in Francia xxxiii. in Italia xxvii. Consulatus I. *item ab Ludovico, Pipino, & ab Lothario*, tempore Eugenii Papae, ab liminaria B. Petri Apostoli: *id est anno Christi* 824. *quo etiam tempore idem Lotharius ibidem positus alteram constitutionem promulgasse videtur, Feudorum lib.* 1. *tit.* 19. *denotatam; quam vir summus Jacobus Cujacius referendam putat ad Lotharium posteriorem. Sed de hoc in Dissertat.* De finibus Ducatus Benev. ad Septemtr. *Porro eas omnes in Cavensi Codice descriptas Leges, aliasque fere universas ab cunctis aliis Regibus Italiae dein latas, usque ad Carolum IV. servato Regum, temporumque ordine simul cum Legibus Salicis, Alamannorum, Saxonum, Anglorum &c. in anno* 1557. *Basileae Typis Henrici Petri evulgandas curavit Basilius Joannis Heriold. quas sub diversis titulis in tres libros jam olim digestas, pluries excusas fuisse, non est qui nesciat. Vale.*

CHRO-

Digitized by Google

CHRONICON
DUCUM ET PRINCIPUM BENEVENTI

Usque ad PP. Landulfum I. & Atenulfum II. quod locis signatis asteriſco ab consimili variat Chronico superius excuſo.

ANni Ducibus Beneventi, & Princip.

ZOtto primus Dux an. * xx. Arichis natus in Foro Julii an. quinquaginta. Ajo filius iſtius Arechis an. 1. menſ. v. Iſte pugnavit cum Sclavis ad Aufidum, & interfecerunt illum per ingenium. Radoaldus anni quinque. Grimoaldus frater ejus an. viginti quinque. * Rodoaldus (*a*) filius iſtius anni ſedecim. Grimoaldus filius ejus an. duo * Giſolfus major frater ejus anni decem & ſeptem. Iſte devaſtavit Romam, & Sora, & Yrpinum, & cepit Arci. Romualdus filius iſtius Giſulfi an. vigintiſex. * Giſolfus puerulus filius iſtius Romualdi Dux factus, deportatus eſt Papiam a Lioprando Regem. Gregorius * nepus Lioprandi Regis an. ſepte. Godeſcalcus an. * tres, fugiens adventu Liuprandi Regis, occiſus eſt. * Benevento Dux ibi eſtitit Arechis an. * vigintinovem. Iſte primus appellatus eſt Princeps. Grimoaldus filius ejus an. * viginti. Grimoaldus alter Theſaurarius an. * x. m. 1. dies * xv. Sico an. * ſex menſ. duo. Sicardus filius Siconi an. * tres menſe decem. Radelchis an. * tredecim. Hujus temporibus diviſus eſt Principatus Beneventano inter Siconolfus, & ipſum. Radelgarius filius ejus anni quatuor menſ. * tres. Adelchis frater ejus anni viginti quatuor menſ. ſex. Gaideris filius ſupradicti Radelgarii an. * duo menſ. VI. dies nono x. Radelgichis (*ſc. Radelchis*) filius

(a) Pro. *Romualdus*, ut ſup. & apud Paulum Diac. l. 4. c. 18. ſive 53. Sed in pleriſque etiam aliis aſteriſco ſignatis, locis varians lectio, ad librarii referenda certe eſt ſomnolentiam.

Digitized by Google

filius ſupradicti Adelchis anni tres menſ. * VIII. dies *XXI. Ajo frater ejuſdem Radelchis an. ſex. Urſus filius praedicti Ajoni, puer * decimus, anno uno. * Cujus tempore Sabbaticius Stratico cum valida manu Grecorum venit Beneventum III. Idus Julii, obſeditque eam uſque XV. Kal. Novemb. in qua, pace facta ingreſſus eſt, eo die completis anni CCCXXX. & aliquod menſibus a Zottone primatum Beneventi, quibus Langobardi primatum tenuere Beneventane Provincie. Tribus denique annis, novemque menſibus, & diebus vigintibus dominatio Grecorum tenuit Beneventum, Samniique Provincia. Poſtea vero * Vuido Marchio Beneventum ingreſſus * in die XIV. tenuit eam annis duobus, menſibus VI. Quibus expletis in eadem * civitatem ingreſſa eſt Ageltruda Imperatrix Kal. April. & egreſſa eſt exinde * menſe Auguſti, Papiamque reverſa eſt cum ipſo Marchionem; & Radelchis fratrem ſuum Benevento Principatum reſtituit. Poſt iſtos autem omnes Domnus Atenolfus (a) tenuit Principatum Beneventi ſolus annum unum. Quo completo, Dom. Landolfus fil. ejus factus eſt Princeps & jam dicto pater cum filioſuo an. X. menſ. VI. Dom. Landolfus cum patre ſuo an. IX. Et ſine patre ſuo ſimul cum Domnus Atenolfus fratre ſuo an. XXXII. In Ind. IV. Dom. Atenolfus frater ejus factus eſt Princeps, nono anno Principatus Dom. Landolfi fratri ſuo, eodem anno quo defunctus eſt pater illorum; & tenuit Principatum ſimul cum fratre ſuo an. XXII. Ind. IV.

CA-

(a) Obtinuit Atenulfus Principatum Beneventanum ineunte ann. 900. certe non poſt. Vide infra Ejus autem, & ſubſequentium Principum tempora varie a variis tradita opportuniori loco expendenda, atque dirigenda; ſed & caſtiganda exacte erunt. Unum nunc moneo, vere Atenulfum II. cum fratre Landulfo an. regnaſſet 22. ſicque minime tranſgreſſum fuiſſe annum Chriſti 931. quem e Principatu depulſum, ad generum ſuum Guaimarium II. Salerni Principem ſe recepiſſe (obiit iſte in an. 933.) Anonymus Sal. eſt auctor. Princeps ſane Landulfus I. hac de cauſa videtur filium ſuum Atenulfum in an. 933. conſortem Principatus inſtituiſſe: etſi nulla, quod ſciam, aliis prodita cauſa voluit, ut in Chartulis nomen expulſi fratris etiam retineretur: ut ſuperius To. III. in Pacto Ducum Neap. & alibi.

Digitized by Google

CAMILLI PEREGRINII

ANNORUM DUCUM BENEVENTI

Ab Zottone omnium primo ad Arichim nominis II. Cum Aera Christi Comparatio. Adjectae sunt Franc. Mariae Pratilli animadversiones.



Raesens comparatio (novam ne Lector deliberationem ignores meam) haud promissi Commentarii pars, sed excerpta ex illo est in Primam Partem antecedentis Chronici explanatio; namque uberiorem illam, ac perpetuam nostratium Langobardorum Chronologiam cum in longe majorem, quam putaveram, chartarum molem crevisse, advertissem, peculiarem in librum propediem evulgandum, commodius rejiciendam esse duxi (a). *Cui, ut hujus meae non inconsultae tarditatis damna aliquo emolumento tibi compensarem, Historicas non absimilis argumenti addere decrevi de institutione, finibus, & occasu Ducatus, & Principatus Beneventani, Principatus Salerni & novissimi Principatus Capuae Dissertationes, quas animo ne tantum conceperim, an quia nunc nuper absolverim prudens in paucos saltem differam menses, ex his, quae in rei experimentum hic praestare instituí, facile intelligere poteris.*

At Zottoni, ut comparationem aggrediar, Beneventano Duci omnium primo; universi, qui horum Ducum seriem descripserunt, haud antiquiorem, melioremque Paulo Diac. habentes auctorem, qui nostrates res Langobardicas usque ad Arichim. II. diligenter, & fideliter tradidisse est visus, illum secuti, annos viginti imputarunt; ad cu-

(a) *Pleniorem, universamque nostratium Langobardorum Chronologiam peculiari in Libro, ac Dissertationibus non alieni argumenti auctam, brevi postea dabo.* Peregr.

Digitized by Google

jus quoque normam annorum intervalla caeterorum poſtea Ducum adnotarunt. Noſter autem hic Anonymus, & ipſe Pauli veſtigiis de caetero fere ſemper inſiſtens, Zottoni tamen annos adſcripſit viginti duos, nempe totidem, quot illum anteceſſiſſe credidit Arichim hujus nominis primum, qui proxime Dux fuit poſt Zottonem ab ineunte anno Chriſti 591. qua ratione Ducatum Zotto ſuſcepiſſet in anno 569. ſubſequenti videlicet anno ab adventu in Italiam univerſae gentis Langobardorum. Verum Dux primus ille, ſive plures, ſive pauciores in Ducatu vixerit annos, quod parum ad rem praeſentem refert, ad Pauli ſane mentem non eo anno Dux, nec antequam ab Rege Authari, ſive Anthari, & in Kalendis Januarii anni Chriſtiani 585. eſt conſtitutus; Authāris namque poſtquam primus in Italia Rex Alboinus tribus annis, & menſibus ſex, & poſt eum altero ſeſquianno Rex Clephus regnaſſent, exactoque inſuper integro interregni trigintaſex Ducum decennio (a), *Rex eſt ſalutatus in anno 583. quem Sigonius* de Regno Italiae *lib. 1. ſtatuit in anno 585. quoniam Paulum, laudatumque a ſe Landulfum prave interpretatus, Alboini annos tres cum dimidio ab anno ducendos putavit 570.* (1) *qui com-*

(a) Non ignoro Auctorem Appendicis ad Greg. Tur. cap. 45. annos interregni computaſſe 12. At Paulus, & qui illum ſecutus eſt Sigonius 10. tantum ſupputarunt.

(1) Sigonium vindicat erudite Bacchinius in not. ad Agnell. Ravenn. Diſſ. de aetate Petri Sen. Cap. 3. cui ſubſcribit V. Cl. Blancus in not. Paul. Diac. l. 2. c. 28. Itaque ex eorum ſententia dicendum, poſt captam ab Alboino Papiam, Regni Langobardici annos a Paulo numeratos fuiſſe, quod & aliorum quidem teſtimonio probatur, Sigeberto potiſſimum, & Hermanno Contracto, qui, ut Pagius notavit, in fuſiori Chronico ſcribit, Alboinum occupata Papia, ibi ſedem Regni ſtatuente *III. annos, & ſex menſes in Italia regnaſſe*, qua mente accipiendus etiam Turonenſis lib. 4. c. 35. minime cum Baronio corrigendus. Igitur ſi Alboini epoche definienda erit, ejuſdem regni initium poſt captam Papiam A. ſcil 571. non autem a Papiae obſidione, nimirum ab a. 569. deducendum erit. Quare Sigonius ſub hac diſtinctione clariſſime a Bacchinio vindicatur, quum hocce ex calculo Alboini interitum non a. 573. ſed potius a. 575. contigiſſe ſatendum erit. Neque Peregrinii calculus de Authari Rege ſcrupulo deeſt. Ille etenim defunctus eſt non. Sept. a. 591. ut aperte colligitur ex epiſt. S. Gregorii Magni Ind. IX. qua Rex ille annum VI. in regno compleverat, teneri caepto a. 585. ut Paulus tradi-

computandi fuerant ab anno 568. *per quos ille, ut inquit Paulus*) *lib.* 1. *c.* 14. *ſive* 28. in Italia regnavit : *quandoquidem in Pannonia Langobardorum Regnum poſt patrem Andoinum jam pridem ſuſceperat, tertioque generalis transmigrationis anno haud ipſe Italiæ Rex, ſed, ut Landulfus apud Sigonium perhibet*, Langobardorum dominatus, *ideſt ordo regnandi*, fuit inſtitutus. *Paulus igitur, ut dicebam, primi Beneventani Ducis Zottonis initia ad Regem Autharim aperte retulit lib.* 3. *cap.* 16. *ſive* 33. *atque definite ad annum* 585. *quam germaniſſimam ejus fuiſſe ſententiam, digeſta ab eodem ſingulorum ſubſequentium Ducum tempora, manifeſtant. Qua utique ratione, quoniam* Zotto principatus eſt Beneventi (*verba ſunt Pauli*) per curricula viginti annorum, *ad annum perveniſſet* 605. *idque plane demonſtrabat idem auctor lib.* 4. *cap.* 6. *ſive* 18. *ejuſdem Ducis obitum adnotans poſt deſcriptam Monaſterii Caſſinenſis everſionem a Langobardis patratam, a qua ad inſtaurationem actam ab Abbate Petronace, & ad Summum Pontificem Gregorium II. qui ab anno ſedit* 714. (1) annos fere centum, & decem evolutos fuiſſe, *perhibet lib.* 6. *cap.* 13. *ſive* 40. *Et quidem Paulo, tum de praefati Zottonis, tum de reliquorum Ducum intervallis annorum, meliorem cum non habeamus auctorem, ſtandum eſſe non dubito : verumtamen quam de eis tradidit cum annis Chriſti comparationem, atque conſtanter ad Arichim uſque*

tradiderat. Hinc retrocedendo cum Peregrinii computo ad ſexennium Autharis, & decennio integro interregni, jam annus 575. deveniet, quo Rex Alboinus, & poſt ſexqui annum Clephus defuncti ſunt. Conſule quae ibi ſupralaud. Bacchin. habet, & Cl. Blancus.

At contra pro Peregrinio ſtare video Marium Aventicenſem, qui caedis Alboini Regis epochen conſignat Ind. V. *Anno IV. Conſulatus Juſtini Junioris Auguſti Indict. V. Albuinus Rex Langobardorum a ſuis . . conſentiente uxore ſua interfectus eſt*. Si igitur quum Langobardi irrupiſſent in Italiam Indictio II. decurrebat, ut habet Bacchinius, jam emortualis Alboini annus erit (ex Mario) tertius poſt irruptionem, non autem poſt captum Ticinum. Hinc ne Peregrinio manus addere videar (quod mihi patria, adfinitate, genioque conjunctus ſit) Lectori ſpartam hanc illuſtrandam remitto, meque pro una potius, an alia ſententia indifferentem proteſtor.

(1) Potius 715. ut infra in Ser. Abbat. Caſſ. oſtendam.

Digitized by Google

usque secundum videtur custodisse, minime recipiendam esse existimo: in qua adeo enormiter, ad res licet suae ferme aetatis stylo tandem devenisset, offendit, ut de tanta viri hallucinatione (nam consulto alioquin dicendum esset a linea aberrasse, nec cur sic fecisset, divinare valerem) vix mihi metipsi fidem praestarem, nisi in subsequenti descriptorum a se Ducum Chronologica Tabula, quae ad Primam Partem praemissi Chronici instar integri Commentarii esse poterit, patentibus oculis absurdissimum ejus conspicerem metachronismum. In qua Tabula annos Ducum cum annis Christi juxta excogitatam a me normam comparatos e regione ejus absurdae comparationis adscribere est visum, ut sic utramque invicem expeditius, ac manifestius quisque possit conferre. Epocham vero Zottonis ad ineuntem referam annum 571. non eo ductus argumento, quod ab eodem Duce ad annum Christi 691. & ad Beneventum a Graecis captam, Leo Ostiensis lib. 1. cap. 48. editionis Neapolitanae annos numeravit 320. sed quod non aliter sentiendum esse, ipse Ducum a Paulo tradita annorum intervalla, atque a recentioribus recepta, demonstrent, ab Zottone enim ad praescriptum annum 891. minime annos 320. sed 330. Ostiensis eo loci in exemplari Casinensi manu exarato, & in editione Veneta, & Parisiensi, atque hic noster Anonymus Par. 2. Num. 14. aliique supputarunt; Epocham scilicet instituti Ducatus cum epocha Zottonis, qui primus quidem, sed obscuro quodam rerum ordine Dux fuit, confundentes, ut lib. 2. peculiari in Dissertatione declarabitur.

ZOT-

Digitized by Google

ZOTTO

Sedit ann. XX. Paulus Diac. lib. 3. cap. 16. ſive 34.

Ex abſurda compar. Paul. Diac. — *Ex mea comparatione*

A Kal. Januarii an. 585. — *A Kal. Januarii an.* 571.
Ad Pr. Kal. Jan. an. 605. — *Ad Pr. Kal. Jan. an.* 591.

Caſſinenſe Monaſterium vaſtatur a Langobardis ante Zottonis obitum, non quidem multum. Paulus Diac. lib. 4. cap. 6. ſive 18. & 19. (a).

Nempe circa tempora, quibus Theudobertus Rex Francorum cum Chlothario patruele bellum geſſit, ejuſque exercitum vehementer afflixit; quando etiam ſignum ſanguineum in caelo apparuit, & quaſi haſtae ſanguineae &c. Paulus Diac. lib. 4. cap. 4. ſive 16. Talium autem meteororum adparitio in appendice ad Greg. Turon. cap. 19. & 20. & ex eo in Hiſtoria Rheginonis lib. 3. cap. 87. & 88. comparatur cum bello a Theudoberto, & Theodorico fratribus cum Chlothario commiſſo in anno quinto Regni Theodorici, qui, ut varie computant, fuit Chriſti 601. ſive 605. quod tamen bellum Paulus lib. eod. cap. 9. ſive 29. alterum a praeſcripto a ſe, & parem facit Chriſti anno, qui notatus fuit Indictione 8. nempe 605. quo etiam loco Chlotharium non patruelem, ſed patruum appellat praedictorum fratrum.

Nempe ſub Pelagio Romano Pontifice, ut ex Leone Oſtienſi lib. 1. cap. 2. qui obiit in anno 590. nec admodum antequam Sanctus Gregorius Magnus Dialogorum libros ſcriberet; qui ibi lib. 2. cap. 17. dicit nuper *id actum: ſcripſit autem Gregorius in anno 593. ut ſacrorum Annalium magnus conditor Baronius obſervavit.*

ARI-

(a) Mediam tenuit viam Sigebertus, Caſſinenſem devaſtationem in annum referens 596. non advertens eorum & Gregorii teſtimonium.

ARICHIS

Sedit ann. L. Paulus Diac. lib. 4. cap. 15. sive 46.

A Kal. Januarii an.	605.	*A Kal. Januarii an.*	591.
Ad Pr. Kal. Jan. an.	655.	*Ad Pr. Kal. Jan. an.*	641.

Dux iſte Arichis per poſtremos quinque menſes ſui Ducatus conſortem habuit filium Ajonem, ut ſubſequens temporum ratio ſuadet (a).

AJO

Sedit an. I. menſ. V. Paulus Diac. lib. 4. cap. 15. sive 46.

A Kal. Auguſti an.	654.	*A Kal. Auguſti an.*	641.
Ad Pr. Kal. Jan. an.	656.	*Ad Pr. Kal. Jan. an.*	643.

RADOALDUS

Sedit ann. V. Paulus Diac. lib. 4. cap. 47.

A Kal. Januarii an.	656.	*A Kal. Januarii an.*	643.
Ad Pr. Kal. Jan. an.	661.	*Ad Pr. Kal. Jan. an.*	647.

Dux iſte Rodoaldus cum fratre Grimoaldo ex inſtitutione Ducis Arichis, poſt Ajonem Ducatum obtinuiſſe, integroque praeſcripto quinquennio adminiſtraſſe, videtur. Quo referam Paulum Diac. juxta edit. Frobeni nullos Ducatus annos Rodoaldo ſeorſim ab annis Grimoaldi imputaſſe (1).

GRI-

(a) Ipſe viderit Paulus, quo pacto hic Arichis antequam eſſet Dux, Paedagogus fuerit Radoaldi, & Grimoaldi: cumque in Ducatu vixiſſet an. 50. illos, *florem juventutis habentes*, ſibi, & filio Ducatus ſucceſſores inſtituit, ut tradit l. 4. c. 15. ſive 45.

(1) Radoaldus Ajonis germani ſui a Sclavis trucidati necem digniſſime ulciſcens, Princeps Benev. ſufficitur. Errat Sigonius, qui Ajonem non a. 642.

GRIMOALDUS I.

Sedit an. XXV. Paulus Diac. l. 4. c. 16. ſive 47.

Connumerato quinquennio, quo ſederat cum fratre,	*Non connumerato quinquennio, quo ſederat cum fratre.*
Atque Dux an. XI.	*Atque Dux an. XVI.*
A Kal. Januarii an. 661.	*A Kal. Januarii an.* 647.
Ad Pr. Kal. Jan. an. 672.	*Ad Pr. Kal. Jan. an.* 663.

Rex per annos IX. Paulus Diac. l. 5. c. 12. ſive 33.
Complentes videlicet ſummam annorum XXV.

A Kal. Januarii an. 672.	*A Kal. Januarii an.* 663.
Ad Pr. Kal. Jan. an. 687.	*Ad Pr. Kal. Jan. an.* 672.

Hic in Edicto, quod Rothari Rex compoſuerat,

a. 642. ſed 649. defunctum adfirmavit, ex erronea ejuſdem ſupputatione, tunc temporis Radoaldum ſucceſſiſſe credidit, eique Grimoaldum fratrem in Principatu evectum ſequenti a. 650. quo fit non quinque annis (ut clariſſime Paul. Diac. aliique poſt eum indubie adſerunt), ſed vix anno uno Radoaldum regnaſſe. V. Cl. Aſſemanus It. Hiſt. ſcript. tom. II. cap. 7. hunc Radoaldum Surrenti tunc Graecorum urbem obſediſſe (non autem Neapolim) ex actis SS. Renati, & Valerii ſub Agapito Epiſc. Surrentino an. circ. 645. educi poſſe autumat. At Scipionis Ammirati teſtimonium, quod eadem nimirum deſcripſerit in vita Ducis Radoaldi, falſo quidem adſeveravit: ipſe namque omnino hujus obſidionis verba in Catal. Ducum Benev. profert. At fortaſſe errori ſuo anſam praebuit Marius Vipera in Chronol. Epp. Benev. qui gratis Ammiratum pro ſua ſententia adduxit, illique bona fide Cl. Aſſemanus manum dedit. Anne vera fuerint, quae in hiſce Actis enarrantur, non heic examinandi locus. Vereor tamen, ne commentitia quaedam ibi obtrudantur, quum Acta quae Surrenti adhuc ſervantur, non ſynchrona, ſed ab priſcis quibuſdam aliis (ut ferunt) monumentis eruta dicantur. Nec equidem Rodoaldus poſt Sclavorum expulſionem aliud potuiſſe adverſus Graecos bellum, Surrenti obſidione, ſuſcipere cenſeo: eo magis quod hujus fort. obſidionis, Paulus aliquid innuiſſet, aut Chronologi alii, qui Langobardorum geſta deſcripſerunt. Ipſi haec viderint Surrentini, qui ut res ſuas extollant, fabellis multis Hiſtoriam ſuam diſtribuunt. Sed haec parumper attigiſſe ſufficiat.

Digitized by Google

alia quoque Capitula Legis, quae ei utilia visa sunt, adjecit. Paulus Diac. lib. 5. cap. 12. sive 33.

Juxta Pauli normam praesens annus fuisset Christi 677. cui adjecti characteres minime competunt. Sed juxta Regum intervalla, tradita ab ipsomet Paulo, si rite exponantur, ipse fuit a me demonstratus annus 668. Rex enim Rotharis condidit Edictum, ut ibi notatur *VIII. anno sui Regni*, *Indictione XII. mense Novembris* (nempe producta Indictione secunda, ut alias saepe, ad Januarium) *atque anno LXXVII. post adventum Regis Alboini*; quae temporis designatio, haud Paulum latuit lib. 4. cap. 15. sive 44. isque fuit annus Christi 644. Vixitque in Regno Rotharis, eodem Paulo teste lib. 4. cap. 16. sive 48. annos in solidum 16. menses 4. ad annum perveniens 652. (a) haeredemque post se habens filium Radoaldum, cui Paulus lib. 4. cap. 17. sive 50. imputat annos 5. dies 7. sed eos fere, omnes computandos communes cum annis patris; ita ut filium decessisse intelligamus eodem anno 652. quandoquidem subsecutus Rex Aripertus regnavit ann. 9. quod Paulus perhibet lib. 4. cap. 18. sive 53. hoc est ad Autumnum fere anni 661. post cujus mortem, *expleto*, inquit Paulus, *anno, & mensibus tribus, Grimoaldus Langobardorum Regnum invasit*: nempe in exordio anni 663. quod cum tempore conditarum ab Grimoaldo novarum Legum, & digesta a me Chronologia perbelle congruit (1).

Nempe in anni sui Regni VI. mense Julii Indict. XI. Ut est in Legibus Langobard. editionis Basileensis anni 1557. excusis cum legibus Salicis, Alamannorum, Saxonum &c. qui fuit Christi annus 668.

RO-

(a) Aliter haec Regum tempora riti judicabunt. disponit Sigonius; at quam bene, pe-

(1) Errat Sigebertus in Chron ad a 661. & post eum Sigonius, qui ajunt a. 661. Grimoaldum e Benev. Ducatu ad Italiae Regnum fuisse evectum. Immo alio Sigebertus idem errore notandus est, qui Grimoaldum non Benev. Ducem, sed Taurinensium fuisse ait: ipse quidem Grimoaldum cum Gari-

Digitized by Google

ROMUALDUS I.

Sedit ann. XVI. Paulus Diac. lib. 6. cap. 1. ſive 2.

A Kal. Januarii ann.	672.	*Ab exeunte anno*	661.
In quo ejus pater Regis titulo uti coepit.		*In quo ejus pater Grimoaldus Regiam coepit ambire dignitatem*	
Ad Pr. Kal. Jan. an.	688.	*Ad exeuntem ann.*	677.

GRIMOALDUS II.

Sedit an. III. Paulus Diac. lib. 6. cap. 1. ſive 2.

Nempe una cum fratre Giſulfo, ut infra (1).

A Kal. Januarii an.	688.	*Ab exeunte anno*	777.
Ad Pr. Kal. Jan. an.	691.	*Ad exeuntem ann.*	680.

Sub hoc Duce floruit S. Barbatus Beneventanus Epiſcopus.

GISULFUS I.

Sedit an. XVII. Paulus Diac. lib. 6. cap. 1. ſive 2.

Scilicet una adnumeratis annis tribus, per quos ſederat cum fratre Grimoaldo. Igitur ſolus

A Kal. Januarii an.	691.	*Ab exeunte anno* .	680.
Ad Pr. Kal. Jan. an.	705.	*Ad exeuntem ann.*	694.

Garibaldo Taurinenſium Duce confudit, qui Benev. Ducem Grimoaldum ad Regnum Italiae arripiendum allecit, ut Paul. Diac. narrat. Sub hoc Grimoaldo Rege Beneventum a Conſtante Imp. obſeſſum fuit a. 663. ab eoque Graeci depulſi, ut alibi dictum. De hujus Imp. nece in Sicilia fuſe V. Cl. Aſſemanus Tom. II. c. 9. quem conſule.

(1) Undenam iſthaec Peregrinius? Pauli Diac. verba haec ſunt: *Romoaldus poſtquam XVI. ann. Ducatum geſſit ab hac luce ſubtractus eſt: poſt quem ejus filius Grimoaldus III. annis Samnitum populos rexit.* Solus igitur, non ſum Giſulfo fratre Ducatum geſſit. Sed infra plenius.

Digitized by Google

Dux iſte Romanam Campaniam vaſtavit ſedente Romano Pontifice Joanne VI. Paulus Diac. lib. 6. cap. 9. ſive 27.

Juxta ſupputationem Pauli, quem ſecuti ſunt Anaſtaſius Bibl. & Ado in Chron. ſedente Joanne Sexto, atque anno circiter 703. (1)

Juxta meam comparationem ſedente Joanne V. atque in anno circiter 685.

RO-

(1) Non utique ſedente Joanne PP. V. ut ajt Peregrinius, ſed VI. ut recte animadvertit Aſſemanus loc. cit. c. 13. num. 10. & 11. Sub Joanne namque VI. Anaſtaſius Bibl. & Paulus Diac. lib. 6. c. 27. iiſdem pene verbis iſtam in Romanam Campaniam irruptionem accidiſſe ferunt: *Giſulfus Dux gentis Lang. Beneventi cum omni ſua virtute in Campaniam venit, incendia, & depraedationes multas, captivoſque permultos fecit .... denominatus Pontifex* (nim. Joannes VI.) *miſſis Sacerdotibus cum donariis, univerſos captivos de eorum manibus redemit, & illum ad propria repedare fecit.* Quod etiam a Joanne Diac. in Chr. Epp. Neap. obſirmatur: *Horum diebus* (inquit loquens de Laurentio Epiſcopo ſub Joanne PP VI.) *Giſulfus Dux Campaniam igne, gladio, captivitate vaſtavit. Apoſtolicus Papa Joannes, qui Sergio ſucceſſerat, miſſis ad eum Sacerdotibus, ac denariis, captivos redemit, & hoſtes gedire fecit; cui ſucceſſit alius Joannes.* Quiſnam alius, amabo, heic circumſcribitur, niſi Joannes VI. qui Sergio ſucceſſerat, eoque defuncto Joannes VII. electus eſt? Iſthaec, ut in Pauli Diac. animadverſionibus to. I. hujus operis notavi, a. circ. 703. contigere. Quare fit, Giſulfum non quidem a. 697. ſed ultra annum 704. ſuam vitam produxiſſe; neque annis XVII. ſed XXIV. vixiſſe, ſicuti ex Catalogo Principum Sal. ſupra relato evincitur: aperte namque ibi legitur *Giſulfus ann. XXIV menſ. V.* neque aliud fort. in Erchemperto, & in Catal. Hiſt. Anon. Salern. adnotatum cenſeo: *Giſulfus a. XIV.* quum facile ab amanuenſium oculis denarius numerus X. effugere potuiſſet, ut ſaepiſſime contigit, & XIV. pro XXIV. ſolummodo reponi. Hinc profecto Peregrinii allucinationis initium: iis namque catalogis fidem aſtruens *annis XVII.* Giſulfum vixiſſe adfirmavit, nempe III. cum fratre Grimoaldo, & XIV. ſolum Beneventanis praefuiſſe. At neque illi Pauli auctoritas penitus ſuffragatur: ipſe etenim lib. 6. c. 2. ait: *Defuncto quoque Grimoaldo, Giſulfus ejus germanus Dux effectus eſt* (a. ſcil. 680.) *praefuitque annis decem, & ſeptem:* non utique vivente germano, ſed poſt ejus obitum computandis, ut liquet. Stat igitur, Giſulfum ab a. 680. ad a. 704. vixiſſe; atque (ut ſibimet ipſi Paulus concilietur) dicendum, ex librariorum errore *to decemſeptem* fuiſſe interpolatum, ibique numericis fort. notis XXIV. ſignatum fuiſſe ejus vitae decurſum, ſicuti in aliis Catalogis legitur, exciſa in quibuſdam denarii nota. Neque ipſum ſane ab a. 680. ad a. uſque 707. uti Aſſemanus opinatus eſt, regnaſſe dicendum eſt, quum nulla prorſus ratione niti queat Cl. viri adſertio: quoniam (ut alia omittam argumenta) chartae Mon. Benev. S. Sophiae, & S. Petri, necnon Cavenſis Archivi, Venuſini Mon. Sanctiſſimae Trinitatis, & Caſſinenſis in annis 706. conſignatae habent Romoaldi Ducis inſcriptum nomen Ind. IV.

ROMUALDUS II.

Sedit an. XXVI. Paulus Diac. lib. 6. cap. 16. ſive 55.

Integros		*Non integros*	
A Kal. Januarii an.	705.	*Ab exeunte anno* (1)	694.
Ad Pr. Kal. Jan. an.	731.	*Ad Aeſtatem anni* (2)	720.

Circa haec tempora Petronax civis Brixianae urbis Romam venit, hortatuque tunc Gregorii Apoſtolicae Sedis Papae, Caſſinenſe Caſtrum petiit, ac Monaſterium B. Benedicti non poſt multum tempus in primum ſtatum erexit. Paulus Diac. lib. 6. cap. 13. ſive 40. (*a*)

Evolutis ferme centum, & decem annis a Langobardorum deſtructione. Leo Oſtienſ. in Prologo ſui Chronici ex fide Caſſinenſis exemplaris manu exarati, nec non editionis Venetae, & Pa-

Evolutis fere annis centum triginta, per quos a Langobardorum everſione Caſſinenſes Monachi Romae juxta Lateranenſe Palatium habitaverant. Petrus Diac. in Auctar. ad Oſtienſem lib. 4. cap. 91.

IV. quae utique huic anno reſpondet. Neque judicari poteſt annus 721. in quo etiam idem Dux Romoaldus regnabat, & IV. indictio decurrebat: in quadam enim monialium S. Petri Ben. charta apud Haeredes Joannis de Nicaſtro Archid. olim Benev. adſervata legitur memoratum nomen, & aſſenſus Joannis Papae, qui in a. 706. ſedebat, non autem a. 721. quo Gregorius II. Petri Cathedram regebat.

(1) Potius 704.

(2) Ad Autumnum 730.

(a) Tempora deſignata in actis S. Rufini apud antiqu. Brev. Capuae huic competunt Romualdo; cujus nomen loco *Grimoaldi* eſt ibi reponendum, ſignantque an. 694. ſive 695. quo definite Audoaldi Campani Patritii filius e lethali morbo Divina ope convaluit, ut ibid. in Praefat. declaratur.

Recte Peregrin. noſter advertit ab Decoroſo Epiſcopo jam ſene haec peracta fuiſſe ſub Romoaldo II. ut patet etiam in Actis ſinceris adhuc ineditis S. Vitaliani Epiſcopi S. Decoroſi Succeſſoris, ap. me extantibus, quae alibi dabo notis aucta. *Prat.*

Digitized by Google

Parisiensis; atque ad mentem Pauli Diac. loco relato, quem secutus quoque est Adrevaldus Floriacensis libro de Miraculis S. Benedicti: verum congenitae inconstantiae ne vitio, an alia occasione in Ostiensis Chronico anni modo pauciores Casinensi solitudini imputentur, hujus non est loci expedire. Nec in praesens dicam, cur idem auctor lib. 1. cap. 4. instaurationem a Petronace aggressam in anno 720. ad tempora retulisse videatur Papae Gregorii III. qui sedit ab anno 731. nam Petronax certe sub Gregorio II. Casinensi praesidere coepit Monasterio, ut ex S. Vuillibaldi etiam peregrinatione apud Surium 7. Kal. Julii est intelligere.

91. ex fide Cassinensis exemplaris manu exarati, nec non editionis Venetae, & Parisiensis, atque ad mentem Ostiensis in eodem M. S. Codice, & editionibus l. 1. cap. 4. Quo loco, Petronacem tradit in Cassinensi Monasterio habitare coepisse in anno 720 idemque adnotavit praefatus Petrus Diac. in confecto a se Registro Num. 86. in Cassinensi Archivo adservato; cum uterque antiquissimum ejusdem Coenobii Monachum sequeretur, qui in Chronico Langobardorum, seu Monachorum &c. a me inferius evulgando parem fecit epocham Petronacis, & Beneventani Ducis Gregorii, nulloque alio intermedio Duce, ipsum Gregorium post Romualdum II. (nempe Ducem Adelaum, quod Paulus antea fecerat, praeteriens) atque adeo in anno 720. videtur collocasse; ut constabit ex dicendis infra.

ADELAYS

Aliis dictus Audelaus (1)

Sedit an. II. Anonimus Chronol. S. Sophiae (2).

Par.

(1) In Cavensi Catalogo *Adilaus*.
(2) In Cav. Catal. sedit a. uno m. X.

Par. 1. Num. 10.

Hujus Ducis nomen, & tempus nullum Paulus demonſtravit.

Ab Aeſtate anni (1). 720.
Ad Aeſtatem anni (2). 722.

GREGORIUS

Sedit an. VII. Paulus Diac. l. 6. c. 16. ſive 56. (3)

A Kal. Januarii an. 731. *Ab Aeſtate an.* (4) 722.
Ad Pr. Kal. Jan. an. 738. *Ad Aeſtatem an.* (5) 729.

GODESCALCHUS

Sedit an. III. Paulus Diac. lib. 6. cap. 16. ſive 56.

Sedit an. IV. Anonymus S. Sophiae Par. 1. Num. 12. (6)

Hos facile conciliabis, ſi Godeſcalcho imputaveris annos IV. non integros, quos Paulus rotunde, & ſuo more III. computavit. Anonymus tamen Caſſinenſis in Chronico Langobard. ſeu Monachorum &c. huic Duci adſignavit annos VI. ut tempora Ducum, & Abbatum exaequaret; nam annum epochae Adelai fecerat Gregorii, biennioque Ducum Chronologiam anteverterat. Sedit igitur Godeſcalchus (a).

A Kal.

(a) Quae quibus competant Beneventanis Ducibus poſt Adelaum geſta in epiſtolis deſcripta Romanorum Pontificum Gregorii II. & III. Stephani III. & Pauli I. atque in Anaſt. Bibl pluribus locis, ſecus ac Paulus prodidit, in fuſiori aperiam Chronologia.

(1) Ab Autumno anni 730.
(2) Ad Aeſtatem anni 732.
(3) Ex Catal. Cavenſi ſedit a. VII. menſ. IV.
(4) Ab Aeſtate a. 732.
(5) Ad exeuntem ann 739.
(6) Catal. Cav. ann. II. menſ. VIII.

Digitized by Google

A Kal. Januarii an. 738. *Ab Aeſtate anni* (1) 729.
Ad Pr. Kal. Jan. 741. *Ad exeunt. prope an.* (2) 732.

GISULFUS II.

Sedit an. XVII. dies X. (3) Anonymus Chronologus Sanctae Sophiae Par. 1. Num. 13.

Paulus lib. 6. cap. 17. ſive 58. nomen tantum hujus Ducis demonſtravit, quem libro eod. cap. 14. ſive 50. filium dicit Ducis Romualdi II. ac Nepotem Luitprandi Regis Langobardorum: nempe ex nepte Guntberga natum, filia Auronae ſuae ſororis; tempus vero ſedis non adſcripſit, quoniam ſuam Hiſtoriam clauſit in obitu Regis praefati, qui deceſſit, ut ex Anaſtaſio Bibl. diſco in Zacharia, ante diem Kalendarum Julii undecimae Indictionis, id eſt anni 743. At vixiſſe Giſulfum in Ducatu per hos annos ab Anonymo S. Sophiae deſignatos, cum Pauli ſupputatione aptiſſime congruit, quem proxime poſt illum collocaſſe Arichim II. atque adeo nec plures, *Non hunc, ſed ſubſequentem Ducem Luitprandum, nepotem adpellat Regis Luitprandi praeſens Anonymus. Et vero qui potuit Giſulfus iſte filius eſſe Ducis Romualdi II. ex Guntberga filia Auronae, cum Romualdum obiiſſe demonſtraverim in anno 720. Aurona autem, ut Paulus perhibet lib. 6. cap. 7. ſive 22. apud patrem Anſprandum, & matrem Theoderadam, hoc eſt innupta, ab Rege Ariperto, naſo, & auribus deciſis, deformis effecta fuerit in anno, ſive 704. ut ſupputat Baronius, ſive 705. ut notat Sigonius, ambo ſequentes traditam a Paulo de his Langobardorum Regibus Chronologiam? Paulus tamen hanc inconvenientiam vitaſſe ſibi eſt viſus, Romualdi II. obitum ſtatuens in anno*

(1) Ab exeunte a. 739.
(2) Ad Aeſtatem a. 742.
(3) Catal. Cavenſis ann. XII. m. II.

res, nec pauciores annos, quam 17. Giſulfo imputaſſe, dicendum eſt: quot ab anno 741. qui poſtremus fuit Godeſcalchi, praedeceſſoris Giſulfi, juxta ejuſdem Pauli comparationem ad annum 758. quo Arichis II. Ducatum ſuſcepit, dinumerantur.

no 731. ſed quam bene, ex mea hac comparatione facile intelligitur. Dux ergo Giſulfus II. quibuſvis ortus parentibus, annos ſedit XVII. dies X. (1)

Ab exeunte fere an. (2) 732.
Ad exeuntem an. (3) 749.

LIUTPRANDUS (4)

Sedit an. VIII. menſ. III. Anonymus Chronolog. S. Sophiae. Par. I. Num. 14. (5).

Hunc Ducem Pauli comparatio, & qui illum ſecuti ſunt, non admittunt: Auctor Indicis Ducum Beneventi in Codice Caſſinenſi 353. Erchempertus Num. 1. juxta priorem editionem, & Oſtienſis lib. 1. cap. 9. ex fide ſcripti exemplaris, atque editionum Venetae, & Pariſienſis. Erchempertus vero, & Oſtienſis haud palam hujus ſe eſſe ſententiae expoſuere; ſed hoc tanti non eſt, ut longiori demonſtrari debeat ſermone.

Luitprandum Beneventi Ducem agnoverunt, ne dum hic noſter Anonymus, ſed Anonymus alter Salernitanus longe antiquior Par. 1. Num. 3. itemque Anonymus ille, qui Ducum ſeriem ipſi Salernit. in M. S. Cod. praefixit, ac tandem firmiſſimo documento demonſtravit Falco Beneventanus in Chronico ad annum 1121. cum in lite quadam coram Summo Pontifice Calixto II. agitata apud Beneventum, productum fuiſſe dicit

(1) An. xii. menſ. iii. (2) Ab Aeſtate a. 742.
(3) Ad Autumnum a. 754.
(4) Al. *Leoprand*, vel *Aliprandus*.
(5) In Catal. Cav. *a. III. menſ. VII.* ſcil. ab Sept. ann. 754. ad Februarium a. 758. quo Arichis Liutprando, ejecto ab Rege Langob. Deſiderio, Dux Beneventi ſuffectus eſt, quamvis populi ſuffragio etiam proclamatus, ut alibi opportunius explicabo.

Digitized by Google

Privilegium Leoprand olim (a) Ducis Civitatis Beneventanae ; *qui ſane Leoprand , ſive Luitprandus , non fuit , niſi praeſens Giſulfi II. ſucceſſor ; nec tale Diploma , ſincerum tunc reputatum , credere nunc licet ſuppoſititium. Iſte igitur Dux quoniam ſedit ann. VIII. menſ. III. ab exeunte anno 749. qui poſtremus fuit praedeceſſoris Giſulfi , ad ineuntem annum 758. pervenit , ac definite ad menſem ejus anni Februarium , quo Arichim. II. ei ſubſtitutum fuiſſe a Rege Langobardorum Deſiderio docemur Epiſt. 4. Pauli I. Pontificis Romani ad Regem Pipinum data , & de menſe teſtantur alia monumenta ſuo loco producenda , nam modo pro loci opportunitate ſatis ad hanc primam partem* (b).

FRAN-

(a) Sigonius de Reg. Ital. l 3. Paulo ſubſcribit, Arichim. II. collocans poſt Giſulfum II.

(b) Anonymus Salern qui Arichim electum perhibet per ſuffragia populorum, qualiter ſit capiendus in diſſert. dicam quae inſcribitur . *Ducatus Beneventanus tranſibat ne ad haeredem*. Quae cum aliis Peregrinii diſſertationibus igne abſumta fuit , ut dixi . At aliqua ſaltem hac in re delibanda erunt , antequam opus abſolvatur . *Trat.*

Digitized by Google

FRANCISCI MARIAE PRATILLI

DE KALENDARIO, ET NECROLOGIO MONASTERII S. BENEDICTI CASSINENSIUM CAPUAE

PRAELOQUIUM.



Arvum hocce opuſculum (cujus ſupra meminimus in Chronico Comitum Capuae Tom. III. hujus operis, quod ipſi adſutum erat, ut ibi animadverteram), quamvis aliquibus aut inutile, aut parum ſaltem aptum videri poſſet, non erit profecto Literatis viris tam aſpernabile, quin boni aliquod, atque utilitatis expiſcari ab illo queant. Quandoquidem & Catalogus ille Capuae Principum, qui Necrologio facem praefert, & tot Comitum nomina, qui in Campanae noſtrae Dynaſtiae extenſione caſtella, oppidaque poſſidebant, e quibus iis familiarum cognomina dimanarunt (quorum innumera quidem Capuae, aliiſque in urbibus exempla proſtant), & cum Langobardorum Principum noſtratum ſanguine vel commune genus, vel cognationis, aut adfinitatis vinculum habuere; nobiliumque aliquot matronarum, Antiſtitum, Praepoſitorum, aliorumque illuſtrium virorum memoriam, multas ad hiſtoriae noſtrae agnitionem utilitates, commodaque ſubminiſtrant. Nec praetereundum cenſeo, Capuanae quoque Eccleſiae Kalendario, ſive veteribus illius Martyrologiis, quibus Sanctorum ejuſdem nomina deſcribuntur, lucem plurimam afferre Kalendarium iſtud, in eorum praecipue Sanctorum cultu, quorum vix modo nomina noſtris in faſtis adſervari conceſſum eſt. Quod ſane, ut arbitror, cauſae fuit, cur hocce opuſculum apographon in ſchedis V.Cl. Canonici Ajoſſae inventum a me fuiſſet apud heredes, quum ipſe Capuanum Sanctuarium ab Michaele Monaco pridem

editum, novis ejus lucubrationibus recudere cogitaſſet, avunculi ſui gloriae, decorique conſulens, quod multa quidem in opere illo digeſta parum, mutila, aut obſcura, Auctor utique diligens, magno ſtudio collegerat, ſed morte praeventus quod meditatus fuerat, ob communis Patriae infortunium exequi nullatenus potuit: neque pariter ejus germanus, Silveſter Ajoſſa digniſſ. Capuae Parochus, qui huic operi manum admovere conatus fuerat. Non erit igitur dubitandum, quin commodi partem aliquam, perutiliſque acceſſionis appendiculam praeferat Kalendarium, & Necrologium noſtrum; quare nec me culpae alicujus inſimulandum, quod ipſum tot aliis neceſſariis opuſculis adtexuerim, quaſi pretioſam quandam Langobardicae Hiſtoriae diademati margaritam affixiſſem, quum ab eo tandem bonum aliquod afferri poſſe cenſendum ſit.

Ad Monaſterii ſiquidem Caſſinenſium Capuae uſum tam Kalendarium, quam Necrologium iſtud inſervire debuit: titulus namque id oſtendit *Kalendarium Sacri Monaſterii S. Benedicti Capuae*, cui adnexum *Necrologium* ex adverſo cujusque menſis, emortuales adnotans dies. Univerſis porro Caſſinenſium Coenobis Necrologiorum uſus invaluit, quibus & Sanctorum nomina, & benemeritorum defunctorum memoria inſcribebantur: plurima iſtorum jam edita, apud Scriptores inveniuntur, aliqua in tenebris adhuc, vel in pulvere ſordida deliteſcunt. Utinam codices hi omnes lucem aſpicerent! Quam Hiſtoriae lux magis augeſceret, quot Sanctorum, virorumque pietate, aliiſque meritorum inſigniis praeclariſſimorum monumenta reviviſcerent, quae tenebricoſum ignorantiae velum obfundunt! Gratias igitur civis noſtri Ajoſſae ſedulitati permultas habeamus, qui libellum jam pene ab hominum memoria demortuum in lucem revocavit, noſtraeque Hiſtoriae, rebuſque patriis ornamenta adgeſſit, quae fortaſſe cum Necrologio conſepulta jacuiſſent.

At, ut aliqua *S. Benedicti* Capuae Coenobii attingamus,

Digitized by Google

mus, humaniſſimum Lectorem admonitum primo loco vellem, hujuſce Monaſterii exordium quo anno, quove ſub Principe ceperit, incertiſſimum. V. Cl. Fabius Vecchionius Peregrinii noſtri fidiſſimus olim comes, & amanuenſis, ut alibi explicatum, in ſuis mm. ss. codd. Tom. XV. c. 2. adſerit: *Sub Capuae Comitibus a.* 879. *Cellam S. Benedicti extra moenia urbis, ortum verſus, Tifatinos montes proſpicientem extructam fuiſſe ſupra Vulturni ripam, eo fort. loco, quo ſuperioribus annis* (ſcribebat a. circ. 1670.) *nova urbis moenia, ac pomaerium amplificatum, ubi dicitur* (lo ſperone), *quo in loco veteris S. Benedicti Eccleſiae, boſpitiique adnexi, rudera effoſſa ſunt. Nec multo poſt* (*a. ſcil.* 903.) *ab Athenulfo I. Capuae, ac Beneventi Principe inde intra urbem Cellam fuiſſe translatam, eo videlicet loco, quo deinde in a.* 916. *Joannes Capuae olim Archidiaconus, & poſtmodum Caſinenſis Abbas, Eccleſiam, novumque ampliſſimum Monaſterium aedificavit, cujus adhuc monumenta ſatis praeclara conſpiciuntur, ejuſque patet. Eccleſia, Patribus Societatis Jeſu poſtmodum conceſſa, translato in Majorem Eccleſiam Presbyterorum Saecularium Collegio, qui Metropolitanae Canonicis pro inferiori miniſterio inſervirent.* At unde hujus Cellae S. Benedicti exordium expiſcaverit Vecchionius non adſerit. Ab Cl. Peregrinio fort. illa praenoſcere poterat dum in vivis ageret, quae proinde feralis ignis abſumſit. Certiſſimum tamen eſt, tot inter Theſauri Capuani chartas, nunc majori ex parte aut ſublatas, aut peſſundatas, unam adſervari anni 906. in qua legitur: *finis ab uno latere* (cujuſdam horti Ragibrandi Sueſſolani olim Caſtaldei) *riba Ulturni fluminis, ab alio latere fovea de turri Monteroni, & cella S. Benedicti &c.* Qua ex circumſcriptione ſatis conjectari datur in a. 906. S. Benedicti Cellam Capuae jam fuiſſe aedificatam, & praeciſe illo eodem loco, quo Monaſterium, magnificamque Eccleſiam non multos poſt annos Joannes Abbas Caſinenſis a fundamentis excitavit, cujus rei teſtem habemus Oſtienſem lib. 1. c. 53. a quo etiam hujus cellae memo-

Digitized by Google

moria traditur his verbis: *Verum in eadem Civitate* (Capua) *monaſterium adhuc non erat aedificatum; ſed in eo loco, ubi nunc conſtructum eſt, juxta portam ſcil. S. Angeli, perparva nimium, & exilis erat Eccleſia, & parva, viliſque domuncula ſtabat de lignis contexta, ubi III. tantum, aut IV. fratres veteli morabantur.* Neque profecto cella iſta vetus, *in qua tres, aut quatuor fratres morabantur* extrui potuit ante annum 890. quum in hocce Monaſterii S. Benedicti Cap. Kalendario, & Necrologio apertiſſime adnotetur ſub die *VIII. Idus Novembris* emortualis dies *Ragembrandi Abbatis Caſſ. fundatoris cellae S. Benedicti* Capuae. Si igitur juſſu Ragembrandi haec cella exaedificata, non utique ante a. 890. hoc exequi potuit: illo namque anno defuncto Angelario, electus eſt Ragembrandus, qui ſuum Praeſulatum uſque ad an. 899. perduxit. Quare hallucinatus eſt Vecchionius, illam fundatione per decennium, & amplius antevertens.

Heic igitur Joannes Abbas paulo poſt ejus aſſumtionem, novi Coenobii fundationem curavit A. nempe aut 916. aut 917. atque Teano (quo ſe Caſinenſes Monachi ab eorum S. Benedicti in Caſini monte Monaſterio pene deſtructo, retraxerant) Fratres ſuos quinquaginta Capuam tranſvexit, ibique Templum ornatiſſimum excitavit amplumque Monaſterium, ſuorum Langobardorum Dynaſtarum auxilio, ut fuſe idem *Oſtienſ. loc. cit.* eodemque Abbatem Caſinenſem Johannem, alioſque illius ſucceſſores Adelpertus, Balduinus, & Majelpotus ſedem habuiſſe idem *Oſtienſ.* teſtatur *lib. 1. cap. 59.* ubi de Capuani Monaſterii reformatione ſub Agapeto Pontif. Max. verba facit: eoque temporis pauciores ibi Monachos incoluiſſe credendum eſt: quum ad Caſinenſe Monaſterium, ſub Aligerno Abbate reſtitutum, jam Monachi e proximis Campanae Provinciae Coenobiis revocati fuiſſent. Non defuere tamen, qui ad dies huic Capuae S. Benedicti Eccleſiae, ejuſque Monachis rerum mobilium ad ſacra pertinentium, agrorumque, ſylvarum, domorum copiam, fluminum ripas, piſcationes, molendina, aliaque

do-

Digitized by Google

donaverint, quod videre est apud eundem Ost. *lib.2.cap.3. lib.3. cap.17.* & alibi; & Gattulam *tom. 1. Hist. Cassin.* Imo eidem postea Monasterio, tanquam praecipuo inter alia, atque insigniori, minores Cellae aliae S. Viti in Tifata: S. Nazarii, & S. Scholasticae in Liburia: S. Mauri, & S. Viti in Cantia, aliaeque quamplurimae subjectae fuerunt; atque ipsum etiam celebre Monasterium S. Angeli *in Formis*, vulgo *ad Arcum Dianae* adpellatum, huic subditum fuisse, non ignoramus, de quo aliqua in Appiae Viae descript. lib. 3.

At suas S. Benedicti Capuae Coenobium vicissitudines ob Langob. Principum vel inconstantiam, vel indigentias perpeti oportuit: nec bella defuere, Urbis obsidiones, intestinaeque calamitates, quibus sub Langobardis primum, deindeque Northmannis Dynastis S. Benedicti Monasterium exagitatum, impetitum, & pene ad extremam inopiam reductum fuerit. Nec minora quidem passum fuisset ab igne detrimenta (quum Capua pene tota flammis conflagrasset) nisi D. O. M. adjutorium Monachis ministrasset, Corporali sacro in flammas immisso, quod incendium protinus retraxit, extinxitque, ut narrat *Petr. Diac. lib.4. cap. 72.* At sub Desiderio ejus Praeposito, indeque Casinensi Abbate, decus ipsi maximum adcrevit, qui Monasterium istud, atque Templum A. circ. 1080. renovare sategit: *Dirupta namque priori Ecclesia* (ait Ost. lib. 2. cap. 55.) *jussit conduci artifices alios ad capitella columnarum miro opere facienda. Evocansque ad se Benedictum ejusdem loci Praepositum praecepit, ut in ejusdem Ecclesiae renovatione, omnibus rebus postpositis, specialiter invigilare studeret. Cujus ille imperio parens, P. Benedicti Basilicam, sicut nunc cernitur, pulcherrimam satis construxit.* In cujus absside olim legebatur musivo opere inscripta haec carmina

Hoc Desiderius, qui & Victor Praesul & Abbas
Coepit opus, quod Oderisius optimus Abbas
Complevit, Benedicte, tuum decorans ad honorem.

Desiderius igitur hujus olim Monasterii Praepositus, inde

de S. R. E. Cardinalis, & Casinensis Abbas Templi restitutionem curavit, in quo idem paucos post annos ad Summi Pontificatus apicem evectus, sub Victoris III. nomine, Concilium congregavit (in quo Jordanus I. Capuae tunc Princeps, aliique Summi Viri, tam Urbis, quam Principatus, aliorumque locorum adstitere) ibique Thiaram Pontificiam, omniumque adorationem providentissimo Dei Opt. Max. consilio accepit, ut pleniſſime narratur in Chr. Caſſin. *lib.* 3. *cap.* 66. illudque etiam meminit Baron. A. 1087. Panvin. Platina, aliique. A Paſchali deinde PP. II. Benevento Romam regreſſuro A. 1108. isthaec S. Benedicti Basilica, quae noviter restituta, amplificata, & exornata fuerat, jussu Othonis Abb. Cass. & Cap. Principum Richardi, & Roberti subsidiis solemniter dedicata fuit, ut ex eodem Chron. *lib.* 4. *cap.* 33. Ibique etiam A. scil. 1118. Gelasius PP. II. nostrorum Principum auxilio fultus, Cajeta aufugiens, pacifice demoratus est (nam & Cassinensis erat familiae) eaque in Urbe Synodum celebravit, qua Pseudo-Pontificem Mauricium Burdinum, Schismaticum Henricum Aug. suosque omnes anatematizavit fautores, ex eodem Chronaco *lib.* 4. *cap.* 64.

Quamplures profecto hocce ex Coenobio prodiere illustres sanctitate, dignitatibus, sapientiaque viri, quos inter Paulus ille sanctissimus, cujus meminit Ostiens. *lib.* 2. *cap.* 56. Mainardus, Ademarius, Rossemannus Praepositi, Petrus de Atenulfo, Raynaldus de Colimento, Petrus de Capua, omnes S. R. E. Cardinales amplissimi, qui ipsius olim Coenobii Claustrales extiterunt: necnon Milo Praepositus, inde Episcopus Suessanus, Manso Praepositus, & Abb. postea Cassin. Joannes Praepositus inde Episcopus Aliphanus, aliique quamplurimi; quorum non est heic ocium monumenta retexere, quum alio haec in opere pertractanda erunt; sicuti neque de Praepositorum hujus Monasterii Catalogo, quem fere integrum ab Regest. Cassin. aliisque Chartis, & Scriptoribus jam collegeram: fort. Deo dante, alibi in vulgus editurum.

Ce-

Digitized by Google

Ceterum S. Benedicti Monaſterium uſque ad XIV. pene ſaeculum ſuis monachis incolatum praeſtitit, quod ex ejuſdem Chartis patefit, in quibus Praepoſiti cum ſuis Monachis capitulariter congregati res Monaſterii peragebant. Poſt A. circ. 1290. non Praepoſiti tantummodo, ſed Monachi nimiae ſe libertati, opprobriiſque traditi, ab eorum ſanctiſſima inſtitutione deflectentes, parum Eccleſiae, oeconomiae nihil, aut Urbis exemplo attendentes, cuncta in peſſum ire coeperunt. Quo fuit, ut Andreas Caſinenſis Abbas Urbani V. PP. Max. juſſu, hujus reformationi Coenobii totus incubuerit; ſed quot ſuis ipſe induſtriis, curiſque adlaboraverit, nihil profecto aſſecutum fuiſſe ſcimus, quouſque pedetentim ſublatis Monachis, atque Caſinum revocatis, ibi Praepoſitus vel altero Fratre ſociatus plures per annos reſidere decreverint, uſque ad ſaeculi XV. initium quo penitus Monaſterium deſtitutum fuit, & a Martino V. Pont. Max. Praepoſitus hujus Coenobii ad Sedis Apoſtolicae beneplacitum conſtitutus Baptiſta Antonius de Angelis Capuae Patricius; qui deinde a Nicolao V. precibus Alphonſi Regis Neap. a. 1445. in perpetuum electus eſt Commendatarius ab omni ſubjectione Capuani Archiepiſcopi, & Caſſinenſis Abbatis exemtus. Leo deinde X. PP. Collegiatam inibi fundari juſſit, in qua Abbas Jo: Baptiſta de Angelis Junior, aliique decem fuiſſent Canonici, cujus fundationis ſingularem utique Bullam habes apud Gattulam Hiſt. Caſſ. Tom. 1. pag. 112. ſeq. At ſub Clemente VIII. juſpatronatum S. Benedicti pro familia de Angelis extinctum fuiſſe docemur ab noſtris chartis, illudque beneficium Eminentiſſimo Cardinali Roberto Bellarmino, jam Capuae Archiep. conceſſum, qui poſtea, Paulo V. annuente, translatis ad Metrop. Eccleſiam Canonicis, & Abbate in ſimplicem Beneficiatum converſo, Eccleſia cum adjunctis aedificiis Patribus Soc. Jeſu (quorum inſtituti erat idem Card. Bellarminus) conceſſa ſunt.

In hanc itaque celeberrimam Capuae Baſilicam ejuſque atrium inlata, & tumulata fuerunt permulta ſuo-

Digitized by Google

rum Principum cadavera (quorum apud Chronologos memoria, & adhuc aliqua ſervatur inſcriptio), eorumque conſanguineorum, adfinium, Palatinorum Comitum, aliorumque nobilium Patriciorum, qui aut hocce in Templo ſepulti, aut ipſius benemeriti in ejuſdem Monaſterii Necrologio adſcripti fuere, ut pro eis aut Miſſarum Sacrificium offerretur, aut ſolemne caneretur officium cum anniverſario ad animae expiationem. Qua quidem ex cauſa non omnibus par memoria deſignatur, ſed pro Legatorum Sacrorum fort. diverſitate, vel miſſae, vel officii, vel utriuſque inſimul commentarii praeſcribuntur. Optandum tamen eſſet pro familiarum, & agnationum progenie, eorum generis, ſeu ſtirpis, & annorum ſpeciatim declarationes nobis tradidiſſe, quod utique multa quidem ad ſucceſſiones, & familiarum identitatem adjuvaſſet. Ceterum quas paucas notulas in Necrologio adjeci, eas pro majori intelligentia neceſſarias aliquando fuiſſe exiſtimavi : multas profecto additurus, ſi ad omnes Capuani Principatus Dynaſtias diſtinguendas, veteresque iſtius Urbis praeclariſſimae familias, illuſtresque ipſarum Viros adnumerandos, otium mihi aeque ac valetudinem Deus Opt. Max. conceſſiſſet, ſicuti ſpe aliqua antea ducebar. Ad Kalendarium autem nihil omnino adnotavi, quoniam in nova Sanctuarii Capuani editione, quae pene in promtu eſſet, Kalendarium hocce cum aliis tam Capuanae Eccleſiae, illiuſque Coenobiorum, quam aliarum Provinciae noſtrae Eccleſiarum explicanda ibi, & diſcernenda erunt, ſi propitius mihi Dominus animum ſervabit, vireſque adcreſcet, ut Patriae meae novum hoc munuſculum, pro meis viribus, offeram, ejuſque decus maxime illuſtrem.

Tranſponendum quoque poſt Kalendarium, & Necrologium (uti in apographo extabat) Catalogum Principum Capuae opere pretium duxi (eodemmet modo, quo Catalogum Capuae Comitum in Tom. III. produxi cum aliis illi adſimilibus opuſculis, qui in fronte hujus Codicis legitur ; poſtque illum haec Principum

om-

Digitized by Google

omnium ſeries) ut proxime ineſſet Stemmati praefatorum Principum a Peregrinio in expanſa tabula minutim deſcripto, & aliquibus appendiculis, notuliſque meis illuſtrato, cui adnexa de hoc Stemmate, ejuſdem Scriptoris Diſſertatio. Neque hoc ſane abſque rationabili cauſa: ut nempe prae oculis habuiſſet humaniſſimus Lector ſucceſſiones, epocaſque Langob. Principum Hiſtoriae complementum. Quod neutiquam, pro eorum aetate, obitu, ſucceſſione, propinquitatibus diſtinctius internoſcendis, abſque neceſſitate aliqua, & utilitate actum fuiſſe credo. Et quoniam Stemma etiam Northmannorum Principum illi adnexum dederat idem Peregrinius noſter, ipſum quoque heic recudi curavi (quamvis eorum parum hocce in opere mentionem feci, plenius fortaſſe D. O. M. annuente facturum exoptans) quod uno ſub aſpectu univerſam Capuanorum Principum ſeriem habeant, qui legerint. Atque haec praenotanda duxi.

Digitized by Google

JANUARIUS

Kal. Octava Nat. Dom. S. Basili Episcopi.
IV. Non. Oct. S. Stephani. S. Odilonis Abb.
III. Non. Oct. S. Joannis.
II. Non. Oct. Ss. Innocentium.
Non. Vigilia Epiphanie Dom. S. Simonis Mon.
VIII. Idus. Epiphania Dom. *Solemne Majus.*
VII. Id. Ss. Mm. Juliani & Baseliſſe.
VI. Id. S. Severini Conf.
V. S. Marini Abb.
IV. Id. S. Pauli patr. Eremitarum.
III. Id. S. Leuci Episcopi.
II. Id. S. Ylari Ep. & Doct.
Idib. Octava Epiph. Dom. S. Potiti M.
XIX. Kal. S. Felicis Nolani Presb. & Felicis M.
XVIII. K. S. Mauri Abb. *Sol.*
XVII. K. S. Tammari Episcopi S. Marcelli Pape M.
XVI. S. Antonii Abb.
XV. S. Prisce Virg. M. S. Castule Virg. M.
XIV. Ss. Marte, Audifax, & Abacuh Mm.
XIII. S. Sebastiani M. S. Fabiani Pape M.
XII. S. Agnetis Virg. M. S. Eulogi M.
XI. Octava S. Mauri Abb. S. Dominici Sac. & Mon.
X. Ss. Vincentii Levite M. S. Anastasi Mon. M.
IX. Dedicatio Ecclesie S. Laurenti *Sol.* S. Timothei Ep. M.
VIII. Conversio S. Pauli Apostoli.
VII. S. Policarpi Ep. M.
VI. S. Paule Monialis.
V. Translatio S. Sinoti Episcopi M. *Sol.*
IV. S. Sabine Virg.
III. Dedic. Ecclesie S. Andree Apost. in Casino. *Sol.*
II. Ss. Mm. Ciri & Joannis. S. Pauli Mon. *Sol. Ma.*

FE-

Digitized by Google

O. *Landulfus* (1) *Princ. & Mon. Ugo Abb. & Prep. a.* 1201.
Joannes Abb. & Mon.
Joannes Sac. & Mon. S. Vincentii. Senioretus Abb. Caſſ. & Prep. no. Mon.
Amicus Card. & Ab. S. Vincentii. Rao Miles & Dom. Nucellitis.
Berardus de Aquino Comes.
Petrus Mon. Cuſtos S. Rufi.
Euprasia Sanctimon. de Cingula.
Landulfus de Aquino Comes.
Lando Ep. & Mon. Robbertus de Rocchetta.

Guzelinus de Rocca Miles. Marinellus de Marczeno Com.
Richardus de Caleno.

Paldus Com. Venafri. Joannes de Vinea.

Gerardus Abb. Caſſ. Hugo de Caſolla.
Manſo Sac. & Praep. S. Angeli.
Gerbertus Archiep. & Mon.
Richardus Princeps. Petrillus de Sarczano Baro.
Ailulfus de Ailano Com.

Tadeus Decan. Cap. qui fecit heredem Mon. no. cum Miſſa quot. & Ann. Sol.
Aymo Cap. Miles in bello occiſus.

Berteraymus de Rajano.
Joannes Archipr. Cap. & Cuſtos S. Marcelli.
Gelaſius II. Papa. Robertus de Citro, & Baſilla de Colemento. Off. Sol. cum Miſſ.
Juliana de Petra uxor Riccardi lu Francu mil. Off. & Miſſ. quotidie cum Ann.

Leo

(1) Fuit Landulfus, qui fuerat Princ. Salerni, & expulſus factus eſt Mon. a. 1004. obiit Kal. Januarii 1009.

Digitized by Google

FEBRUARIUS

KAl. S. Ignatii Episcopi M.
IV. Non. Purificatio S. Marie Vir. S. Simeonis. *Sol. Ma.*
III. Non. S. Blasi Episcopi M.
II. N. S. Trifonis M. S. Karde monial. N.
Nonis Festivitas S. Agathes V. M. *Sol.*
VIII. Id. S. Dorotee V. M. S. Maximi Episcopi.
VII. Id. S. Astiberte Virg.
VI. S. Euboli M.
V. S. Savini Can. Episcopi.
IV. Fest. S. Scolastice Virg. *Sol. Ma.* S. Silviani Ep.
III. S. Castrensis Episcopi. *Sol.*
II. S. Modesti Levite M. S. Benenati Episcopi Oct. S. Agathes.
Idib. S. Antonini Conf.
XVI. Kal. Mart. S. Valentini Episcopi M.
XV. K. Fest. S. Decorosi Episcopi *Sol.*
XIV. K. S. Juliane Virg. M.
XIII. K. Ss. Faustini & Jovite Mm. Oct. S. Scolastice.
XII. Dedicatio Eccl. S. Nicolai ad Diana. *Sol.*
XI. S. Barbati Episcopi Benev.
X. Ss. Mm. Fortunati Feliciani & Soc.
IX. Ss. Sergi & Jocundiani Mm.
VIII. Cathedra S. Petri Apost. ap. Antiochiam.
VII. S. Policarpi Presb. Conf.
VI. S. Mattie Apostoli. *Sol.*
V. S. Ademarii Abb. *Sol. Ma.*
IV. S. Augusti Episcopi.
III. S. Hunulfi Mon. Conf. S. Saturnini M.
II. S. Romani Abbatis.

MAR-

Digitized by Google

Leo Sac. & Prior noſtri Mon.
Pandulfus Ep. Petrus de Limatulo fil. Com. Caſert. hic ſep.
Miſ.
Albaſia de Surrento Vid. Petri de Citro de Cap. hic S.
Rainaldus Ep. Aquin. Landenulfus de Preſenzano.
Pyrrus de Briano miles, & Baro.

Landinus de Petramala mil.
Pandulfus Com. de Cajacza. Richardus de Acerra. Off. Miſ.

Landulfus de Calvo Comes.
Pandulfus Com. de Aliſis Miſ.
D. Onorius II. Papa. Joh. Archipresb. S. Marcelli.
D. Lucius II. Papa. Matteus Com. de Calvanello (1).

Bened. Ep. & Mon. Off. & Miſſ.
Jonatas de Calinio Com. (de eo plura in Chronologis, ut ſup.)

Pandulfus Princ. & Mon. (2).
Pandulfus Com. de Galluzio.
Radulfus de Caſerta.
Jacobus Ep. Sueſſan. Off. & Miſſ.
Joann. Ep. Venafri & Mon. hic ſep. Miſſa Ann.
Nicol. Caraczolus de Cap. Miles, & Caſtellanus Arcis.
Rogerius de Abenabulo Dux.
Rugerius Rex. Rao de Capua miles Off.
Fr. Petrillus Sac. & Mon. qui multa fecit bona in hoc Mon.
anno 1205.

Gua-

(1) Nim. de *Cajanello*.
(2) Fuit Pandulfus III. Benev. Princ. qui Monachi habitum induit a. 1059. menſe Martio ob. X. Kal. Mart. a. 1063.

Digitized by Google

MARTIUS

KAl. Ss. Euri & Pardi Mm. S. Albini Epiſcopi Conf.
VI. Non. Mar. S. Rufini & Soc. Mm.
V. Non. Ss. Mm. Caſſii, Caſſiani, & Felici. Ss. LXXX. Mm.
IV. S. Luci Pape & M.
III. S. Ariſtonis Epiſcopi & M. S. Foce M.
II. Ss. Mm. Victoris, & Victorini. S. Zacarie Pape.
Non. Mart. Ss. Perpetue, & Felicitate Virg. & Mm.
VIII. Id. M. Ss. Mm. Philemonis, & Apolloni.
VII. Id. Ss. Quadraginta Mm.
VI. Id. Dedic. Eccl. S. Angeli in Adoaldis. *Sol.*
V. S. Joannis Primicerii. *Sol.* S. Ermeti M.
IV. S. Gregorii Pape. S. Bernardi Epiſcopi. *Sol.*
III. S. Eupli, Nicanoris, & Soc. Mm.
II. S. Canioni Epiſcopi B. Joannis Abb. *Sol.*
Idib. Mart. S. Matronis Virg. S. Longini M.
XVII. K. Apr. S. Eugenie V. S. Ceriaci M.
XVI. K. S. Hilari Epiſcopi, & S. Gertrudis V.
XV. Kal. S. Patrici, & S. Alexandri Ep.
XIV. K. S. Joannis Anacorite.
XIII. S. Primi, & Vitalis Mm. Vigil. S. P. N. Benedicti.
XII. Nat. S. P. N. Benedicti Abb. *Sol. Ma.*
XI. Ss. Paulini, & Afrodiſi Mm.
X. Ss. Mm. Victorini & Soc. S. Benedicti Mon. *Sol.*
IX. S. Romuli, Seleuci, & Soc. Mm.
VIII. Annunciatio S. Marie Virg. *Sol. Ma.*
VII. Ss. Mm. Teodori Epiſcopi. Irenei, & Serapionis.
VI. S. Marciani Epiſcopi. S. Hermelandi Abb.
V. Ss. Mm. Priſci, & ſoc. Oct. S. P. N. Benedicti.
IV. S. Fotini Epiſcopi. S. Conſtantini Abb. *Sol.*
III. S. Domnini, & Agaſii Conf.
II. Ss. XXX. Mm. Mon. in Calabria. S. Joannis Abb. *Sol.*

APRI-

Digitized by Google

Guarinus Praep. S. Angeli, & Mon. Jac. de Montanaro.
Petrus Ep. & Mon. Off. & Miſ.
Jaquintus Guala Com. Paldulfus Pandonus Com. b. ſ. (1)
Ricardus de Galluczio. Colutius de Murrono. Off.
Adenulfus de Aquino Com. Landus de Roccaromana b. ſ.
Riccardus de Roſelle. Petrus de Dom. Landulfo.
Manſo Abb. Caſſ. Ciccus Cuſtos S. Marcelli. Off. & Miſſa.
Pandulfus Archiep. Joannes Presb. Card. & Abb. S. Pauli.
Sikelgaita Abb. Marcellus de Tora ſep. in Ecc.
Berardus Sangri Com. in no. Mon. Adelgarda de Caſerta Com.
Paldus de S. Eraſmo. Vairus de Abella Mil. et Baro. Miſſ.
Euſtaſius de Roccha Mil. Ermengarda Abb. Off. & Miſ.
Riccardus Com. de Aquila.
Petrus de Dragone Miles Cap. Tomaſius de Aquino C. Acerr.
Rainaldus Abb. S. Vincentii.
Baſſacius Abb. Caſſ. & Mon.
Joannes Abb. Caſſ. Raidulfus (2) *Com. Limatuli. Miſſ.*
Roffridus de Aquila Com. hic ſep. Miſſ.
Pandulfus de Sexto Com. hic ſep. Off. & Miſſa Sol.
D. Petrus de Capua Diac. Card. S. Georgii Off. Miſſ. ſol.
Mainardus de Vairano Com. b. ſep.
Roffridus Comes. Joannes Comes Venafri Miſſ.
Aldericus Praep. nos. M. & Abb. D. Todinus Colimentanus b. ſ.
Aymus de Argentio Com. & Miles. Miſſa.
Riccardus de Caleno Com. Rao de Rainulo Com. b. ſ. Off. & Miſſa.
Roffridus de Puczanello Com. poſtea Mon.
Adinulfus de Spinio, & ejus uxor, necati in Gariliano a. 1193. Off. & Miſſa.
Aydulfus Teani Com. Joannes Archid. Cap. & Abb. Caſſ. Fundator noſtri Mon. & hic tumulatus eſt. Off. ſol. cum Miſſ.

(1) Id. *hic ſepultus*, & ſic deinceps.
(2) Fuit fil. Paldulfi Com. Caſertae, ut ex chart. Mon. S. Joh. Monial. a. 1099.

Digitized by Google

APRILIS

KAl. S. Venantii Epiſcopi M. S. Theodore Vir. M.
IV. Non. S. Nonuli Epiſcopi. S. Marie Egiptiace.
III. N. S. Pancratii M.
II. N. S. Andronici M.
Non. Dep. S. Ambroſi Epiſcopi.
VIII. Id. Sixti Pape M.
VII. Id. S. Epifani Epiſcopi. Ss. Donati & Soc. Mm.
VI. S. Macari Abb. Ss. Papiri, & Marcialis.
V. S. Quincti Epiſcopi M. *Sol.* S. Procori Diac. M.
IV. Ss. Mm. Donati, Ilarii, & Soc.
III. S. Leonis Pape Conf. Ss. Mm. Canciani, Cancianille & ſoc.
II. S. Julii Pape Conf. S. Pardi M.
Idib. Ss. Mm. Celerini, Magni, & Emiliani *Sol.*
XVIII. Kal. Majas Ss. Mm. Tiburti, Valeriani, & Macfimi.
XVII. Kal. Ss. Mm. Maroni, Eutices, & Victorini. *Sol.*
XVI. K. Ss. Caliſti, Caſſiani, Urbani, & Marcialis Mm.
XV. Dedic. Eccl. S. Rufi. *Sol.*
XIV. Ss. Petri, & Ermogenis Mm.
XIII. Ss. Prefecti Presb. M. & Apollonii M.
XII. S. Victoris Pape M.
XI. Translatio S. Priſci Epiſcopi. *Sol.*
X. S. Soteri Pape M. & Gaii.
IX. S. Georgi M. Ss. Felicis, & Fortunati Mm.
VIII. S. Marcellini Pape M. *Sol.*
VII. Nat. S. Marci Evangeliſte. *Orationes*, & *Sol.*
VI. S. Cleti Pape M.
V. S. Anaſtaſi Pape M. S. Modeſte, & Patricie Mm.
IV. S. Juſtini M. S. Vitalis M. S. Marci Ep. M.
III. S. Teodori Presb. M. S. Sicundini M.
II. S. Teodore Virg. M. Ss. Mm. Mariniani Lectoris, & Jacobi Diac. Dedic. Altaris S. Stefani cum Ss. Rel. *Sol. Ma.*

MA-

Digitized by Google

Marotta de Aquino Abb. (fort. soror S. Thomae) *Eufrosina de Algisio Com.*
Antonella de Marchisio Vid. Petri de Galluczio Com.
Pandulfus Pr. & Mon. (1).
Barth. de Messana Praep. S. Angeli in Formis A. D. 1373.
Riccardus Princ. (2). *Martinus de Sarczano.*
Maurus Canon. qui Mon. no. haer. fecit in 1198.
Laidolfus (3) *Com. fil. Landolfi. Landulfus Senior Princ.* (4).
Berardus lu Francu Miles h. sep. Miss.
Ven. mem. D. Paulus Mon. Praep. Mon. nostri A. 1197.
Rentius de Argentio Miss. Cubellus de Valle Mil. & Baro.
Placidus Praep. S. Laurencii.
D. Sichelgaita (5) *Ducissa. D. Afrania Sanctim. S. Marie.*
Athenolfus Magnus Princ. Cap. & Ben.
Landenolfus Com. Caleni h. s. Sigefrida de Roselle. Comm.
Laurentius Sac. & Mon. Rangarda Com. Venafri. Mis.
Landenolfus Princ. a suis occisus, & in Mon. no. sep. Alexander II. Papa.
Siginulfus Com. Calatiae hic sep.
Lucius de Comite Primic. Cap. h. sep. Off. & Mis.
Ector de Presenzano Com. qui leg. multa pro Eriberga uxore, & omnibus suis & no. Mon. in perrin. Tiani. Off. & Mis.
Lando (6) *Capuanus Com. de Prata.*
Alferada Abbatissa S. Mariae Cin.
Landus Comes, & Mon. (7) *Castellus Mon. & Sacrista Mis.*
Joannes Ep. & Praep. Mon. no. 1109. *Landolfus Francus Com.*

(1) Pandulfus II. Princ. Ben. & Capuae ab a. 1009. ad 1014. quo Monachus factus est. Obiit A. 1016.
(2) Ricardus I. ob. VIII. Id. Apr. a. 1078.
(3) Laidolfus Comes Mignani fil. Landolfi, ut in Stemmate.
(4) Scil. Landulfus I. fil. Atenolfi.
(5) Uxor Roberti Guiscardi, soror Gisulfi II. Princ. Salerni.
(6) Eadem profecto familia Capuana, ac de Prata, e quibus Comitibus descenderat, ut sup. notatum.
(7) Hunc Landum fuisse illum censeo Comitem Calaciae in exilium actum ab Othone Imp. ut in Stemm.

Digitized by Google

MAJUS

KAl. Nat. Ss. Apoſt. Philippi, & Jacobi. *Sol.*
In I. Dominica erit Translatio S. Stefani Prot. *Sol. Ma.*
VI. Non. S. Atenaſii Epiſcopi Conf.
V. Non. Inventio S. Crucis in Hieruſ. *Sol.* Ss. Mm. Alexandri & Soc.
IV. N. S. Antonie V. S. Quirici Epiſcopi. S. Benedicti Ep.
III. S. Adoeni Epiſcopi Conf. S. Eutimi Diac. M. S. Godebardi Ep. C.
II. Translatio S. Mattei Apoſt. S. Joannis in Porta Lat.
Nonis S. Domitille V. M. S. Juvenali M.
VIII. Id. Inventio S. Michael. Arcang. *Sol. Ma.* S. Victoris M.
VII. Id. Translato S. Nicolai in Barum. Ss. Quarti, & Quinti Cler. Mm. *Sol.*
VI. Ss. Gordiani, & Epimachi Mm. S. Cirilli Ep. S. Barbatii M.
V. S. Majolis Abb. S. Antimi Presb. M.
IV. Ss. Mm. Nerei, Achillei, Pancratii. S. Eufroſine V.
III. S. Servantii Epiſcopi. S. Mucii Presb. M.
II. S. Bonifacii M. S. Conſtantii Epiſcopi C.
Idibus. S. Iſidori M. S. Torquati, & Eufraſi.
XVII. Kal. Jun. Ss. Aquilini, & Victoriani Mm.
XVI. K. Dedicatio nove Eccl. S. Marie in Cingula. *Sol.*
XV. K. S. Maxime V. S. Felicis Ep. M. S. Dioſcuri M.
XIV. S. Potenciane V. S. Lufili Presb. M. *Sol.*
XIII. Ss. Mm. Teopiſti, Teopiſte, & Baſille V.
XII. Ss. Policti, Victorii, & Donati Mm.
XI. Ss. Caſti, Caſſi, Emilii, & S. Julie Virg. Mm. *Sol.*
X. Ded. Eccl. S. Joann. Sanctimonial. *Sol.*
IX. Ss. Donatiani, & Rogatiani Fratrum Mm.
VIII. S. Urbani Pape M. S. Dioniſi Ep. Conf.
VII. S. Canionis Ep. M. & Silvani M. & Eleuteri Ep. M. *Sol.*
VI. S. Reſtitute Virg. S. Elpidii Epiſcopi Conf. *Sol.*
V. S. Joannis Pape M. S. Sicundini Ep. *Sol.*
IV. S. Macſimi Epiſcopi C. S. Siſinni M.
III. S. Felicis Pape. Ss. Septem Fratrum.
II. S. Petronille V. S. Bertraimi Mon.

Ju-

Digitized by Google

Rainulfus Com. Vincentius Sac. & Mon. S. Viti ſenex an. 113.
Vitus Epiſc. Gerardus de Ailano C.
Rogerius Dux (1). *Thomaſellus de Acerra.*
Audoaltus Com. Venafri, & Mineani.
Mag. (2) *Caroſius Medicus. Off. M.*
Petronax Abb. Caſ.
Nicolaos Ep. & Mon. hujus Mon.
Felix de Francu b. ſep.
Berardus Com. de Lauritu (3). *Matteus de Algiſio.*
Pandulfus Princ. & Dux (4).
Roſſemannus S. E. Card. a. 1109.
Millus de Pandone. Off. & M.
Pandulfus de Prata Com. hic ſ.
Bertraynus de Vinea Mil. Lando de Preſenzano fil. Landulfi.
Landulfus Mon. noſter, & Ep.
Lando Comes Sueſſae fil. Landolfi, & Ida ejus neptis Sanctim.
Jaquintus Mon. & Praep. S. Ang. in Form. A. 1126. *Miſ.*
Petrus Abb Caſſ. & Praep. S. Vincentii, qui reſtauravit Mon.
Ven. Benedictus Prepoſitus b. Mon.
D. Maurus Prep. no. Stephan. Can. Cap. & Rector S. Marcelli.
Aldemarius Comes Calvi, & Petruri. Off. & Miſ.
B. Greg. VII. Papa in Salerno.
Landulfus Princ. (5). *Gundpertus Prior S. Angeli in Diad.*
Offridus Com. (6).
Jaquintus Ep. & Mon. D. Berardus de Colim. ſep. in Par. Eccl.
Giſela de Marczano, & Thomas ejus fil. b. ſ.
Anſelmus Sacriſta no. Mon. qui multa fecit in Eccl. & Sacr. a. 1207.
Atenulfus Abb. Caſſ. & inſtaurator hujus Mon. a. 1019.

Rao

(1) Rogerius I. qui Comitis titulum, non autem Ducis obtinuit, De Rogeriis alibi dicendum.

(2) E quo fort. Caroſiorum familia, quae dudum Capuae illuſtris, multos peperit praeclariſſimos viros: poſtmodum paupertate vileſcens ſplendorem ſuum amiſit.

(3) Qui al. de Lauritello dicti, ut alibi notatum. To. 2.

(4) Nimirum Pand. 1. Caputferreus.

(5) Landulfus II. non V. Kal. Jun. ſed VII. Kal. defunctus eſt.

(6) Hunc puto Joffridum fil. Jordani I. cujus memoria ap. Peregrinium in Stemm.

Digitized by Google

JUNIUS

KAl. Dedic. Altaris S. Marie in S. Joann. Eccl. *Sol.* S. Heraſmi M.
IV. Non. S. Panfili Epiſcopi M. Ss. Marcellini & Petri Mm.
III. N. Ss. Pergentini & Laurentini Fratrum Mm.
II. N. S. Quirini Ep. M. S. Blandine V. M.
Nonis S. Bonefacii Ep. M. Ss. Jovini & Eraclii Conf.
VIII. Id. Jun. Dedicatio Majoris Eccleſie cum Oct. *Sol. Ma.*
VII. Id. Ss. Mm. Vincentii Ep. & Benigni Diac.
VI. S. Pauli Conſtant. Epiſcopi, & Eracli Epiſcopi Conf.
V. S. Columbani Conf. Ss. Mm. Primi & Feliciani.
IV. S. Luciani, Getuli, & Soc. Mm.
III. S. Barnabe Apoſt. S. Onufri Anacor. *Sol.*
II. Ss. Mm. Baſilidis, Cirini & Soc.
Idib. Jun. Oct. Dedic. Major. Eccl. S. Tecle V.
XVIII. Kal. Jul. Ss. Rufi, & Valerii Mm.
XVII. K. Ss. Mm. Viti, Modeſti, & Creſcentie.
XVI. Ss. Diogeni, & Saturnini Mm.
XV. Ss. Nicandri, & Marciani Mm. *Sol.*
XIV. Translatio S. Bartolmei Ap. Ss. Mm. Marci, & Marcelliani.
XIII. S. Romani Ep. Ss. Mm. Gervaſi, & Protaſi.
XII. S. Silveri Pape M.
XI. Ss. Euſebi, Rufini, & Marcie Mm. S. Benedicti Praep. no. mon. *Sol.*
X. Translatio S. Caſti M. S. Paulini Ep.
IX. S. Joannis Presb. S. Febronie V. *Vigilia.*
VIII. Natalis S. Joannis Baptiſte Precurſor. Dom. *Sol. Ma.*
VII. S. Gallicani M. S. Amandi Conf.
VI. Ss. Mm. Johannis, & Pauli.
V. S. Creſcentii B. Pauli diſcipuli.
IV. S. Leonis Pape. *Vigilia St. Ap.*
III. Nat. Ss. Apoſt. Petri, & Pauli. *Sol. Ma.*
II. Commem. S. Pauli Ap. S. Marcialis Ep.

Ju-

Digitized by Google

Rao de Miniano Com. Matthaeus de S. Severino Com. Marsic. b. sep. Off. & Mis.
Gisulfus (1) *Prin. Sal. Andreas Can. & Epist.* (2) *Mis.*
Tibaldus Abb. Cass. Oderisius Abb. Cass.
Guaimarius Princ. (3) *Leucius de Cicala Com.*
Riccardus Princ. (4) *Todinus Praep. S. Angeli, & S. Viti.*
Ubertus Marchisius sep. in Parad. Eccl. N. Missa.
Nicol. de Fraxanella de Cap. Herimannus de Limatulo Mis.
Robertus Com. Calac. Masius de Hugone b. s.
Leo de Rigio Cap. Miles a. 1199.
Nardellus Cap. Thesaurarius. Miss.
Gualterius Gentilis Comes hic sep. in Parad. Ecc. N.
Joannes de Vinea b. s. Mis.
Landulfus Comes Suess. Pamfilus de Trifisco Judex Off. & M.
Henricus Cap. Princ. fil. Rog. R.
Guimundus de Roccarom. Cap. Mil. Riccardus Judex Of. & M.
Rannulfus Comes (5). *Ecaterina de Prata b. s. Mis.*
Robbertus Com. Casertae. Off. & Mis.
Landus de Petruro. Phil. de Roccarom. postea Mon.
Joannes Capuan. Mon. & Abb. Tel. qui multa ded. Mon. no. 1125.
Atinolfus Com. Esern. Off. & M.
Landulfus jun. frat. Pandulfi Pr. (6) *Miecus Ferrarius Mis. Sol.*
Indulfus de Tiano Com.
Oddo de Aquila Mon. Praep. ni. Mon. a. 1129.
Robertus Princ. ultimus (7). *D. Risulus Mon. & Prep. S. Vinc.*
Bartol. Mon. Prior Cellae S. Viti an. 1206. *Pro arch. Cap. Pandono Off. & Missa annis singulis in alt. s. Crucis.*
Joannes Marsicanus Praep. no. Mon. & Maurus de Alfreda Prior multa aedificia fecerunt, & Cellas, & jurisdictiones, & duas piscarias in a. 1011. *Pro eis Missa & Offic. Sol. in hoc. mense divisa. Rai-*

(1) Non equidem alius quam Gisulfus II. qui Principatu exutus fuerat a Guiscardo.
(2) Ab quo initium praeclarissimae familiae de Episcopo, quae deinde de Capua adpellata, ut alibi explicandum.
(3) Guaimarius IV. qui fuerat etiam Princeps Capuae.
(4) Hunc quidem Richardum III. fuisse dicendum est. Neque substineri potest opinio Peregrinii in Stemm. qua credidit, Richardum post Patris obitum vix biduo vixisse: sed potius mens. XI. dieb. 27. ut alibi melius.
(5) Idem qui postea fuit Dux Apuliae a Lotario Imp. A. 1137.
(6) Scil. Landulfus III. Frater Pand Caputferrei.
(7) Robertus II. Ob. III. Kal. Jul. 1157.

Digitized by Google

JULIUS

KAl. Oct. S. Joan. Bapt. S. Domiciani Abb.
VI. Non. Ss. Mm. Proceſſi, & Martiniani.
V. S. Gregorii Ep. M. S. Eulogi Conf.
IV. Ss. Innocentie, Sebaſtie cum aliis XXX. Mm.
III. Ss. Agatonis, & Domitii Mm.
II. Oct. Ss. Apoſt. Petri, & Pauli. S. Tranquillini M.
Nonis. Ss. Mm. Nicoſtrati, & Soc. S. Dominice V. M.
VIII. Id. S. Procopii, & Aniani Mm.
VII. Translatio S. Nicandri M. *Sol.*
VI. S. Felicitatis, & fil. Mm. Ss. Rufine, & Secunde Mm.
V. Ss. Mm. Jaſonis, & Mauri, & S. Arſeni Abb.
IV. Ss. Januarii, & Pelagie Mm. S. Arnulfi Ep.
III. Ss. Naboris, & Felicis Mm. S. Margarete V. M.
II. S. Serapionis M. S. Anacleti Pape M.
Idib. Ss. Quirici, & Julitte Matris ejus M. & S. Florencii.
XVII. Kal. Aug. S. Vitaliani Epiſcopi. *Sol.*
XVI. Ss. Septem Dormientium Mm. *S. Alexii Conf.*
XV. S. Sinforoſe cum ejus fil. Mm. *S. Brumi Epiſcopi.*
XIV. S. Marine V. *Sol.*
XIII. Ss. Mm. Arſenii, & Teodori.
XII. S. Severini Epiſcopi. S. Praxedis V.
XI. S. Marie Magdalene Penitentis. *Sol.*
X. S. Apollinaris Ep. M.
IX. S. Criſtine V. M. *Vigilia.*
VIII. S. Jacobi Apoſtoli. S. Criſtofori M. *Sol.*
VII. S. Venere V.
VI. S. Simeonis Mon. & Felicis M.
V. Ss. Mm. Nazarii, & Celſi.
IV. Ss. Mm. Simplicii, Fauſtini, & Beatricis.
III. Ss. Abdoni & Senne Mm. S. Marte V.
II. Dedic. Eccl. S. Marcelli in Cappella Principum. Tranſlatio S. Germani Epiſcopi *Sol. Ma.*

Au-

Digitized by Google

Rainaldus de Vayrano Miles.
Paldulfus de Tiano Com.
Maſella de Acerra. Siginolfus de Dragono Com. Miſ.
Manſo de Sarczano hic ſep. Miſſ.
Joannes de Riccardo. Pirrus de Calvo fil. Joannis.
D. Petrus Abb. Caſ. olim Præp. noſt.
Raynerius de Argentio Mil. b. ſ.
Sylbius de Briano. b. ſ. Miſſ.
Orſolina de Vinca uxor Jordani de Galluczio. hic S.
Nicolaos de Tuſculo Abb. Caſſ. Marinus de Riczio Cap. Miles.
Agneſſa de Antiniano Mon. Miſ.
Rogerius Comes. Andreas de Epiſcopo (1) *Magne Cur. Jud.*
Riczardus de Calazia, & ejus uczor Ricca de Vignanello. Miſ.
Rob. Guiſcardus Dux. D. Paulus Mon. & Prep. S. Laurencii.
Pandewolfus Com. Sexti hic ſep. Off. & Miſ.
Martinus de Tora fil. Landonis Com. Miſ.
Barthol. de Murrono Mil. Jacobus de Pandono b. ſ. in Capp. Sua
Rannulfus de Vairano Com.
Petrus Atenulfi S. E. Cardin. qui multa nob. ded. Off. & M.
Landulfus de S. Agata Princ.
Joannes de Caſerta Sac. & Prior Mon. S. Laurencii ad Judicum.
Landulfus Princ.
Magenolfus Com. de Sernia fil. Atenolfi.
Siginulfus de Caſerta a. 1009. *qui donavit partem Caſale in Puczanello. Off. & Miſ.*
Rainaldus Teat. Com. Guibaldus Mon. & Prior no. Mon.
Tomaſius de Landulfo. Jordanuc de Valle.
Matthaeus Sac. & Mon. Rector S. Benedicti Min.
Joannes Com. Tianenſis. Pandulfus Com. de Sextu, & Maſtratu.

(1) Indubiè Pater Bartholomei de Epiſcopo dicti de Capua. Qua ratione adpellati ſic erant ii de Epiſcopo, & de Archiepiſcopo, alibi exponam.

Digitized by Google

AUGUSTUS

KAl. Vincula S. Petri Apoſt. & Ss. Mm. Machabeorum.
IV. Non. S. Stephani Pape M. S. Juſte M.
III. Non. Inventio S. Stephani Prot. *Sol. Ma.*
II. N. S. Tertullini M. S. Peregrini Presb.
Non. S. Paridis Ep. M. Sixti & Soc. ejus. *Vigilia.*
VIII. Idus Transfiguratio Dpni Salvatoris. *Sol.*
VII. Id. Donati Ep. M.
VI. Ss. Ciriaci, Largi, & Smaraldi Mm.
V. S. Romani M. *Vigilia.*
IV. S. Laurencii M. S. Caſſiani Ep. *Sol. Ma.*
III. Ss. Tiburcii, & Suſanne Mm. S. Laurini Ep.
II. S. Eupli Diac. M.
Idibus. Translatio S. Vitaliani Ep. *Sol.* S. Hipoliti M.
XIX. Kal. Sept. S. Euſebi Presb. S. Radegundis V. *Vigilia.*
XVIII. K. Aſſumcio S. Marie V. in Celis. *Sol. Ma.*
XVII. S. Arnulfi Epi. S. Urſacii Conf.
XVI. Oct. S. Laurencii. S. Simpliciani M.
XV. S. Agapiti M. S. Elene Matr. Conſtantini Imp.
XIV. S. Magni M. Dedic. Eccl. S. Naczari in Traconaro. *Sol.*
XIII. S. Filberti Abb. S. Apollinaris. Ss. Andree, & Soc. Mm.
XII. S. Privati Ep. M. S. Boniſii & Soc. M.
XI. Oct. S. Marie V. Ss. Mm. Timotei, & Sinforiani.
X. Ss. Levigilli, & Criſtophori Monach. & Mm.
IX. S. Auree V. & CCC. Mm. *Vigilia.*
VIII. S. Bartholomei Apoſt. *Sol.*
VII. S. Rufini Ep. S. Herme M. *Sol.*
VI. Ss. Rufi Epiſc. M. *Sol.*
V. S. Rufi & Carpofori Mm. S. Auguſtini Ep. & Doct. *Sol.*
IV. Decollacio S. Joannis Baptiſte. S. Sabine V.
III. Ss. Felicis & Adaucti Mm.
II. S. Paulini Ep. S. Luſilli, & Pardi Mm. *Sol.*

SE-

Digitized by Google

Robertellus de Abinabulo (1), *Leardus de Ranniſio Jud.*
Andreas Ep. & Praep. Miſ. Symon Can. Cap. & Cancellarius Miſ.
Fabricius de Antiniano Baro, & Mil. Off. & Miſſ.
Gregorius Abb. S. Vinc. de Vulturno.
Ancilla de Maraldo. Rao de Accia Miles (2).
Quiricus Rect. Eccl. S. Ambroſi Off. & Miſ.
Landemulfus Com. Cajacie b. ſ.
Ector de Argentio. Juſtina de Miniano.
Blacta uc ſor Joann. Princ.
Joannes de Calacia Mil. Cap. Miſ.
Lando Sac. & poſtea Abb.
Rainaldus Presb. Card. & Abb. Caſ. Off. & Miſ. D. Pandulfus Rufus fil. Land. Princ.
Joannicius de Marchiſio Com.
Adelaſia Abbatiſſa. Paris de Tiano Comeſtab.
Jeſulfa Comitiſſa (3) *Miſ.*
Leo Abb. Caſſ. Geſolfus, & Angarda Com. de Preſenzano. Miſ.
Rainaldus de Caſolla Baro. Off. & Miſ.
Barthol. de Surrento Miles hic ſepultus a. 1199. *& ejus fil. Jacob. poſt annum.*
Thomas de Palena hic ſep. a. 1200.
Ven. mem. D. Greg. IX. Papa.
D. Thomas Capuanus Presb. Card. S. Sab.
Philippus de Surrento,
Urania Abbatiſſa S. Mariae.
Verina de Pantuliano Vidua Paldolfi de Comite (4).
Germanus Mon. reformator Mon. S. Angeli. Thomaſius Primic. Cap. Miſ.
Robbertus de Monte, & Irene de Ebulo uc ſor ejus. Off. & Miſ.
Rentius de Antignano. Miſ.
D. Alexander PP. III. Oderiſius S. R. E. Card. & Abb. Caſſ.
Landulfus Cap. Mon. & Ep. Soranus, Sanctia de Epiſcopo.

(1) Alio in opere explorandum erit, num familia de Abinabulo, ſeu Avinaulo eadem ac familia de Vinea, quae a Marzanis ortum duxiſſet.
(2) Adhuc haec familia Capuae extat, extincto alio Neapoli ſtipite.
(3) Vid. in Stemmate Peregr.
(4) Quum multi hujus familiae de *Comite*, *Comitum*, & *de Comitibus* Capuae nobiles inveniantur ab X. ſeculo, dubitarunt aliqui cum Vecchionio, Iſa, & aliis num eadem cum Comitibus Signiae, & Tuſculi. Alibi nodus exſolvendus.

Digitized by Google

SEPTEMBER

KAl. S. Priſci Ep. M. XII. Fratrum M. *Sol. Ma.*
IV. Non. S. Terentiani, & Egidii Abb.
III. N. S. Ariſtei Ep. M. & S. Antonini ejus pueri M. *Sol.*
II. S. Zenonis M. & Serapie V. M.
Non. S. Marcelli M. & Ss. Quincti, Arconti, Donati Mm. *Sol.*
VIII. Id. Ss. Donaciani, & Soc. M. S. Bertini Abb.
VII. Id. S. Panfili Epi. *Sol.*
VI. Id. Nativ. S. Marie V. S. Adriani M. *Sol.*
V. S. Gorgoni M. S. Lucii Conf.
IV. S. Ilarii Pape. S. Quirini Ep.
III. Ss. Proti, & Hiacinti Mm.
II. Ss. Mm. Siri, Optati, Invencii, & Patricii.
Idib. S. Eugenie V. & Filippici ejus patris M. S. Amati Abb.
XVIII. Kal. Oct. Exaltatio S. Crucis. *Sol.* Ss. Cornelii, & Cipriani Mm.
XVII. S. Priſci Ep. Conf. *Sol.*
XVI. S. Nicomedis M. S. Victoris Pape.
XV. Ss. Mm. Lucie, Geminiane, & Eufemie V.
XIV. S. Lamberti Ep. M. S. Metodii & Soc. Mm.
XIII. Ss. Januarii & Soc. Mm.
XII. S. Fauſte V. *Vigilia.*
XI. S. Mattei Apoſt. & Evang. *Sol.*
X. Ss. Mauricii & Soc. ejus Mm.
IX. S. Tecle V. M. Soſii M.
VIII. S. Liberii Epi. S. Conſtantie M.
VII. S. Firmini Ep. M. S. Cleofe Diſcip. Dom.
VI. Ss. Cipriani, & Juſtine Mm.
V. Ss. Coſme, & Damiani Mm.
IV. S. Exuperii Ep. S. Nicaſii Ep. M.
III. Dedic. S. Michael Archang. *Sol.* Dedic. Eccl. B. P. N. Benedicti in Caſino.
II. S. Sofie & fil. ejus. S. Vindoni Epi. *Sol.*

OCTO-

Digitized by Google

Joannes Diac. & Abb. de Capua. Adinulfus de Puteolo fil. Giſolfi (1).
Ramundus de Pugillaro Praep. no. Mon.
Petrus de Abenabulo Mil. Off. & Miſ.
Ven. Marotta de Aquino Sanctim. S. M. a. 1269.
Radulfus Com. de Limatulo. Ebulus de Ebulo.
Pandulfus de Preſenzano Com. & poſtea Mon.
Silvanus de Quatrapane Jud. Miſ.
Landenolfus de Tiano fil. q. Laydolfi.
Riccardus de Galluczio Com. Rodulfus de Cicala Mil.
Maurus Mon. & Rector S. Bened. min.
Dopna Sicbelgaita de Aquino, & Iſotta ejus ſoror.
Lando Com. de Aquino hic ſep. Miſſa.
Giſolfus Com. Tianenſis.
Landolfus de Miniano Com.
Panfilus Coriarius, qui Mon. reliquit her. Off. & Miſ.
D. Victor Papa, qui & Deſiderius Abb. & Præp. no. Mon. S. O.
Adinulfus Com. de Caſerta, & Limatuli ſep. in n. Mon. Miſ.
D. Philippus de Surrento ſenior multa donavit Mon. no. pro anima ſua a. 1131.
Giſulfus de Preſenzano fil. Pand. b. ſ.
Ramniſius de Capua Præp. S. Angeli.
Gregorius de Capua Ep. & Mon. Lando Com. Serment.
Guilelmus Com. de Franculiſo hic ſep. cum Fratre Ricc. de Carinula. Miſ.
Riccardus Com. de Bolturno, & Calinia occiſus a fratr.
Thomaſius de Montibus Miles a. 1241.
Lando Princ. & Mon. (2).
Marinus de Cajacia. Loyſius de Ebulo miles b. ſ.
Landulfus Can. & Ep. Aliſanus. Petrillus de Antiniano miles.
Magelpotus Caſtaldeus. Dop. Mateus de Colimento.
Adinulfus de Algiſo Miles Cap. hic ſep. Bertrandus de Accia miles.
Comm. Fratrum noſtrorum in Capua. Reginaldus de Citro miles.

Otto

(1) Fort. Comitis Teanenſis, de quo Carta Mon. S. Laur. de Averſa anni 1007. in qua dicitur Adinofus Com. Putiolanus fil. 60. mem. Giſulfi Com. Tianenſis.
(2) De eo in Stemmate.

Digitized by Google

OCTOBER

KAl. Translatio Ss. Conf. Germani, & Remigii.
VI. Non. Leodegari Ep. & Eleuteri M.
V. N. Ss. Mm. Candidi, Stefani, & Victoris.
IV. N. Ss. Mm. Marci, Marciani, & Soc.
III. N. Nat. Ss. Placidi, & alior. XXX. Mm. *Sol.* S. Renati Ep.
II. S. Marci Pape. S. Sugacii M. Quarti Ep. *Sol.*
Nonis, Ss. Mm. Marcelli, Apulei, Sergi, Bacchi, & Julie V.
VIII. Id. S. Reparate V. M. & Pelagie Peniten.
VII. Id. Ss. Mm. Dionisii, Rustici, & Eleuteri.
VI. S. Paulini Ep. S. Cerbonii Ep. *Sol.*
V. S. Rosii Epi. S. Nicasi Ep. *Sol.*
IV. S. Firmini Ep. S. Eustachii Presb.
III. Ss. Mm. Faustini, Januari, & Marcialis.
II. S. Calisti Pape M. S. Fortunate V. M.
Idib. Ss. Mm. Lupuli. Modesti, & Benigni cum aliis. *Sol.*
XVII. Kal. Nov. S. Heraclii, & Adjutoris Ep. *Sol.*
XVI. Translatio S. Elpidii Ep. S. Victoris Ep. *Sol.*
XV. S. Marci Ep. S. Ermelandi Abb.
XIV. S. Luce Evang. S. Maximiliane M. *Sol.*
XIII. S. Maximi M. S. Zosimi Ep.
XII. S. Hilarionis Abb. S. Ursole cum aliis XI. Mm.
XI. Ss. Mm. Philippi Ep. Eusebi & soc. S. Simmachi Ep. *Sol.*
X. S. Severi Epi. S. Romani Ep. S. Bertharii Abb.
IX. Translatio S. Theodori Abb. S. Marczi Solitar. Conf. *Sol.*
VIII. Ss. Felicis, & Audoani Mm. & Crisanti, & Darie.
VII. Ss. Crispini, & Crispiniani Mm.
VI. S. Demetrii M. S. Evaristi Pape M. *Vigilia.*
V. Ss. Apost. Simonis, & Jude Tadei *Sol.*
IV. Ss. Quincti, Feliciani, & Soc. Mm. S. Stefani Ep. *Sol.*
III. S. Germani Epi. *Sol.* Ss. Mm. Amadei, & Rustici.
II. S. Quinctini, & Nemesi Mm. *Vigilia Omn. Ss.*

NO-

Digitized by Google

Otto Abb. Caſſ. Lando Com. de Preſenzano fil. Landulfi.
Dom. Aſterius Mon. & Praep. no. Mon.
Maria Pandona Comitiſſa b. ſep.
Comm. Fratrum noſtr. S. Laur. de Averſa. Bruno Abb. Caſſ. Off. ſol. & Miſ.
Henricus Imp. Frater no. Congreg. (1).
Radelgiſius Sac. & Mon.
Bonus de Roma Sac. & Vic. Miſs.
Paldo Com. Venafri.
Margareta de Acerra Miſ.
Amfuſus Cap. Princ.
Conſtantinus de Adinulfo.
Atenulfus Princ. (2)
Jonatas Com. Calinii.
Mariella de Vinea (3).
F. Petrus Rufus de Cap. Prep. S. Angeli multa donat no. Mon. a. 1146.
Barth. de Epiſcopo (4). *Logoteta Miſſa ſol.*
Adinolfus Pandonis Com. de Prata (5).
Nicol. Ep. & Mon. S. Laurencii de Cap.
Giſulfus de Burrello Com. b. ſ. Miſ.
Pandolfus Com. Tiani.
Stephanus Praep. S. Angeli a. 1161.
Sylveſtra de Petramellaria Comitiſſa Caſerte. Paulus Mon. & Prep. S. Laurentii.
Roffridus Praep. & Ep. Teani.
Barthol. Sac. & Praep. bujus Mon. Magelpotus Abb. no. M.
Maurus Tſernenſis Ep. a. 1109.
Nicolaus de lo Franco Miſ.
Indulfus Sac. & Mon. ſep. ante fores Eccl.
Rainald. de Colem. Card. & Abb. Caſſ.
Robertus Calacianorum Com. fil. b. m. Rainulfi Com.
Commem. Fratrum noſtr. in mon. S. Angeli Offic. ſol. & Miſ.
Robbertus Com. Caſertae.
Benedictus de Ebulo, & Rita de Vineis uxor. Miſ.

Iſol-

(1) Scil. Caſſinenſis.
(2) Atenulfus III. Capuae Princ.
(3) Soror Petri Junioris uxor Jacobi de Abenabulo de Capua, ut ex Charta Theſ. Cap. A. 1361.
(4) Hic fuit Barthol. de Capua Magnus Altavillae Comes, & Magnus Regni Logotheta.
(5) Hinc fort. origo clariſſimae familiae *Pandone* de Capua.

Digitized by Google

NOVEMBER

KAl. Festivitas Omnium Sanctorum. *Sol. Ma.*
IV. Non. S. Cesarii Levite M. S. Marcelli Epi. Commemoratio omnium defunctorum. *Sol. Ma.*
III. Non. Ss. Vitalis, & Agricole Mm. S. Amici Mon.
II. S. Amati Ep. S. Clari Presb. M.
Nonis. S. Felicis Presb. & Eusebii Mon. Ss. Euri, Pardi, & Soc. Mm.
VIII. Id. S. Leonardi Abb. S. Trofimene V.
VII. Id. S. Erculani Ep. M. *Vigilia.*
VI. Dedic. Eccl. nostre S. P. Benedicti cum oct. *Sol. Ma.*
V. Ss. Quatuor Coronatorum Mm. S. Teodori M.
IV. S. Menne M. & Respicii.
III. S. Martini Ep.
II. S. Martini Pape M. S. Emiliani Presb.
Idib. S. Joanni Crisostomi Ep. S. Britii Ep.
XVIII. Kal. Dec. Ss. Serapioni, & Valentini Mm. *Sol.*
XVII. Kal. S. Felicis Ep. M. & S. Eugenii M. Oct. Ded. Eccl. nostre.
XVI. S. Eucheri Ep. S. Augustini Ep. & Felicitatis ejus Matris MM. *Sol.*
XV. S. Gregorii Ep. mirac. insign.
XIV. S. Dionisi Ep. S. Odonis Abb. S. Amati Abb.
XIII. Ss. Mm. Severini, Exuperii, & Felicis.
XII. S. Ponciani Pape M. *Sol.*
XI. Dedic. Eccl. S. Marie Sanctimonial. *Sol.*
X. S. Cecilie V. M. S. Mauri M.
IX. S. Clementis Pape M. S. Severini Mon.
VIII. S. Chrisogoni, & S. Mercurii Mm.
VII. S. Caterine V. M. & S. Rufi M.
VI. S. Lini Pape, & Petri Alex. Ep. Mm.
V. S. Maximi Ep. S. Guarini M.
IV. Ss. Papinii, & Mansueti Ep. Conf.
III. S. Saturnini M. *Vigilia.*
II. S. Andree Apostoli. S. Trojani Ep. *Sol.*

DE-

Digitized by Google

Isolda de Castro Ayrola Comitissa Caserte.
Off. sol. & Missa cum largitiouibus (1).
Comm. omnium Mon. nostr. Palamedes de Carosio.
Andrillus de Ugo. Miss.
Mainardus Sac, & Praep. hujus Mon.
Ragembrandus Abb. Cass. qui fundavit cellam S. Bened. Cap. (2)
Jacobus de Lando Mil. h. s. F. Petrus, qui multa opera fecit in no. Eccl. & Mon. 1212. *Miss.*
Lando Ep. Aquin. Bertarius Sac. & Mon.
Stephanus Canon. & Rector S. Marcelli h. s. Off. & Mis.
Ademarius Can. Cap. & Mon. & S. E. Card. Masius Pandonus.
Philippus de Surrento Miles. Marinus de Marczano Com.
Lutius de Abinaulo. Masina de Vinea uxor Matt. Lufrancu.
Soror Margareta de Aquino Off. & Miss. A. 1320. *Manso Abb. Cass. & Praep. no. Mon.*
Leoysius de Caraczulo de Cap. Mil. Mis.
Julius de Prata Capuan. h. s.
Gregorius Com. de Sestu. Isulfus de Misina Com. (3)
Marcus de Fraxa. Landus de Caleno.
Jordanus Princ. Lisulus de Trajectu.
Nicolaus de Ebulo Mil. & Dux. Mis.
D. Aligernus Ab. Cas. post a. 37. *Guilulfus de Roccaroman. Com.*
Riccardus Capuanus Com. de Prata. D. Meus Mon. & Proc. Cellarum Mon. no. 1302.
Martinus Beutius de S. Erasmo Can. & Custos Eccl. in Landepaldo. Miss.
Grimoaldus Com. Palatii (4).
Algisius de Petruro Miles. Anna de Galluczio.
Rogerius de Calinulo Comes, & Mon. Symachus Castell. Turris major. (5).
Landulfus Com. de Aquino. Riccardus Com. de Cajanello.
Vilelmus de Tocco. Sylbius de Dracone h. s. Mis.

(1) An fort. Panis, aut alterius ferculi distributionibus pro animarum suffragio, ut etiamnum moris est?

(2) En monumentum Fundationis Cellae S. Benedicti Capuae, ut sup. adnotavi.

(3) Castri Mesini, adhuc *Rocca Monfina*, quod in Comitatu Teanensi situm erat. Isulfus ille de Comitib. Teani ortum ducebat, a quibus in Feudum Castrum illud fuerat adtributum.

(4) Multa donavit Monast. Vide Chartam donationis apud Gattulam to. 1.

(5) Quaenam fuerit Capuae *Turris* haec *Major* haeret aqua. Turris fort. quae adhuc *Lapidum* appellatur, quae munita nimium, antiqua, & fortissima profecto tunc temporis putabatur.

Digitized by Google

DECEMBER

KAl. S. Eligii Ep. S. Proculi M.
IV. Non. Dec. Ss. Bibiane, & Dafroſe, & Fauſti Mm.
III. Non. S. Caſſiani M. *Sol.*
II. S. Barbare V. M. S. Oderiſii Abb.
Nonis. S. Sabbe Ep. Ss. Mm. Semproni, & Olimpii.
VIII. Id. S. Nicolai Ep. *Sol.*
VII. Id. S. Ambroſii Archiep. S. Agatonis M. S. Urbani Ep.
VI. Ss. Mm. Bonifacii, & ſoc.
V. S. Cipriani Abb. S. Eulalii Mon.
IV. Ss. Mm. Abundii, & Carpofori.
III. S. Melchiadis Pape. S. Eulalie V.
II. S. Damaſi Pape. S. Euſtraſi M. *Sol.*
Idib. S. Lucie V. M. S. Hermogeni, & alior. Mm.
XIX. Kal. Jan. S. Atanaſi Abb.
XVIII. K. S. Valerini Ep.
XVII. S. Pauli Ep. S. Ananie, & Soc. Mm.
XVI. S. Lazari Ep. S. Arſenii M.
XV. Ss. Mm. Epimachi, & Alexandri. S. Gratiani Ep. *Sol.*
XIV. S. Emiſii M. Ss. Vv. Dioniſie, & Julie. S. Adjutoris Ep. *Sol.*
XIII. S. Ammonis, & Soc. Mm. *Vigilia.*
XII. S. Thome Apoſt. S. Maminii Ep. *Sol.*
XI. Ss. XXX. Mm. S. Teodoſie V.
X. S. Gregorii Presb. M. S. Berardi Ep.
IX. Vigilia Nativitatis Domini N.
VIII. Nativitas Dom. N. Jeſu Chriſti. *Sol. Ma. in nocte* S. Anaſtaſie V. M.
VII. Natal. S. Stefani Protom. *Sol. Ma.*
VI. S. Joannis Apoſt. *Sol. Ma.*
V. Ss. Mm. Innocentium puerorum.
IV. Ebrulfi Conf. S. Sabini M.
III. Ss. Mm. Manſueti, Venuſtiani & Soc. S. Perpetui Ep.
II. Sylveſtri Pape. S. Columbe V.

CA-

Digitized by Google

Conſtantinus Mon. & Praep. S. Angeli in Formis.
D. Oderiſius Card. & Abb. Caſſ.
Angelarius Abb. Caſſ. Jacobutius de Anglono.
D. Angelarius Abb. & Praep. no. Mon. Off. & Miſ.
Orſolina de Capua Sanctim. Miſſ.
Bertrandus Regis Comeſtab. hic ſep. Miſ. ſol.
Riccardus de Citro ſep. in n. Mon.
Aldimarius Com. Alifanus.
Ricberius Abb. Caſſ. Martynus de Petra Cap. Miles hic ſep. 1207.
Riczolus de Riczio. Miſ.
D. Caliſtus II. Papa. Germanus de Quatrapan.
Aymo de Antignano Miles. Symon de Lando. Miſ.
Andreas de Epiſcopo de Cap. Off. & Miſ.
Barthol. Diac. Capuanae Eccl. hic. ſep.
Jordanus Princ. (1).
Jordanus Princeps (2).
Joanellus de Aquino. Ricardus de Lagoniſſa.
Berardus Com. Vilelmus de Argentio Com.
Sichenolfus Comes de Trajectu. Cryſobolus de Frajapan.
Landulfus de Aquino Com. hic ſep. Miſ.
Joannes Epiſc. Cajacie, & Primic. S. Stepb. Miſ.
Giſa Comitiſſa de Calbo. Marinus de Surrento Mil. (3)
Adelpertus Abb. Caſſ. in hoc Mon. ubi ſepultus eſt. Off. Miſ.
Landonulfus Com. de S. Agata hic ſep. Miſ.
Nicolaus Sac. & Mon. S. Viti reſt. a. 1017. *Miccus de Lando.*
Madelma Comitiſſa de Calvo. Robbertus de Raone Judex.
Paldolfus Com. Tianenſis. Julius de Benenato Mag. Juſt. (4)
Debet celebrari Off. Sol. cum Miſ. per ſingulos menſes pro opnib. Benef. & Fratrib. noſtris. Deo Gratias.

(1) Jordanus II. Capuae Princ. obiit a. 1127.
(2) Jordanus I. Cap. Princ. obiit a. 1090. in Monaſt. Caſſin. ſepultus.
(3) Marinus hic filiam unicam habuit Albaſiam uxorem Petri de Citro Mil. de Capua, quibus omnia is in ſuo teſtamento bona reliquit, illaque ſita erant in pertin. Capuae, in Caſtro Mataluni, in Carinulo, in Tiano, & Murrono, multaque in praefato teſtamento legavit, ſuumque corpus ſepeliri mandavit in Eccl. S. Benedicti Capuae, ut ex charta teſtam. in Theſ. Cap. Eccl. ſub die XII. Kal. Jan. 1219. Hinc noſcant Surrenti Hiſtorici, quam malè ipſi, gratiſque adſerant familiam de Surrento, Surrentinam fuiſſe ex origine, eandemque cum *Seriſalibus* (quaſi e *Siri Saris* ortam) fuiſſe: quum iſthaec ab origine Capuae Principem Robertum II. tanquam fontem agnoſcat, de quo ſatis Peregrinius, & Cajet. Martucius in Diſſert. adverſus Cl. V. Anaſtaſium Archiep. Surrenti.
(4) Magiſter Juſtitiarius Regni.

Digitized by Google

CATALOGUS

PRINCIPUM CAPUE.

ATenulfus Magnus qui de Comite factus est Princeps.
Landulfus I. ejus fil. cum Patre suo.

Atenulfus II. ejus frater post mortem patris cum eo.

Atenulfus III. & Landulfus II. filii Landulfi cum patre.

Landulfus III. & Pandulfus Capiteferr. ejus frater simul; qui Capuam postea tenuit, & frater tenuit Beneventum pro divisione.

Landulfus IV. qui postea fuit occisus ab Agarenis in Calabria, & Paldulfus qui fuit Princ. Salerni cum Patre, & mortuus est ibi post patrem suum.

Landenulfus etiam fil. Capiteferr. qui fuit occisus ab iniquis civibus suis per malam voluntatem Laydulfi ejus fratris minoris, mortua Alvara matre sua valde sancta, & pia Principissa, & sepultus in Ecclesia nostra in atrio tribune cum hasta, & gladio suo.

Laydulfus factus est Princeps post mortem fratris, sed post annos sex exiliatus est ab Otto Imp. Francorum.

Adimarius nepos Alvare Princ. factus est in ejus locum, sed post paucos menses pro malignitate sua a Capuanis expulsus est; & electus Landulfus V. de S. Agata Comes fil. Princ. Ben.

Pandulfus III. ejus fil. simul cum patruo suo Princ. Benev. & Pandulfo IV. fil. Paldulfi de S. Agata.

Paldulfus V. de Tiano cum filio suo Joanne, sed postea exiliati sunt simul in Romaniam.

Landulfus VI. qui postquam regnavit per ann. 12. a Principe Normannorum Riccardo de Aversa expulsus est; nec amplius Langobardi in Capua dominati sunt, sed Normanni.

Riccardus Com. de Aversa primus Princeps Normannus, qui fuit fil. Asclittini Com.

Jor-

Digitized by Google

Jordanes I. fil. Riccardi ſimul cum patre ſuo Princ. Capuanus II. & poſtea Dux Cagetanus; & regnavit etiam cum fil. ſuo Riccardo calbo.

Riccardus II. calbus fil. Jordani, qui per annos aliquot a Comitibus Langob. expulſus, Averſanus Princeps factus eſt, & poſtea Capuam iterum habuit, & regnavit cum Roberto fratre ſuo ſaginaro.

Robertus II. ſimul cum fratre Riccardo, qui poſtea ſolus regnavit.

Riccardus III. ejus fil. qui dicebatur Rombulus.

Jordanes II. frater Riccardi, & Roberti poſt eorum mortem regnavit.

Robertus II. fil. Jordani II. ſedit uſque ad Rogerium Regem Siciliae, qui dexpoliavit eum, & fecit Principem Anfuſum ejus filium in anno 1136.

Poſt eum fuit Vilielmus fil. Rogerii Regis, & inde Robertus fil. ejus, qui poſt annos tres mortuus eſt, & factus eſt Princeps Capue Arricus uſque ad annum 1172. ex quo tempore nullus fuit poſtea Princ. Capuanus, ſed ſtetit ſub Regibus ſuis.

Finis Necrologii S. Benedicti.

DE

Digitized by Google

DE STEMMATE PRINCIPUM LANGOBARDORUM

Qui ex genere prodierunt

ATENULFI CAPUAE COMITIS

Et demum Principis Beneventi, cum animadverſionibus Franciſci Mariae Pratilli.



bſcuriſſimam ſane, ac maxime implexam Principum Langobardorum, qui è Campano Comite Atenulfo, ſignato in Stemmate praemiſſo ad Erchempertum numero XVI. proceſſerunt, diligentiori, ni fallor, ac rationabiliori ordine, quam alii adhuc fecerint, quamque breviſſime, & in Tabula expoſiturus Geneologiam, de meo hoc conſilio, deque re ipſa non importune placet aliquid praenotare. Quod autem monendum duco, tum eſt obpigneratam de dando hoc Stemmate meam me ſolvere velle fidem, tum cupere poſt expoſitam Primam, ad Tertiam quoque partem Anomymi Sanctae Sophiae qualemcumque praemittere facem (annos etenim in ipſo Stemmate adponam, per quos ſinguli Principes ſederint) qualem etiam ad Secundam ejus partem, adpictis Chriſti annis ad oram Hiſtoriae praefati Erchemperti, aliiſque in locis, ut occaſio permiſit, praeſtiti. Verum haec omnia, quia denuo, & ſubtiliori trutina expendam Libro ſecundo, ibidemque annorum collectiones in Quarta parte ejuſdem Chronici deſcriptas, qualiter accipere oporteat, ac reliqua omnis Principum Salerni, & Capuae ſucceſſio dilucide explicabitur, hac utique ratione ne dum integrum praedictum Beneventanorum Ducum, & Principum Chronicon, ſed univerſa noſtratium Langobardorum Chronologia, quae parcè nunc delibatur, abunde ibi tractabitur; nam Stemmata hic etiam dabo Salernitanorum Principum eodem ſtylo digeſta, quibus praemiſſum pariter Chronicon Salernitanum, ut promiſi, recenſebitur ſimul,

& ut-

Digitized by Google

& utcumque elucidabitur . Adjungam vero & Stemmata alia Principum Capuae , Ducum Apuliae , & Regum Siciliae genere Nortmannorum , ſub quibus tergemina illa Dynaſtia a Langobardis inſtituta , diuque ſervata , ſenſim in unius Regni formam , additis nonnullis inſuper aliis , alterius juris & minoribus ditionibus , coaluit , atque adhuc manet : quam decentiſſima futura cum ſint praeſentis operis Parerga , ſuamque in nonnullis praeſeferant non injucundam novitatem . Sed Atenulfus , de cujus Stemmate eſt nunc breviter dicendum , ex Capuano Gaſtaldeo jam Comes (*ut inquit Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 52. Editionis Venetae , & Pariſienſis , quae Caſſinenſis exemplaris genuinam exprimunt lectionem*) cum filio ſuo Landulfo , & caeteri deinceps per generationes ſuas in urbe Beneventi Principatum tenuere per annos circiter centum ſeptuaginta ſeptem . *Sicuti ex eodem certe auctore perhibet etiam Anonymus Sanctae Sophiae Par. 3. Num. 1. & 16. ſed hoc amplius habens , quod ipſas Principum generationes , & aetates exponit ab nemine tam clare , & continenti ſerie prius traditas , etſi Campanorum Principum ſucceſſionem , qui ex Atenulfo proceſſerunt , tanquam a ſuo inſtituto alienam , praetermiſit ; nam Beneventanorum tantummodo Dynaſtarum ordinem componendum ſuſceperat : ſicuti pari ratione Oſtienſis ſui Monaſterii , & Abbatum Caſſinenſium condens Hiſtoriam , alienum a ſe eſſe putaverat , ſingillatim Atenulfi poſteros , conſimiliaque incidentia minutius recenſere . Utriuſque igitur defectum ſupplere , non tamen abſque amborum ope , meae eſſe partis cum indicaverim , in hoc ſane opere innumerarum inprimis Chartularum , quas pluribus in Archivis legi , multaque obſervatione examinavi , aliorumque Auctorum praeter modo laudatos , qui editi , ſive inediti habentur , ſimulque nonnullarum antiquarum Inſcriptionum , quae adhuc exſtant , ſum adjutus praeſidio ; ex quo factum eſt , ut uno , eodemque labore nobiliſſimorum Principum Genealogiam , nec non Chronologiam è penitiſſima eruerim antiquitate , quam cum annis Chriſti , quod non vulgaris fuit diligentiae , comparavi : etſi nec*

omnem

Digitized by Google

omnem mei omnino ſenſum valui ſic adimplere, qui optaveram, ſicut Aeſerniae (1), *Sueſſae* (2), *& Teani* (3) *pleroſque Comites ex ipſorum Principum ſtirpe prodiiſſe certis cognoveram documentis, ita generationem quoque Comitum caeterarum urbium utriuſque Principatus non minoribus indiciis condiſcere, quos fere omnes per ea tempora, quibus Atenulfi poſteri imperarunt, ex eorundem genere exiiſſe, non dubito* (4). *Quam mihi ante omnes perſuaſit opinionem Erchempertus, perhibens Num.* 21. *&* 40. *filios, & nepotes Landulfi Capuae tunc Comitis, ex quo praeſens Principum emanavit Stemma, illo defuncto, avitae ditionis urbem quemque ſuam iterata diviſione obtinuiſſe, nempe tali exemplo nunc deſuetum exponens genus Politiae, nullos olim è magnorum Langobardorum Dynaſtarum filiis carere propriis, & peculiaribus Feudis* (5), *modò adeſſet*

(1) Ex Aeſerniae quidem Comitibus effluxere circ. ſeculi XI. initia Comites Marſorum tam in hiſtoriis celebrati, ſcil. a Landulfo Comite, ejuſque filio Landenulfo Aeſernienſi. Oſt. lib. 2. c. 2. & Charta Mon. Cinglenſ. anni 1060. in qua legitur: *Siginolfus Comes Marſorum fil. Berardi Comitis fil. Landenulfi Aeſernienſis &c.* Et ex iiſdem Comites etiam de Sangro, de Anglono, & Trivento, necnon de Fornello, & Rajano, ut ex Chartis Monaſt. Caſſ. & Cinglens, & Monialium quoque S. Mariae Aeſernienſis Civit. a quorum Comitibus fundationem agnoſcit ſuam illuſtre hoc Coenobium A. circ. 950. Neque dubitandum, quin ex iis progenitae familiae de Colimento, & Burrellorum Domini; ſive Comites. Sed in his non eſt heic magis immorandi locus, quum peculiare iſthaec opus exigant.

(2) Quorum indubiè ſoboles, & Comites de Trajecto, & ii qui de Carano, de Spinio, de Rocca Vantre ſive Evandri, aliique.

(3) Ex iis etiam prodiere Comites de Galluccio (qui diù Capuae conſtitere, modò exincti) Comites Praeſentiani, Venafri, de Sexto, de Prata, de Rajnulo, de Mignano, Meſini, Cajanelli, Marzani, Petruri, Fauciani ſeu de Fauzano, de Roccaromana, de Conca, de Marzanello, de Montanaro, de Vairano, Maſtrati, Cerulani, de Montaquila, de Gallo, de Ailano, aliique, ut ex veteribus noſtris Chartis perquam clarè dignoſcitur.

(4) Et quidem horum ex genere Comites Aquini (e quibus inde Cajetani Duces, Fundanique Comites, Alveti, Arcis, Cryptae, Aſculi, Laureti, Acerrarum, Caſertae, aliique eorum ramuſculi) Comites Abellae, S. Agathae, Calatiae, Aliphiae, Limatulae, & Puteolorum; Vulternenſes itidem, ac Literneſes, aliique quamplurimi Comites emanarunt, ut certiſſimum eſt.

(5) Hinc progeniti diverſis è Langobardorum Dynaſtarum ſurculis Comites de Dracuno, de Caleno, ſive Calinulo, de Calvo ſeu Calbo, de Fran-

Digitized by Google

3-2-430

Digitized by Google

JNT EX GENERE ATENULFI

S BENEVENTI

Lando Com. Venafr. 1093. unde fort. famil.

Pandenulfus Com. Sexti. — Pandulfus ejus frater.

Indulfus Com. Calvenſ. ann. 1049.

04. ut tradit Deſiderius Abb.	Paldus vi-	Pandolfus, cui cognomen	Ageltruda fil.	Landulfi Com.	
tum ſua ætate pergebant: ni-	veb. in an.	fuit De Sexto. *Petr. Dia-*	Landulfi Com.	Sueſſæ, uxor	Landulfus
is autem Deſiderium capio, quo-	1094. *Petr.*	*con. l. 4. c. 75. & 79. Vi-*	Sueſſæ, uxor	Joannis fil.	Com. de
hæredē Principatus, quem ſub-	*Diacon. l. 4.*	*de infr.* Ex Comitibus	Joannis fil.	Pandulfi, fil.	Calvo ejus
In actis tamen Translationis	c. 15. obiit	de Sexto ortus, qui in an.	Pandulfi, fil.	Guaimarii Pr.	uxor Ma-
. asſeritur Avus Landulfi c.	17. kal.	1040. vel circa erant cla-	Guaimarii Pr.		delma. A.
					1031.

Digitized by Google

ſet facultas, ſolitum fuiſſe; quae tamen, ut conſtanti obſervatione facile eſt advertere, ipſorum Comitum haeredes eadem cupiditate praeſidendi aliis detenti, utque ſpecioſo illo Comitum titulo pariter condecorarentur, indiviſa dein poſſidere conſueverunt: ne ſcilicet illa in minima velut fruſta iterum, & iterum perpetua, ac multotiens importuna ſectione comminuerentur (a). *Atque hoc eſt apud Oſtienſem lib.3. cap.19.* Pandulfum Venafranum Comitem obtuliſſe B. Benedicto, & Caſſinenſi Monaſterio quartam partem de Caſtello, quod dicitur Sextum, & medietatem totius partis ſuae de Valle Venafri, & de Teano, & de Carinulo, & de Calvo, & de Cajatia, nec non & de omnibus, quae poſſidere videbatur in toto Principatu Capuano (b). *Nam Comes ille Capuae Principibus, & ex hoc Atenulfo, genus certe cum duxiſſet, ad quod univerſi etiam recenſitarum urbium Comites lineam ſanguinis referebant, utique in eas omnes, aliaque Principatus loca, non unius ſortis, ſed juxta multiplices gradus cognationis, quibus eos contingebat, partiaria conſervabat jura ſucceſſionis, ut patet* (1). *Me igitur arbitro,*

(a) An ex Davidica etiam admonitione in Pſ.132. *Ecce quam bonum* &c. ſicut pleraque alia obſervarunt ad Sacrae Scripturae quoque normam.

(b) Omnia haec alia a Pandulfo Venafr. poſſeſſa loca ex ejuſdem conceſſionis Chartula, in anno data 1064. cujus exemplum habetur in refecto Regeſto Petri Diac.p.263.declarantur fuiſſe: *de Limatula, de Caſerta, in Lanco, in Liburia, in Roſella, et Capuae, tam intus, quam foris.*

Franculiſo, Pizconi, Sarczani, Briani, Vignanelli, de Petra, de Rocca, de Murrono, de Caſolla, de Caſtro Argentio, Puczanelli, Ayrolae, de Toro, aliorumque minorum oppidorum Domini: quorum in noſtris Chartis, & in Mon. S. Benedicti Necrologio extant monumenta.

(1) Aliam profero chartam (quae utique plurimae) ex Reg. Petri Diac. in quâ legitur, *Landonem Aeſerniae Comitem* (a. 991.) *optuliſſe in Caſs. Beati P. Benedicti Monaſterio partes, quas ſibi ſpectabant in Comitatu de Valle Sangru, Furnellu, & Venafru, & in Calbo, & in Cajatio &c.* Sicuti & aliam Monaſterii S. Mariae Monialium Capuae, quae habet: *Landenolfum Comitem Cajacie Pandulfi Principis conſanguineum obtuliſſe in hoc Monaſterio* (quod tunc temporis e Cingla, & Aliſia Calatiam translatum extabat) *partem Caſalis Dracuni, & Campagnani; necnon partem Briani, & Puczanelli in Caſerta; & partem una in Bulturnenſi, & quartam partem in Civitate Calbo, que ſibi ſpectabant &c.*

Digitized by Google

ab expoſita hac conſuetudine Beneventani quoque Principes, nec hi tantum, de quibus eſt ſermo, ex Atenulfo deſcendentes, ſed quicumque alii, atque adeo etiam Salernitani, ſicut de Campanis dictum eſt, eos omnes filios, quos poſt primogenitos ſuſcepiſſent, Comites inſtituere (1), *ſuorumque Principatuum urbibus praeficere conſueverunt; idque, nè longius abeam, exemplo confirmo filiorum Radelchiſi Principis Beneventi, cujus uxor Caretruda, quae ut in Tumulo 7. legitur*

„ —— ſui magno fructus in culmine ventris
„ Ter quartum vidit fructificaſſe gradum,
„ Pontificem, & Comites genuit, Procereſque ſagaces (2).

Hoc nempe more Langobardi regendae, ſervandaeque ſuae Reipublicae bene eſſe conſultum, ex antiquiſſima inſtitutione perſuaſum habentes. Qua etiam providentia, ne dum exteros, ſed neque ſuae quidem gentis viros ex una in alteram migrantes Provinciam ad ullum admittebant honorem, ulloque donabant vitae ſubſidio, ſicut diſcere eſt ex Anonymo Salernit. in nondum edita Hiſtoria perbibente, Beneventanum Principem Grimoaldum Storeſaiz Siconi Spoletano, ſive Foro Julienſi, ut habet Joannes Diac. in ſcripto Chron. Epiſcop. Neapolis, Acherentiam novo exemplo ad obtinendum tradidiſſe; de quo Princeps (*inquit Anonymus*) non parvam maeſtitiam Beneventanis, ſimulque, & ſaevitiam invexit, & inter ſe plane muſſitantes, nam ipſam Civitatem (*Acherentiam*) non Proſeliti (*a*); ſed

(a) al. *Proſcipti* quod idem: nam licet ex Sacrae Scripturae uſu *Proſelitus* ſonet alienigenam, hoc tamen loco ſimplex eſt advena.

(1) Iſthaec clariſſime innoteſcunt in Stemm. Principum Salerni accuratiſſimi Peregrinii noſtri, in Anon., & Romualdo Salern., in Chronologo Cavenſi, innumeriſque chartis, in quibus memorantur Comites S. Severini, & Potentiae, Comites Marſicenſes, & Gifunenſes, Labelli, Montiſaurei, ſive Montorii, Corneti, Laurini, Malliani, Caputaquei, ſeu Capacii, Montis Piloſi, Tricarici, Sarni, Caſſani, de Angre, de Acerno, atque alii Salernitanorum Principum conſanguinei, quos brevitatis cauſa omitto.

(2) Ex iiſdem profectò prodiere Comites Boviani, Fricenti, Jeſualdi, Atrupaldi, Teleſiae, Ariani, Triventini, Trivicenſes, Venuſini, Abellinenſes, Compſini, de Potentia, de Acerentia, aliique quamplurimi, quorum in hoc opere multoties meminimus.

Digitized by Google

ſed Beneventi geniti obtinere quippe debuerant, & murmur magnum exinde inter eos erat. *Et alibi idem Auctor, indignatos Salernitanos ait, quod eorum Princeps Giſulfus, Landulfi Campani exulis filiis quaſdam urbes, illarumque pene omnia fiſcalia conceſſiſſet. Conſtare itaque ex his puto, me non temere ſuſpicari, ex praeclariſſimo hoc genere Atenulfi, praeter eos, qui per longa annorum ſpatia Principes Benevento, & Capuae praefuerunt, emerſiſſe etiam Comites in utroque Principatu perplures. Quod plane cum ſententiam, minime tamen adfirmaverim, perpetuo illos inter ſe coluiſſe, obſervaſſeque communis ſuae genealogiae conjunctionem, quandoquidem ſuam quiſque peculiarem conſtituiſſe videtur familiam, quae juxta connaturalem quandam imponendorum cognominum varietatem varias ſuſceperunt denominationes, vel ſcilicet ab nomine progenitorum, vel ab defuncto magiſtratu, tum eccleſiaſtico, tum laicali, vel ab vitio, ſive qualitate corporis, vel ab aliquo quocumque alio eventu, vel tandem quod etiam frequentiſſimum, a poſſeſſis urbibus, & oppidis; ita ut tractu temporis in multiplici adeo cognominum ſegete proclive ſatis fuerit ignorare, unum, idemque ipſarum omnium gentium extitiſſe primitivum ſemen* (1). *At qua ratione ex urbium, & oppidorum nomi-*

 nibus

(1) Hinc Familiae illae illuſtres Capuae olim, aut proximis in Oppidis conſidentes (quarum vera exordia, monumenta, genealogicamque ſeriem, quamplura in Veteribus Archivorum chartis pervolutandis ſatis benè collegi) quae modò aut illic, aut alibi defecere, vel aliò demigrarunt, praeſertim Neapolim, poſtquam Regum ſedes ſub Andegavenſibus effecta eſt. Illarum praecipuae fuerunt Familiae de Aquino cum ejus ſurculis, nim. de Alveto, de Acerra, de Caſerta, de Crypta; Pandona, de Landulfo, de Colimento, ſive de Burrello, & de Marſis, & Sangria; de Marzano, de Galluccio, Cajanella, de Sexto, de Roccaromana, de Tora, Praeſenzana, de Prata ſive Capuana, de Forma, de Cajacia, de Petra, de Franco, Citella, de Turrepaldo, ſeu Landepaldo, de Roſella, de Algiſio, ſive Adelgiſia & Aloiſia; Antiniana, Petrura, Feramuſca, ſeu de Mignano, Rayma, Caudina, Atgentia, de Lando, de Caleno, de Quatrapane, Marchiſia, de Ugone ſive Moliſia, Atenulfa, Maralda, Audoalda ſive Ojalda, de Ebulo, de Raone, de Archiepiſcopo que fort. eadem cum Pandona, de Epiſcopo ſive de Capua, de Aquila, Saracena; de Vineis, & Abenaula ſive Avinaula (quae facilè è Marzanis progreſſae, ut alibi dicam) de Gallo, de Arnono, de S. Heraſmo, ſeu Beutia, de Valle,

de

nibus gentilitia ſuis poſſeſſoribus plerumque acceſſerint cognomenta, ſicut in ſequenti Stemmate dominis Caſtri Praeſentiani inditum nomen fuit de Praeſentiano, *quod una cum gente videtur Capuae defeciſſe poſt tempora Regis Roberti, operae erit pretium ante omnia declarare. Quem ſane morem inde exortum mihi perſuadeo, quoniam talium locorum domini, & cuſtodes commiſſum ſibi munus obeuntes, ibidem vitam ducebant ſuam, de quo luculentum occurrit teſtimonium in Anonymo Salernitano de Principe Pandulfo Caputferreo ſcribente, deque Salernitani Principatus Comitibus, qui una ſimul omnes conſpiraverant in Salerni invaſorem Landulfum.* Dum Principi, *inquit*, Pandulfo ab illis nobilibus, qui per Caſtella manebant, nunciatum fuiſſet &c. *Et infra.* Princeps idem Pandulfus cum ſuis, & cum Salernitanis, qui per Caſtella manebant, omniaque oppida, quae ſub jure Salernitanae Civitatis fuerant, ipſamque Civitatem expugnabant. *Quocirca locum olim ab aliquo Dynaſta ad habitandum petere, vel obtinere, idem erat, atque ad poſſidendum, fruendumque illum ſuſcipere (a) vel poſtulare; ut obſervo in Ignoto Caſſinenſi, apud quem Num. 22. & 26.* Magenolfus Ingenam neptem Imperatricis cepit conjugem; *& dein* pergebat Franciam, ut ſibi ab Imperatore glorioſo peteret, quo vivere loco, ſeu & habitare poſſet. *Et apud Paulum Diac. lib. 6. cap. 13. ſive* 42. Carolus Martellus Reginfrido unam, hoc eſt Andegavenſem, Civitatem ad inhabitandum conceſſit. *Apud Erchempertum quoque Num.* 50. *Athanaſius Epiſc. & Dux Neapolis conceſſum*

(a) Sanè ex antiquiſſimo gentium jure quem locum quis inhabitaſſet, etiam poſſidebat, ut in Sacris literis paſſim, & alibi; idque praecipuè cum aliquis populus novas quaeſiſſet, obtinuiſſetque ſedes, ſicut Langobardi ad nos è Pannonia immigrantes, qui primitivum perpetuo ſervarunt morem, fuereque apud illos alienorum praediorum, domorumque conductores ſervilis ſemper conditionis.

de Avella ſive Abella, aliaeque permultae, quarum heic breviter cognomina aliquot innuiſſe ſufficiat ad Lectoris fovendam curioſitatem; quum haec peculiari aequè ac plenâ indigeant hiſtoriâ.

Digitized by Google

ſum ſibi a Campanis Amphitheatrum Guaiferio ad cohabitandum tradidit, *qui* Praefectus Arenarum *dictus eſt Num.*74. *ideſt ipſius cuſtos Amphitheatri. Eſtque huc referendum, quod paſſim in antiquis Chartulis legitur, urbium, & oppidorum dici habitatores, quos eorundem dominos fuiſſe conſtat; ſicuti, ut domeſticum adferam exemplum, apud Petrum Diac. in Auctar. ad Oſtienſem lib.*4. *cap.*16. Adelgrima Comitiſſa, filia Pandulfi Principis Capuae, relicta Rainaldi Comitis, filii Berardi Comitis, *appellatur* habitatrix in territorio Caiſeolano, in Caſtello, quod vocatur Auricola (1). *Hoc igitur pacto antiqui Dynaſtae loca, quibus praeſidebant, cum inhabitarent, factum puto, ut ii ex ipſis municipiis, ceù communes, caeterique alii municipes, ſed per quandam antonomaſiam, municipales deſumerent denominationes, quas poſtmodum eorum filii, & nepotes, qui poſt longum annorum ordinem avitas retinuerunt Dynaſtias, taliaque de aevo in aevum ſervarunt vocabula, in gentilitia tandem cognomina commutarunt, ſub tempore ſcilicet Normannorum, quando talem increbuiſſe cognominum conſuetudinem, facile eſt advertere. Atque ex hoc inter caetera intelligi etiam poſſe arbitror, cur poſſeſſarum ditionum nomina haud ſemper in gentilitia tranſierint poſſeſſorum, cum tamen, ut dicebam, Dynaſtae promiſcue omnes per tempora Langobardorum è ſubiectis locis conſueverint denominari; nam in Erchemperto Num.*26. Marinus *appellatur* Malfitanus, *qui Melfiae, ſive Amalfiae; & Num.*27. *&* 77. Landulfus *dicitur* Sueſſulanus, *qui Sueſſulae praeerat: & ab Oſtienſi lib.*1. *cap.*49. Gregorius *dictus eſt* Neapolitanus, *qui Dux fuit Neapolis, & lib.*2. *cap.*15. Landulfus de Sancta Agatha, *quem urbis cognominis Comitem fuiſſe, nemo inficiabitur. In quo ſane dicendi ſchemate multus hic fuit auctor,*

(2) Paſſim alia eorum exempla invenies apud Oſtienſ., & Gattulam Hiſt. Caſs., & in Chartis, in quibus legitur *Sichenolfus Comes avitator in Civitate Cajacie. Landulfus Comes, et habitator in Caſerta.* Illarumque profectò Urbium erant Domini, & Comites. Mitto alia ſexcenta, quae afferre poſſem, ne legentes faſtidiam.

Digitized by Google

ctor, Dynaſtas etiam Capuae, illorumque conſanguineos pluries ſub generali Capuanorum *vocabulo demonſtrans: ſcilicet lib.1. cap.23.24. & 40. quod ex collatione Hiſtoriae Erchemperti Num.17. & 46. fit manifeſtum, deque hoc non nihil ſuperius adnotavi. Qua pariter mente idem Auctor lib.2. c.16. perbibet*, Capuanos valde infeſtum habuiſſe Caſſinenſem Abbatem Manſonem, conſobrinum Principis Pandulfi Caputferrei, quod ille quaſi non ſolum Abbatiam, ſed etiam Principatum ſibi vindicare ſatageret. *Et lib.3. cap.16.* Capuanos *item dicit* per decem circiter annorum curricula viriliter repugnaſſe, *ac tandem manus dediſſe Richardo Comiti Averſae. Verum Leo antiquiorem ſecutus videtur morem, praefato etiam Erchemperto, de quo alibi, nec non Romano Pontifici Joanni VIII. olim obſervatum in Epiſt. 205. 206. & 207. quibus locis Campanos Proceres abſoluto vocabulo* Capuanorum *Joannes appellavit; unde intelligimus, apud priſcos illos auctores idipſum demonſtraſſe nudum hoc nomen* Capuani: *atque conjuncta illa*: nobiles Capuani: *&* nobilis Capuanorum familia; *ejuſmodique ſermonibus indicatos, qui è genere Comitum, & Principum Capuae deſcenderant: videlicet quod pleraque nobilium Campanorum pars de una Comitum, Principumque erant cognatione. De qua etiam, ſed in plures familias jam diſpertita, reputandus mihi erit* Petrus, qui dicebatur Atenulfi patris cognomine, de nobilibus Capuanis, *& factus Romae eſt Cardinalis, ut Oſtienſis tradit lib.2. cap.26. Nec aliter exponendum judico eundem ſcriptorem lib.2.cap.81. tradentem*, quoſdam Capuanos nobiles pro Caſtro Conca (*fuit* Conca *in Comitatu Teanenſi, quem Comites è Capuae Dynaſtis Langobardis exorti iterum, iterumque obtinuerunt, ut ex ſubſequenti Stemmate conſtat*) multas cum Abbate Caſſinenſi Richerio, *intra annos ſcilicet* 1038. *&* 1055. contentiones habuiſſe, voluiſſeque aliquando terram Monaſterii praedatum ire; *quorum anteſignanus, ut eſt in Dialogis Abbatis Deſiderii ineditis, quidam extitit, nomine in hac* Capuanorum *gente ſaepiſſime uſurpato*, Pandulfus.

Digitized by Google

fus. *Eſtque idem Oſtienſis cap.*84. *praedicti libri* 2. *in hanc quoque ſententiam capiendus, quo loco* Landenulfum, & Adenulfum germanos fratres, & eorum nepotem Petrum, nobiles Capuanae Civitatis ad Caſſinenſe Monaſterium gratia converſionis *ſub antedicto Abb. Richerio ſe recepiſſe perhibet, eidemque Coenobio obtuliſſe, tum alia multa*, quae in toto Principatu Capuano, & intra Capuam poſſidebant, cum integras portiones ſuas, quas habebant in Eccleſia S. Rufi, ſimiliter intra Capuam: *haec enim Eccleſia a Normanno Capuae Principe Jordano, hujus nominis primo, ſub Abbate Deſiderio (aequales fuerunt Jordanus ſolus, & Deſiderius ab anno* 1078.) oblata in eodem fuit Monaſterio, *ut habet Petrus Diac. in Auctar. ad Oſtienſem lib.*3. *cap.*46. Quae dudum (*verba ſunt Petri*) ſibi conceſſa, & per ſacramentum firmata fuerat ab his, quibus jure haereditario, juxta morem patriae, pertinuerat. *Sed primi illi poſſeſſores non alias utique, niſi partes ſuas Jordano permiſerant, nam alias partes praedicti fratres Caſſinenſibus pridem obtulerant, ut dixi; ex quo tum hos, tum illos ab uno, eodemque genere prodiiſſe aperitur. At hoc ſatis cum ſit manifeſtum, aeque certum quoque eſt, genus illud indefinito vocabulo* nobilium Capuanorum *ab Oſtienſi demonſtratum de fratribus loquente Landenulfo, & Atenulfo communi etiam* Capuanorum *nomine deſignatum fuiſſe in quodam Diplomate Principis Capuae Richardi II. filii praememorati Jordani, quod una cum pluribus aliis antiquis Chartulis Monaſterii, ſeu Eccleſiae S. Michaelis Archangeli* In Formis *nuncupatae extra Capuam, & Caſſinenſi Coenobio olim ſubjectae, ſervandum apud Clericos Regulares Campanae Eccleſiae S. Eligii meo rogatu tradidit praeſignis vir Cardinalis Hieronymus Vidonus ejuſdem Eccleſiae S. Michaelis Patronus, ſive dicas Commendatarius; in quo Diplomate praedictus Princeps nonnullas donationes a Patre, & Avo eidem Monaſterio factas, atque adeo hanc ipſam donationem de Eccleſia S. Rufi, nec non de duabus aliis Capuae pariter ſitis: nempe* S. Angeli de Odal-

Odaldiſci, & S. Benedicti Piczoli (*a*), *ideſt minoris*, *pridem diverſis vicibus praefato Monaſterio conceſſis*, *confirmans ea Eccleſias omnes ad ſe*, *& ad Patrem*, *Avumque pertinuiſſe ex occaſione quadam non aliis verbis*, *quam modo dicti Diplomatis exponenda*, *& ex conceſſione* Capuanorum, *adſerit in hanc formam*. Quae Eccleſiae, *inquit*, etiam fuerunt quorundam fratrum, Guidonis, & Landenulfi, qui fuerunt filii cujuſdam Landonis, qui dicebatur Caputi; qui videlicet tempore Richardi Principis Avi mei contra ejuſdem animam Principis cogitaverunt, & inimicos intus Provinciam ejus invitaverunt, caelaverunt, & annonam dederunt, ob quam culpam res illorum Fiſco praefati Richardi Avi mei, ſecundum Langobardorum Legem, devenerunt. Quae etiam & praefato Richardo Principi Avo meo, & Jordano Patri meo, mihique per conventionem a Capuanis dimiſſa, & ſacramento firmata fuerunt (*b*). *Hactenus Princeps Richardus. De qua conceſſione a* Capuanis *facta Principi Jordano habetur etiam in conſimili fere Privilegio conceſſo ab eodem Richardo Monaſterio antedicto*, *quod exaratum inſpexi pag.29. antiqui Regiſtri ejuſdem Monaſterii in Archivo Caſſinenſi; inque binis his monumentis* Capuanorum *nomine illos Campanos definite demonſtratos fuiſſe adparet*, *ad quos Petrus Diac. praememoratam dixit Eccleſiam S. Rufi* jure haereditario *pertinuiſſe: nempe ad eos*, *ſicut dictum eſt*, *quibus* Capuanorum *vocabulum peculiariter ex praeſcripta uſurpatione a Langobardis obſervata competebat; quoniam de genere erant Principum Capuae ex Atenulfo deſcendentium. Ipſeque etiam Petrus continuator cum eſſet Oſtienſis*, *ejuſdemque ſectator idiotiſmi*, *eadem hujus* ver-

(a) Minor, ſed antiquiſſima haec S. Benedicti Eccleſia, fuit juxta Cathedralem, ubi nunc ſunt hortus, & pars Monaſterii Monialium nominis Jeſu: Eccleſia autem S. Angeli etiam num manet, & eſt Paraecia ſubdita Cap. Archiep. ab annis circ. 40. (*ſc. ab A. circ.* 1605.)

(b) Praeſens conventio facta eſt, ni fallor, hoc ordine: ut Campani Langobardi, qui in Pr. Richardum conjuraverant, bona ſua omnia ob initam proditionem amitterent, retentis ſolummodo minoribus aliquot Caſtellis, de quo fuſius alibi.

Digitized by Google

verbi uſus videtur acceptione in laudato Auctario lib.4. cap.10. Capuanorumque *nomine poſteros Atenulfi appellaſſe* ab Capuanis *perhibens dejectos è Capua praefatum Richardum & Nortmannos; quos* Capuanos *Nortmannus auctor Gaufredus Malaterra rem deſcribens eandem lib.4. cap.26. non ſic, ſed generaliori vocabulo dixit* Langobardos; *ſiquidem Nortmanni hunc magis amaverunt ſermonem, alterumque ſenſis antiquarunt, quoniam è Capuae Principatu, quo jam depoſuerant, minime tale* Capuanorum *amplius condecebat nomen. Quod manſit nihilominus in una de hoc Atenulfi genere familia, de qua ſupra verba feci gentilitio dicta vocabulo* Capuana (1). *Sed Nortmanni ſanè gentilitia cognomina frequentius, quam Langobardi è poſſeſſis locis deſumere cum ſolerent; ea tamen a minoribus ſaepiùs oppidis mutuati comperiuntur (a). Qui praeterea ipſa efferre haud praeſcripta, ſed diverſa omnino forma conſueverunt; dominos, exempli cauſa, oppidi* Praeſentiani *in Epiſcopatu Teanenſi, vel oppidi* Cajanelli *in eodem Epiſcopatu, cognomento dicentes* De Praeſentiano, *ac* De Cajanello: *& ſic quoque caeteros conſimilium oppidorum poſſeſſores. Iſtiuſmodi autem nuncupationis ſchema Langobardi nullatenus videntur uſurpaſſe; nam Erchempertus minime* Landulfum de Sueſſula, *vel* Marinum de Amalfia, *ſed alterum* Sueſſulanum, Amalfitanum *alterum appellavit; neque Oſtienſis* Gregorium *dixit* de Neapoli, *ſed* Neapolitanum: *niſi illa exceperis nomina, ex quibus derivativa minus commode deduci poterant; unde* Landulfus de Sancta Agatha, *non* Sanctagathenſis, *ut idem perhibet Oſtienſis, eſt dictus (b). Ex*

(a) Sic etiam ex antiqua illa conſuetudine abſolute cum dicerentur *Cajetani* qui Cajetae erant Duces, ut apud Oſt. l.2. c.35. natum eſt nomen nobiliſs. familiae *Cajetanae*, quae e Cajetanis Ducibus exorta putatur.

(b) Potuit etiam Oſtienſis ex Nortmannorum uſu, ſub quibus vixit, Landulfum dicere *de S. Agatha*, non *Santagathenſem*, quod meae nihilominus ſententiae favet.

(1) Quae ab Pratae oppidi Comitibus ortum accepit, & ab Capuae Urbe Amalfiam demigravit, ut alibi dictum eſt.

Digitized by Google

universis igitur è Principe Atenulfo descendentibus familiis unica solummodo nomen cum servasset Capuanorum, *reliquae interim omnes, ut dudum admonebam, novas, aliasque ex aliis occasionibus, & peculiares denominationes acceperunt, quas singulas nosse, haud humana (certe non mea) valet diligentia: ex conjectura tamen nonnulla superius indicavi. Quibus insuper adnumerari posse dijudico bas paucas: nempe familiam* De Atenulfo, *sic dictam de nomine Atenulfi, qui praememoratum genuit Petrum S.R.E. Cardinalem; & familiam* De Sexto, *ab dominio nuncupatam oppidi ejusdem nominis in Comitatu Venafrano, deque Venafranis Comitibus, & è Pandulfo egressam;* cui cognomen de Sexto inditum est, *de quo Petrus Diac. in Auctar. ad Ostiensem lib.4. cap.75. ipsamque familiam sub Rege Guilielmo haud digniori quam militari munere decoratam observo apud Joannem Aloysium Lellum in Elencho Privilegiorum Archiepiscopalis Ecclesiae Montis Regalis Num.44. Atque his etiam addendas censeo tres alias,* De Franco, De Citello, & De Roselle; *quandoquidem* Landulfus (*verba sunt Richardi I. Principis Capuae in Diplomate quodam de anno* 1066. 4. *Non. Julii, Indictione* 3. *in Registro Petri Diac. in Archivo Cassin. pag.223.*) qui dicebatur Francus, filius Landenolfi, & Joannes, qui clamabatur Citellus, filius .... qui fuerunt Comites Cajatiae, & Petrus filius (a) Doferii, qui fuit Comes Volturnensis, *sicut gente fuerunt plane Langobardi, ita reputandi firmiter sunt, nedum patria Campani, sed ex eodem hoc Principis Atenulfi genere exorti, quos in antedictum Richardum Capuae novum Principem, & alienigenam conjurasse, in praefato adfirmatur Diplo-*

ma-

(a) Hic Petrus certe dictus est *De Roselle* ab *Rosella*: Pagus qui fuit in *Cancia*, ut est in Ostiensi l.1. c.23. atque in ea Campani agri parte, quae ad laevam Volturni ripam tribus fere Milliariis a Castro abest Volturnensi: nunc dicto. *Castello a mare del Volturno*. Atque non absimili etiam modo appellati ii de *Antiniano* ab pago, non longè a Capuae Urbe ultra Vulturnum *in Cancia*, ut ex eodem Ostiensi, nostrisque chartis evincitur.

Digitized by Google

mate; quibuſcum, praeter ſupradictos Guidonem, & Landenulfum conſpiraſſe etiam Teanenſes, alioſque Comites (omnes utique Langobardos, & de genere Principum, atque, ut expoſui, Capuanorum*) ex monumentis in eodem Regiſtro exaratis pag. 47. & 222. liquidiſſime conſtat. Sed Landenulfum cognomine* Francum*, Joannem* Citellum*, & Petrum filium Doferii, qui in anteriori ſuperius laudato Diplomate Richardi appellatur* De Roſelle*, totidem familiarum auctores, conſanguinitate invicem conjunctos, deque poſteris fuiſſe Atenulfi, admodum veriſimile eſſe exiſtimo, eodem hoc argumento perſuaſus, quod & Langobardi, & in Campano Principatu, vigente adhuc eximio illo* Capuanorum *genere, fuerint Barones, locorumque poſſeſſores, in quae etiam Comites aliarum urbium ejuſdem Principatus partiaria jura, è communi videlicet origine ſibi nata, habuerunt: ſicut ex conceſſione intellectum eſt, quam Pandulfus Venafranus fecit Monaſterio Caſſinenſi pridem relata, exque aliis conſimilibus donationibus inferri etiam poteſt, tum alibi, tum in ſaepe memorato Regiſtro Petri Diac. deſcriptis. Verum praeter expoſitas hactenus familias, quas omnes multis probantibus documentis manifeſtum eſt, urbem Capuam, diu etiam poſt exactos Langobardos Principes, agnoviſſe, coluiſſeque matrem, alias longe plures eadem de gente ibidem, nec non Beneventi aeque inclaruiſſe per integrum illud intervallum annorum centum ſeptuaginta ſeptem, quo, ut inquit Oſtienſis,* Atenulfus, & caeteri deinceps per generationes ſuas in ea Principatum tenuere, *ultro conſentiet prudens omnis, ac peritus Lector; etſi de iis vel in ipſis Beneventanis Archivis nil ultra repererim, de quo ſatis dolui* (1). *Et inſuper quod Capuae obſervatum fuiſſe expoſui, ibi quoque (cur non etiam Salerni?)* (2) *quamſimillimo exemplo frequentatum, neminem puto denegaturum, namque Ca-*

 pua,

(1) Pauca ex ipſis mihi collegiſſe conceſſum eſt, quae ſup. innui.
(2) Ex Cavenſi Archivo aliqua deſumſi, quorum cognominum titulos Lectoribus proponere ſup. ſtudui.

Digitized by Google

pua, ac Beneventum, de quibus modo eſt ſermo, labentibus annis, proprios, peculiareſque ex Atenulfi genere obtinuere Principes, qui proprias quoque, & peculiares conſtituerunt familias eo ordine, quo ſubſequenti in Stemmate explicabitur; ſuiſque conſanguineis tum hi, tum illi urbes, & oppida, juxta expoſitam conſuetudinem, adjudicarunt, ſicque Beneventanorum Principum genus in plures apud Beneventum familias, ut Campanorum apud Capuam, fuit propagatum, & ipſas pari modo multiplicibus cognominibus, ſicut diverſa tulit occaſio, denominatas: idque alibi indicabam, dicens, ex clariſſimo hoc Stemmate quamlatiſſime explicato, diutiſſimeque vigente, innumeros per omnem Italiam Cis Tyberinam Comites prodiiſſe, viroſque nobiles, & Barones; de quo vel unum nunc libet adferre exemplum apud Regiſtrum Petri Diac. pag. 160. *a tergo in quodam Diplomate Campani Principis Pandulfi VI. de anno ejus Principatus* 2. *qui fuit Chriſti* 1023. *mihi lectum; ubi ſub uno, eodemque tempore fit mentio ſex, ſeptemve Comitum urbis Calium, nunc* Calui, *hoc ordine.* Lando, & Landenulfus filii quondam Landulfi; Atenulfus, & Pandulfus, & Landenulfus, & Guido, & Atenulfus filii Atenulfi *tunc viventis, quos de Atenulfi Principis genere fuiſſe reputo* (1): *tum quoniam temporibus Principum ex ipſo deſcendentium Comites extiterunt, tum*

(1) Atque ex alia charta, ſeu Placito pro Monaſt. Cinglenſi anni 999. ſcil. *A. 3. Imp. Ottonis* (III.) *anno* 18. *Principatus Domni Paldolfi* (II.) *glorioſi Principis* (Beneventi), *& 12. anno Principatus Domni Landolfi* (V.) *filius ejus menſe Marcio XII. Indictione. Ideoque nos hi ſumus Audoaldo Comes* (Alifis) *filius bone mem. Aldemarii Comitis; & Aldemari Comes fil. quondam Audoaldi Comiti; & Audoaldus Comes* (fort. Sipicciani) *conſobrinus frater meus .... & Landulfus Comes* (fort. Ailani) *... in Comitatu Alifie ejus conſanguinei .... de Ailano, Monte S. Viti, & S. Arcangeli, & Sepetiano, qui ſunt in pertinentia de ipſo Comitato noſtro Alifano &c. Et ut nullus Comes de Comitato Tiano, & Calbenſe, & Comitato Bolturnenſe, & Calinulo, & Comitatu Sueſſano, Benafrano, Iſernienſe, Aliſano, atque Teleſino* &c. Qui quidem Comites e genere utique Atenulfi I. Principis omnes proceſſere, atque inter eos propterea conſanguinei, ut rectè Peregrinius facem mihi praetulit, ex ſup. enarratis, iiſque quae hic proſequitur.

Digitized by Google

tum quod nomina usurparunt in gente illa frequentissime repetita: esse namque hoc conjunctissimum indicium ad has consanguinitates dignoscendas peritiores persuasum firmissime habent. Quo etiam ductus, non verebor adserere, primum Beneventi Archiepiscopum Landulfum, Capuaeque Archiepiscopos, binos Atenulfos, atque Paldulfum, qui regnantibus in utroque Principatu posteris primi Atenulfi vixere, nisi de hac non fuisse cognatione. Idque altera etiam firmare possum conjectura, qua simul persuasum habeo, minorum quoque urbium Antistites plerumque ex hoc foecundissimo Comitum, & Baronum genere delectos fuisse; quoniam, ut facili lectione condiscere est, secularem qui per ea tempora obtinuere potestatem, haud alienos evehi ad Episcopalem amarunt dignitatem, quibuscum etiam ex communi Lege, mihi superius adnotata & frequentissime tunc observata, uniti esse debebant pro pace, & salvatione in omnibus honoribus suis hominibus (1). *At hos omnes, vel uno, vel altero praesignes honore, longissime anteeessit qui* ex nobilissima Beneventanorum Principum origine sanguinis lineam ducens, *& ex Abbate Cassinensi, atque Cardinali ad supremum omnis humanae majestatis fastigium invitus ac diutius reluctans ascendit, ut Ostiensis perhibet lib. 3. cap. 1. & ejus continuator Petrus Diac. lib. eod. cap. 64. & seqq.* (2) Desiderius *inquam in summo Romano Pontificatu appellatus* Victor III. *dictusque ante Monachatum* Dauferius, *ex innominato patre natus, filio, ut reor, Landulfi V. atque Salernitano Principi Guaimario IV.* consanguinitate propinquus, *ni fallor, ob Gaitelgrimam, Beneventani Principis Pandulfi II. filiam, Landulfi V. sororem, & Guaimarii matrem, quem de Monachatu dimovere enixè curavit* matris ejus, ac propinquo-

(1) Horum profectò Antistitum Catalogum non describo: sed patentia habes testimonia in veterib. Chron. & praecipuè in Necrologio sup. edito, & in Ughellio, quos consule.

(2) Quadere non Beneventani tantummodo; sed & Capuani tot Langobardorum illustrium virorum dignitatibus, decoribusque jactare se poterunt.

Digitized by Google

quorum orationibus fatigatus, Beneventanus Princeps Landulfus, *ſcilicet VI. vivente patre Pandulfo III. filius qui fuit praefati Landulfi V. Nec ambigendum eſt, hunc virum talibus ſignis ab Oſtienſi, tanquam penicillo, & coloribus ob oculos repraeſentatum, genus duxiſſe ab Atenulfo: quibus nec minimum obſtat primitivum, & genitale ejus nomen*, Dauferius *in Atenulfi gente peregrinum, & nunquam alias auditum* (1), *neminem cum lateat, in ſingulas alias familias, ſicuti noſtra etiam aetate fieri videmus, aliena nomina ſaepe ſaepius immigraſſe; de quo non unum in hoc ipſo Stemmate Atenulfi occurrit exemplum, in gratiam ſcilicet uxorum, idque frequentiſſime, illorumve* (a), *qui parvulos è ſacro ſuſceperunt Baptiſmate: cujus priſcae conſuetudinis obvius modo eſt mihi teſtis Guilielmus Brito in Philipp. l. 2. apud quem Comes Flandriae Philippus, Galliae*

„ Qui Regem puerum ſacro de fonte levarat,
„ —— ſuum nomen, ſicut mos exigit, illi
„ Indiderat.

Sed Dauferius, ſive dicas Deſiderius, in Summum Pontificem ſummo ſui generis decore evectus fuit in anno 1086. *cum prius omni antiquo honore, ac poteſtate fere omni, univerſos ſuos gentilitios vidiſſet exauctoratos: quandoquidem ad extremum ſenium, & occaſum jam imperium devenerat univerſorum noſtratium Langobardorum, rerumque humanarum immutabili conditione, magis quam armis, devicti primo Principes Capuae, Principatum conceſſerant Averſae Comiti Richardo Nortmanno in anno* 1058.

(a) Alias non adnumero, quae nunc imponendorum nominum occaſiones eſſe etiam ſolent, tanquam a Langobardis vel infrequentius, vel penitus inobſervatas.

(1) Hoc neutiquam verum, cum memorentur ab Oſtienſ. a Chron. Vulturn., aliiſque Chartis Dauferii Comites Vulturnenſes, Dauferi Com. Venafri fil. Pandonis, Dauferius Comes de Sexto fil. Daiferi, Daiferius Comes Calbenſis fil. Landonis, & alii fortaſſe, quorum modo nomina memoria exciderunt.

Digitized by Google

1058. (a), *& dein Principes Beneventi poſt omnem pene amiſſam ditionem, quam Nortmanni alterius generis, qua eis, qua Graecis tunc poſſeſſam, ſubtraxerant, ſine prole defecerant in anno* 1077. *atque ut rerum novus tulerat ordo, antiquiſſimam ampliſſimae Dynaſtiae Metropolim Beneventum, ſuburbano tantum agro non denudatam, in Romani Pontificis poteſtatem dimiſerant; quae praeſentiens, immo praeſentia habens Deſiderius ſuorum Langobardordorum infortunia, atque ut Caſſinenſis ſuae Abbatiae rebus bene conſultum iret, Nortmannis, proſperis rebus exultantibus, adhaeſit, apud quos plurimum valuit, ut perbibet Oſtienſis lib.*3. *cap.*8. *& in ejus Auctario Petrus Diac. lib. eod. cap.*49. *reliquis interim Langobardis, vel nullam, vel vix aliquam ſuorum Comitatuum portionem retinentibus.*

FINIS.

Typo-

(a) Eodem hoc tempore, & ante Deſiderii Pontificatum, amiſere Langobardi Principatum quoque Salernitanum, qui una cum univerſa Italia Cis Tyberina Nortmannis etiam acceſſit.

(1) Ceterum heic monendum Lectorem humaniſſimum cenſeo, me huic Peregrinii noſtri de Stemmate Principum Langob. Diſſertationi additorum promiſiſſe παρεργόν de variis, diverſiſque eorum ſurculis, tituliſque; Et adjeciſſem profectò, niſi periculum aliquod incurſurum timuiſſem, familias nempe quaſdam offendendi, quae adhuc cognomine tenus non diſſimiles, eaſdem Langobardicas eſſe adfirmant, non autem nuperas, aut intruſas, quod mihi certiſſimum quidem eſſe, & validiſſimis propugnatum rationibus, teſtibuſque chartarum ineluctabilibus adſerere non ambigerem. At neminem in malam abire fidem exoptavi, mecumque fort. ob arcana quaedam, figmentaque animo incitati, quod vera ad aliquorum offenſionem detegere praetumſiſſem abſque hiſtoriae noſtrae utilitate. Nihil ad haec reponam: ſed nihil etiam penitus rationis, juriſque, ſilentio hocce meo, iis adcreſcens, qui iſthaec venditant, eorumque patrocinium pro viribus ſuſceperunt.

Digitized by Google

CAM. PEREGRINIUS LECTORI SAL.

Typographo insuper commissa, & omissa, quae adverti, corrigas, & suppleas, rogo, in subsequentem formam: Orthographica autem non omnia observavi, quia vel in Opusculis, in quibus suus singulis religiose servatus est textus: vel mea, ipseque, etiam ex industria, in his inconstans esse volui: ratus doctiores nec invicem, nec sibi plerumque metipsis constare; inutilemque reputavi solicitudinem isthaec scrupulosus persequi, modo in barbaram, inobservatamque non deflecterem scripturam. Et quidem antiquiores quoque, alii alias, variasque tenuere scribendi regulas, semperque opiniones fuere: nec per longos annorum circuitus una perpetuo priscis Latinis mansit loquendi, efferendique consuetudo. Verum si in hoc me improbabis, haud admodum dolet: quin illud magis; si rerum, non verborum attentus scrutator, atque hujus antiquitatis bene peritus de Libro judices non bene; a quo (iterum hic moneo) abstineat quisquis majora, alienaque studia sectatur. Caeterum vocabulum Analecta *alicubi pro libro usurpavi Collectaneorum; quia id pridem factum a Seneca legeram in Lexico Graecolatino Budaei, Tusani, & Constantini, excuso a Joanne Crispino in anno* 1562. *Sed & scias velim, praeter alia multa strictim nunc observata, quae fusius explicabuntur Libro sequenti, esse ibi iterum uberiori sermone, & curiosissime exponendum, Sipontinorum appellatione in Actis Adparitionis Sancti Michaelis Archangeli venire Langobardos Beneventanos, qui obsidionem Graeci Imperatoris Constantii in anno* 663. *Divina evadentes ope, Christi, Catholicamque fidem susceperunt, ut inedita, sed antiqua, & sincera Acta perhibent S. Barbati Episcopi Benev. eandemque recentissimam Langobardorum Christianitatem Langobardi Auctores aemulis imputarunt Neapolitanis. Nec non ibidem uberius edisseram, Campani Principatus dignitatem Imperiali auctoritate institutam fuisse tempore Principis Pandulfi Caputferrei,*

3 2-430

BINA STEMMATA

Quibus cunctorum etiam Principum e

CUM ADD


I. STEMMA PRINCIPUM CAPUAE N

Qui interruptis vicibus in ea regnarunt post Langobardos ab

Bartholomæus frater Richardi, atque consanguineus Roberti 2. Princ. Capuæ, cujus tempore vivebat. *Ex Archi-*

RICHARDUS
Dictus *de Caleno*, sicut & pater ejus. Propinquus Jordani 2. Princ. Capuæ. *Petrus Diac. l. 4. c. 82.* Pugnabat cum Rangarde re-

Digitized by Google



Digitized by Google

rei, etsi nomen pridem coeperat usurpari, nempe sub Beneventi Principe Atenulfo primo, qui Capuae sedem fixit, & obiit. Qui quidem Caputferreus haud Beneventanum Principatum filio suo Landulfo IV. contribuit post mortem fratris sui Landulfi III. quoniam, ut ambigue superius conjectabam, absque liberis ille decesserat; sed quoniam impotenti dominandi libidine percitus, veritus non est, legitimo praefati Landulfi III. filio, ac successori, Pandulfo II. nuncupato, debitam ex jam inita divisione Dynastiam praeripere; quam tandem ipse Pandulfus II. ejecto inde praedicto Landulfo IV. in an. 981. *recuperavit, atque ad posteros etiam transmisit.*

Digitized by Google

FRANCISCI MARIAE PRATILLI

AD CHRONICON MONACHORUM S. BENEDICTI, SEU DUCUM BENEVENTI, A PEREGRINIO EDITUM.

PROLUSIO.

PArvum hunc potius dicam Indiculum, quam Chronicon Monachorum, sive Abbatum Cassinensium, Ducumque & Principum Beneventi, sub quibus Abbates illi Cassinensi praefuerunt Coenobio, in primam Partem suae Langobardorum Princ. Historiae intulit Cl. Peregrinius: in locum profectò, ut ita dicam, extra ludum; quum Seriem Cassinensium Abbatum describere cogitasset, quam antè aptiùs collocare debuisset. At quoniam ipse quae promptiora sibi ad diem offerebantur opuscula, Typographo, sicuti pluriès ipsemet testatus est, ad cudendum consignabat, nullus propterea ibi ordo, aut Chronologiae perfecta methodus servari potuit: quod quidem excusabile, quum in altero fortasse ejus Historiae Tomo (qui nullam nisi ignis lucem aspexit) meliori chronotaxis ordine repraesentare, ac disponere excogitasset. Hoc itaque parvum Chronicon heic recudere volui (quippe facem ad Abbatum Cassinensium Seriem praefert) jam superiùs Ducum, atque Principum Beneventi Chronologiâ plenissimè explicatâ. Quae quidem causae fuit, ne notas illi adjicerem, quas nullimodo necessarias existimavi. Ad Seriem tamen Cassinensium Abbatum explendam operepretium duxi benevolum Lectorem praemonere, Monasterium Cass. a B. Benedicto exstructum post annos circ. ab ejus obitu quinquaginta (ut ipsemet, dum in vivis egisset, praedixerat) a Langobardis tunc temporis, aut Paganis plerumque, aut Arianismo infectis sub Zotone eorum Duce expoliatum, ac penè destructum fuisse, Monachis vix igne, gladioque ereptis Romamque confugientibus, ibi a Pelagio Pontifice benignè exceptos, iisque

ad

Digitized by Google

ad incolendum Lateranenſe Patriarchium conceſſum, ubi ad Petronacem uſque (a quo Series Peregrinii exordium ducit) Monachi inhabitarunt, atque alii D. Benedicti ſucceſſores Abbates praefuere, quorum inferiùs nomina referre curavi. De everſione hujus Monaſterii praeter ea, quae Peregrinius heìc, & ſuperiùs adnotavit, plura ſi exoptet benevolus Lector, conſulat quae Cl. Blancus in Not. Paul. Diac. l. 4. C. 18. Mabillòn. in Ann., Bacchinius, aliique proferunt. Ceterum quas leves quaſdam Peregrinius noſter hallucinationes in iſthac Serie admiſerit, breviter caſtigavi, notuliſque meis ea addere, aut corrigere curavi, quae neceſſaria eſſe noſcebam ad Hiſtoriae complementum, quod quidem amicos Lectores monere volui.

Digitized by Google

CAMILLI PEREGRINII

DE CHRONICO LANGOB. SEU MONACHORUM

DE MONASTERIO SANCTISS. BENEDICTI.

SI exactam temporum cognitionem neglexerimus, haud certè verendum, ne coeca in caligine omnis non versetur Historia, eademque exindè ut minimum utilis reddita, humi non resideat inhonora, quae jure magistra vitae reputatur. Ego planè, qui rectè procedat gestarum rerum narrationes vellem, bipedes eas incedere debere pronuncio; ut dextero scil. pede per annos suo ordine, seriatimque decurrant; sinistro autem, ut exploratâ notitiâ per loca vadant demonstrata. Et sanè nonne clara res est complura vetusta, remotaque Acta, quae non admodum diligenti a majoribus tradita fuere observatione, ni duplici hâc vigili pervestigentur indagine, nullam jucundam, utilemve praestare posse rerum notitiam? Quinimmo ab eis omnis necesse est, ut recedat, abstineatque studiosus lector, vel indigestam pertaesus lectionem, vel implexâ fatigatus. Iterumque nonne ex binis bis facibus (quatenus opus exigat alterutrâ quandoque adhibita) multa contigit, vel prorsus obscura, vel ambiguitate obfuscata identidem illustrari, totidemque vicibus fieri clariora? Non igitur nisi congeminatam hanc regiam viam ingrediendam censeo, perque eam attentâ curâ procedendum, quibus est animo res gestas inoffenso pede exponere. Istique sanè bono, sed quoad partem dumtaxat, quae chronologiam spectat, praesens Chronicon ab Anonymo ductore suo, Monacho certè Cassinensi, elucubratum apparet, quo plures restitui poterunt annorum epochae a recentioribus, qui de rebus egerunt Langobardorum, perturbatae, modo & ipsum cura adhibeatur non incauta. Exemplar verò ex quo exscripsi, aderat in Biblioth. Cassinensi in membranaceo scripto Codice signato num. 353. illud planè antiquum, epigraphen & ipsam a me inditam praeseferens. IN-

Digitized by Google

INCIPIT CHRONICON LANGOBARDORUM, SEU MONACHORUM DE MONASTERIO SANCTISS. BENEDICTI.

Gregorius
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
Godelſcalcus
II.
III.
IV.
V.
VI.
Giſulfus
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.
IX.
X.
XI.
XII.
XIII.
XIV.
XV.
XVI.
XVII.
XVIII.
XIX.
XX.
XXI.
XXII.
XXIII.
XXIV.
XXV.
XXVI.
XXVII.
XXVIII.
XXIX.
XXX.
XXXI.
Luidprand.
Petronax.
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.
IX.
X.
XI.
XII.
XIII.
XIV.
XV.
XVI.
XVII.
XVIII.
XIX.
XX.
XXI.
XXII.
XXIII.
XXIV.
XXV.
XXVI.
XXVII.
XXVIII.
XXIX.
XXX.
XXXI.
XXXII.
Optatus
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.
IX.
Ermerich.
Stephanus.
II.
III.
IV.
Thomichis
II.
III.
IV.
V.
VI.
Poto
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
Theodemar
II.
III.

Digitized by Google

XXV.
XXVI.
XXVII.
XXVIII.
XXIX.
XXX. Carol. ad Monast. Ind. XI.
Grimoald.
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.
IX.
X.
XI.
XII.
XIII.
XIV.
XV.
XVI.
XVII.
XVIII.
XIX.
XX.
Grimoald Storesaiz
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.
IX.
X.
XI.
Sico
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.
IX.
X.
XI.
XII.
XIII.
XIV.
XV.
XVI.
XVII.
XVIII.
XIX.
Gisulfus
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.
IX.
X.
XI.
XII.
XIII.
XIV.
XV.
XVI.
XVII.
XVIII.
XIX.
XX.
XXI.
Apoll.
II.
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.
IX.
X.
XI.
XII.
XIII.
XIV.
XV.
XVI.
Sichard.
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
Deusdedit.
II.
III.
IV.
V.
VI.
Audpert.
II.
III.
Bassac.
II.
III.

Reliqua pars hujus Chronici continuat pagina sequenti; namque haec prae angustia non eam admisit.

Digitized by Google

Radelch.	Siconol.		IV.
II. Divisio	II. terrae.	Reges Saracenorum Cal-	V.
III.	III.	II. son de Bari	VI.
IV.	IV. Siconol-	III. fus tulit aurum de Mon.	VII.
V.	V.	IV.	VIII.
VI.	VI.	V. & menses v.	IX.
VII.	VII.	Alii Sarac. in Aquino	X.
	Saraceni		
VIII.	VIII.	II.	XI.
IX.	IX.	III.	XII.
X.	X.	Ferraci.	XIII.
XI.	XI.	II.	XIV.
XII.	Sico	III. & menses VI.	XV.
XIII.	II.	Seodan om.	XVI.
Radelgar.	III.	II.	XVII.
II.	Ademarius	III.	XVIII.
III.	II.	IV.	XIX.
IV.	III.	V.	Berthar.
Adelchis	IV.	VI.	II.
II.	V.	VII.	III.
III.	VI.	VIII.	IV.
IV.	VII.	IX.	V.
V.	VIII.	X.	VI.
VI.	IX.	XI.	VII.
VII.	Dauferius	XII.	VIII.
VIII.	II.	XIII. Hludovicus Imp.	IX. (a)
IX.	III.	XIV. II.	X.
X.	IV.	XV. III. capiens omnes civit. . . . à Sarac.	XI.
XI.	V.	XVI. IV.	XII.
XII.	VI.	XVII. V. & mens. II.	XIII.
XIII.	VII.	VI.	XIV.
XIV.	VIII.	VII.	XV.
XV.	IX.		XVI.
XVI.	X.		XVII.
XVII.	XI.		XVIII.
XVIII.	XII.		XIX.

Hujus Chron. explanationem dedi sup. in Chronol. Princip. Benev. & infra in Serie Abbatum Casin.

SE-

(a) Vide me in Chronolog. Com. cap. num. 5.

Digitized by Google

CAMILLI PEREGRINII

ALEX. FIL. CAMPANI

SERIES ABBATUM CASSINENSIUM

Ab Abb. Petronace, & ab anno DCCXX. Ad Abb. Rainaldum Calamentanum ad Ann. MCXXXVII.

In qua omnis temporum ratio de iis tradita a Leone Card. Oſtien. a Petro Diac. Caſs. & aliis antiquis expenditur: illaque ſtatuitur, quae ordine procedit imperturbato.

Cum notis Franciſci Mariae Pratilli.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO BARBERINO

S. R. E. CARD. ET VICECANCELLARIO.

SPinoſam, horridamque Hiſtoriae Langobardorum ſylvam, ſylvam, inquam, Eminentiſſime Princeps, ob difficilem temporum confuſionem, ac denſiſſimam rerum obſcuritatem aliis hactenus inacceſſam, aliis non plenè (neſcio an etiam dicam, non benè) luſtratam, nec illuſtratam, hac etiam adhibita providentia ſtylo excolendam, è ſentibus errorum expurgandam, atque Lectoribus magis perviam, facilioremque reddendam eſſe ſemper dijudicavi: nempè ſi ei conjunctiſſima minus culta, captuque aſpera quaeque antiqua literis tradita monumenta, uno, eodemque in tempore tum congenitis, tum ſuperinductis tricis, ac fallaciis omnibus emendentur; quibus niſi longiſſimè depulſis, ac funditùs extirpatis, nunquam non in ipſa, ſicut in confinibus ſolet locis, noxiarum opinionum aliena ſemina, alienaeque radices eſſent defuturae, immenſam planè, inextricabilem, indeficientemque ambagum novam ſylvam germinaturae. Quo ego conſi-

lio

Digitized by Google

lio Caſſinenſis Monaſterii Chronicon, quod Leo Cardinalis Oſtienſis ab Abb. Petronace Brixiano deſcribere exorſus, Petrus ejuſdem Coenobii Monachus, & Diaconus ad Abbatem uſque Rainaldum Calamentanum perduxit, ac noſtratium Langobardicarum rerum maxime refertum, commixtumque eſſe conſtat, ſedulâ operâ cum obſervaſſem, diſpunxiſſemque permulta inibi in temporum deſcriptione a ſuis Auctoribus, atque ab his, qui ipſum iterato edendum curarunt (utrorumque pace dixerim) tum minus diligenter, tum minus ſincere, vel deſcripta, vel repraeſentata, operae pretium facturum me putavi, ſi una cum Principum Langobardorum Hiſtoria, Tibi jure dicata, eorundem Abbatum Seriem per annos ductam in vulgus emitterem, Tuo ſimul nomini etiam quam juſtiſſime conſecratam: es enim, & omnis antiquitatis, & Caſſinenſis Congregationis praecipuus, & beneficentiſſimus Patronus, mihique conſtantiſſime ſuſpiciendus. Quam ſane eo libentius in hoc temporis inſtanti publicis typis committendam conſtitui, ne quae e Caſſinenſibus ſcriniis ad eandem Hiſtoriam acceperam, non facile dictu, quam proficua, adjumenta, diutius irremunerata, quantum mea mihi praeſens res permittit, manerent; quin meae non vulgaris reverentiae, qua religioſiſſimos, nobiliſſimoſque Caſſinenſes Monachos colo, hanc ſcriptiunculam teſtem eſſe perpetuum apud Te, Eminentiſſime Princeps, ante omnes ſtatuo. Cui Deus Opt. Max. caeteros omnes perpetua antecedere felicitate donet, perpetuo ut bonis artibus ſuus decor, & honor maneat, & bonis.

Eminentiae Tuae Reverendiſſimae

Humillimus, & deditiſſimus Servus
Camillus Peregrinius Alex. Fil.

Digitized by Google

CAſſinenſe Monaſterium antiquitate (1), rerumque ibi geſtarum magnitudine, &, quod praeſtantius eſt, ejus conditoris, Coenobitarumque ſanctitate, ac dignitate clariſſimum, ab occidentalium Monachorum inſtauratore Divo Benedicto primi tus fuiſſe conſtructum, exploratiſſima, receptiſſimaque Scriptorum omnium atteſtatione conſtat. Cujus tamen conſtructionis definitus annus levicula quadam Auctorum diſcrepantia traditus cum habeatur, antequam Caſſinenſium Abbatum ſeriem ab Abb. Petronace Brixiano ad Abb. Rainaldum Calamentanum per tempora, ut eſt animus, ducam, abs re non erit de eo paucis diſſerere, remque, quantum ſat eſſe poteſt, minutius explicare. Et quidem tanti Monaſterii initia, Divique Benedicti diſceſſum e Sublacenſi Monaſterio, & ad Caſtrum Caſſinum adceſſum, alii in annum Chriſti retulerunt 527. alii in annum 528. alii tandem in annum 529. Quam poſtremam ſententiam Ignotus Caſſin. num. 1. protuliſſe videtur; ſed eam apertis expoſuit verbis Gordianus, ſive quisquis ille Gordiano longè recentior, idemque Caſſinenſis ſanè Monachus Actorum S. Placidi, Gordiani tamen nomine, Auctor apud Surium die 5. Octobris; cujus textus neſcio ex librarii ne errore, qui apud alios alibi non infrequens, an ex falſa ſupputatione incongruè habet, Sancti Patris profectionem contigiſſe in anno praenotato, *temporibus vero Juſtini Monocratoris*: ubi legendum *Juſtiniani*, qui certe tunc imperabat. A quo PſeudoGordiani dicto ſtetiſſe etiam Petrum Diaconum cenſeo in Auctario ad Oſtienſem lib. 3. c. 71. perhibentem, Abbatem Deſiderium, qui Victor fuit Papa III. obiiſſe in anno Chriſti 1007. *a Patris autem Benedicti anno* DLXXIX. quae annorum ſumma, etſi ex fide ſit Caſſinenſis manu exarati exemplaris (illius nempe, quod ſimul continet Oſtienſis, & Petri utrumque Chronicon, exque eo quoniam proceſſerunt ejuſce operis variae editiones, erit mihi prae

(1) Caſſinenſis Mon. pleniſſimam deſcriptionem habes apud Gattulam in Hiſt. Caſs. tom. 1.

Digitized by Google

prae altero ibidem adſervato magis attendendum, & frequentius laudandum) nullo ſane ſtare poteſt modo; verumtamen binos ex ea ſi demas denarios numeros, optime conſiſtet; namque a ſuſcepta a D. Benedicto Caſſinenſis Monaſterii conſtructione, & ab anno Chriſti 529. ad annum 1087. dinumerantur anni DLIX. ipſo videlicet anno inceptae aedificationis una adnumerato; qua ſola ratione corrupti reſtitui poterunt numeri, atque Petri mens capi, ut facile intelligent peritiores. At conſtructionem illam rurſus in annum 528. notulae quaedam conjiciunt ad calcem poſitae Chronici Caſſinenſis Venetae editionis pag. 191. a tergo his verbis: *Anno Domini* DXXVIII. *fundatum fuit Monaſterium Caſſinenſe a Beato Benedicto*. In annum vero 527. eam retuliſſe videtur antiquus Chronologus Siconi Beneventano Principi aequalis, qui collectiones annorum deſcriptas in Quarta Parte Chronici Anonymi S. Sophiae ſubduxit; tradens num. 5. *A B. Benedicto uſque ad Gregorium Papam* (his ille nominibus tempus conſtructi Caſſinenſis Monaſterii, & obitus S. Gregorii Magni deſignabat) *annos fluxiſſe* 78. nam Sanctum Pontificem, manifeſtum eſt, deceſſiſſe in anno 604. a quo anni plane ſunt 78. ad quem dixi annum 527. ipſo nempè primo conſtructionis ſimul connumerato. Eſtque ab eadem hac mente idem Auctor ibid. num. 9. qui ſupputavit *a B. Benedicto ad 15. annum Siconis Principis* (is fuit Chriſti 833.) *annos* 407. etſi num. 8. annos dinumerans 205. *a B. Benedicto ad Giſulfum juniorem*, hoc eſt ad annum Chriſti 732. videri poſſit epocham conſtructi Monaſterii retuliſſe in annum 528. Sed inconſtantem ei ſententiam temerè non affigam, qui, fortaſſis, non annos CCV. ſed CCVI. adnotaverat, librarii autem ex incuria notam detraxerunt unitatis. Ejuſdem tamen Auctoris comparationem num. 10. deſcriptam, qua D. Benedictus aequalis fit Juſtiniano Majori, Joanni Papae, ſcilicet primo, & Regi Theodorico, nullo pacto ſuſtineri poſſe, minimè inficior: Verum ſi textum dixerimus detruncatum, quem planè mancum eſſe, adnotata ibi ad oram varians, ſed nec ipſa integra, probat

Digitized by Google

lectio, utique Auctor ille imperitiae accusandus non erit; nam plenam ejus sententiam fuisse, non est dubitandum, quam Ostiensis lib. 1. cap. 1. expressit verbis illis: *Claruit*, inquit, *D. Benedictus temporibus Imperatorum Justini Senioris, & Justiniani. Romanorum vero Pontificum Joannis I. & IV. Felicis: Theodorico apud Italiam Ariano regnante*: quam etiam Pseudo idem ille Gordianus in praescripta S. Placidi Vita, paucis tantummodo syllabis immutatis, exposuit; quâ non annus constructi Cassinensis Monasterii, sed aetas constructoris designatur, ut patet. Coenobium autem a D. Benedicto conditum, cum stetisset per annos fere 60. (1), subversum post fuit a Longobardis tempore Papae Pelagii, hoc est non multo ante annum Christi 590. (2) sed si Paulum Diac. attendis, in anno id contigit 605. de qua discrepantia in Historia Principum Langobardorum, ubi de Comparatione Ducum Beneventi cum Aera Christi, est dictum (3).

Igitur Divo Benedicto Monachorum Occidentalium Patriarcha ad coelestem gloriam evocato, Anno circ. 543. ei Abbas substitutus est Constantinus, qui Coenobio praefuisse fertur annos XVII. ad A. scil. 560. *ut verbis utar Cl. P. Gattulae in Hist. Cass. tom.* 1. 8. *Hunc* valde Reverentissimum virum *fuisse ait, S. Gregorius Magnus in Prol. Vit. S. Bened., unumque ex quatuor illis S. Patris discipulis, a quibus Praeceptoris eorum praeclarissima, planeque admiranda didicerit gesta. Ejus corpus ad pedes S. Benedicti tumulatum*, XI. *saeculo inventum a Desiderio Abbate, initio saec.* XVIII. *in Sacellum S. Bertharii Abb. translatum fuit: nunc vero ad aliud D. Gregorio, Constantino, ac Simplicio dicatum colitur. Ejusdem meminit Wion, & Menardus ad diem 29. Martii, Mabillonius, Petrus Diac. de Ortu, & vita Justor. c.* 10.

Con-

(1) Potius per annos paulo supra 50.

(2) Immo non multo post A. 580. ut optime probat V. Cl. Mabillonius in Ann. Bened. lib. 7. ubi aliorum argumenta validissimis exsolvit rationibus, quem consule.

(3) Quae sequuntur adjunxit Pratillus.

Digitized by Google

Coſtantino ſucceſſit Simplicius, unus etiam e quatuor S. P. Benedicti diſcipulis, cui innocens vita, ſanctique mores, atque geſta, nomen ſancti ex antiquiſſima Monachorum traditione attribuerunt, quamvis ejus Acta deperdita, quae vidiſſe ſua aetate fatetur Odo Glannafolienſis noni ſaeculi Scriptor, in Epiſt. Actis S. Mauri praefixa, quae videſis Lector ap. Gattulam loc. cit. Quo anno fatis ceſſerit Simplicius, omnino incompertum: ſicuti de ſubſequentibus Monaſterii Abbatibus, videl. Vitali, & Bonito; qui quidem Caſs. tres Abbates intra ſpatium annorum viginti, ab anno nim. 560. quo Conſtantinus defunctus eſt, uſque ad ann. circ. 580. quo Caſſinenſis Mon. devaſtatio contigit.

Vitalis itaque Conſtantino ſubſtitutus, cujus Paul. Diac. Leo Oſt. aliique ap. Gattul. loc. cit. meminere.

Poſtremus, qui in Caſſinenſi Coenobio Abbatis inſignia geſſerit, antequam a Langobardis vaſtatum fuiſſet, Bonitus Vitali ſubrogatus eſt, qui S. P. Benedicti diſcipulus fuit. De ipſo etiam Diac. Oſtienſis, aliique. Nihil praeterea de ipſo traditum fuiſſe ſcimus, quam ſub ejus regimine Caſſinenſe Coenobium evertiſſe Langobardos Zotone Benev. Duce A. circ. 580. ut ſupra ex Mabillonio notavi. Ex iſtorum manibus vix fuga Monachi evadentes, majori ex parte Romam conceſſere, ubi prope Laterani Baſilicam, novas Sedes fixere, opitulante Pelagio Summo Pontifice, ut dixi.

Bonito, qui Romano quoque Monaſterio praefuit, ibique diem clauſit extremum, ſuffectus fuit Valentinianus, qui annis multis, *ut ait S. Greg. M. in Prol. l. 2. Dial.* Lateranenſi Mon. praefuit. *Ipſum etiam memorat Petr. Diac. aliique ap. Mabill. tom. 1. Act. 55. Ord. & Ann. to. 1.*

Poſt hunc electus Gregorius, cujus vix nomen tempus poſteris reſervavit.

Indeque S. Theodorus, qui ann. circ. DC. *Monaſterium Lateranenſe regebat, de quo aliqua habes ap. laudatum Gat. p. 13.*

Apud Arn. Wion. lib. 1. Ligni vitae p. 12. ſeq. non omnium

Digitized by Google

omnium S. Theodori Succeſſorum nomina recenſentur; ſed tantummodo iſtorum, quorum heic mentio repetitur, nimirum:

Joannes V. *Lateranenſis Abbas.*
Leo VI. *Later. Abb.*
Urſus VII. *Later. Abb.*
Agapitus VIII. *Later. Abb.*
Leo II. IX. *Later. Abb.*
Joannes II., *quem Anaſt. Bibl. Romanum vocat;* X. *Later. Abb.*
Theophilus XI. *Later. Abb.*
Adrianus XII. *Later. Abb.*

At de his omnibus, ut Scriptores etiam Caſſinates affirmant, nullam prorſus certam memoriam veteres tradidere. Quare fides omnis ſit penes Authores, meque incolumem, a falſi crimine dii boni ſervent, ac teneant; quum neminem aut improbè adulaturum, aut caecè nemini ſerviturum ſpopondiſſem.

PETRONAX.

Civis Brexianae urbis (verba ſunt e Pauli Diac. Hiſtoria Langobardorum libro 6. cap. 13. ſive 40. quae huc faciunt, excepta) *Romam venit, hortatuque tunc Gregorii Apoſtolicae ſedis Papae Caſſinum Caſtrum petiit, atque ad ſacrum corpus Beati Patris Benedicti perveniens, ibi cum aliquibus ſimplicibus viris jam ante reſidentibus habitare coepit; qui eundem venerabilem virum Petronacem ſibi Seniorem ſtatuerunt. Hic non poſt multum tempus, jamque evolutis ferè centum, & decem annis, ex quo locus ille habitatione hominum deſtitutus erat, multorum ibi Monachorum, nobilium, & mediocrium ad ſe concurrentium Pater effectus, ſub ſanctae regulae jugo, & B. Benedicti inſtitutione, reparatis habitaculis, vivere coepit, atque ſanctum Coenobium in priorem ſtatum erexit.* Sic quidem Paulus, qui Monaſterii deſolationem quoniam in an-

annum retulerat 605. certoque noverat ipsius instaurationem peractam hortatu Gregorii II. (1), qui sedit ab anno 714. ad an. 731. ejus solitudini non plures, quam 110. annos imputavit: quot etiam Ostiensis, a Paulo alias quoque seductus, adscripsit in Prologo sui Chronici, ut Cassinense manu exaratum exemplar, ejusdemque operis Veneta, & Parisiensis habent editiones; qui sane fuerunt 130. nam Langobardi Sacrum devastarunt locum paulò antè quam D. Gregorius Magnus Dialogorum libros scripsisset, hoc est ante annum 593. de quo alibi dixi. Idem verò Ostiensis dum lib. 1. cap. 2. Monasterium destructum permansisse perhibet, non per annos 110., sicut prius exposuerat, sed per annos 130., ut in praefatis est editionibus, & in M. S. Codice, valde vereor, nè illius continuator Petrus Diac. sivè quisquis alter, ad Petri tamen mentem, talem de suo Ostiensi affixerit sententiam; quam idem Petrus lib. 4. cap. 91. juxta earundem editionum, & scripti codicis lectionem deprehenditur amplexatus: Nec sanè praesens Cassinense exemplar reputandum videtur ipsum esse Ostiensis autographum, quod Petri simul Auctarium, haud nuper quidem; sed unica manu descriptum continet, quodque indicia complura tum alibi servat commixtae alienae dictionis inferius opportunius denotanda, tum lib. 3. cap. 16. quo loco de Roberto Guiscardo iterum scribendum, ac latius esse promittitur. Quin nec Petri esse autographum apparet, in quo annorum summam a B. Benedicto ad obitum Abbatis Desiderii, sive Victoris Papae III. superius descriptam, nisi ex librarii non credam culpâ haberi depravatam. Ostiensem igitur expositae modo inconstantis sententiae, minimè reputo auctorem, quem tamen annos vastitatis Cassinensis Monasterii non plures, quam centum, & decem cum Paulo Diac. supputantem non defendo; sed Petronacem centesimo, decimoque post anno

(1) Greg. Pp. II. ab anno 715. sedit, non 714. ut contra Baronium ostendit Carol. Cointus in Annal. Francor. ad ann. 715. num. 54. & seq.

Digitized by Google

no ab Christi 605. in quo Paulus statuit ipsius Monasterii direptionem, ut alibi est dictum ad Cassinum Castrum perveniſſe, tempore Papae Gregorii; videlicet ſecundi, conſtantiſſime ab illo proditum, non dubito; qui eundem Petronacem *Anno Domini* 720. *a Fratribus in Abbatem fuiſſe praelatum* his ipſis palam teſtatus eſt verbis in ſaepe laudatis ſcripto, & editis Codd. Idque ſimul ibidem adſtruit; perhibens Monaſterium S. Vincentii juxta ortum Vulturni conſtrui coeptum ante Caſſinenſis inſtaurationem, annis circiter 15.; nempe in an. 705. quod a Saracenis devaſtatum anno ab ejus aedificatione 165. & in anno Chriſti 870. inferius exponam in Abb. Berthario. Nec ab alia mente fuiſſe videtur Auctor Chronici Langobardorum, ſeu Monachorum S. Benedicti, pares faciens (1) epochas Abb. Petronacis, & Beneventani Ducis Gregorii, quem ipſe Duci Romualdo II. nullo alio intermedio Duce, ſucceſſiſſe putavit, atque in anno 720. de quo alibi diſſerui. Idipſum etiam perſuadet S. Uvillibaldi Itinerarium apud Surium die 7. Julii; *Is* (ſtrictim do verba Itinerarii) *veniens ad S. Benedictum*, hoc eſt ad Monaſterium Caſſinenſe, *ibi reperit paucos Monachos, & Abbatem nomine Petronacem, apud quem per decem annos manſit; quibus exactis, perrexit Romam, ſedente Summo Pontifice Gregorio III.* Hic Romanam rexit Eccleſiam ab anno Chriſti 731. ad annum 741. ſcilicet undecim non integris annis. Uvillibaldum igitur ad Caſſinenſe Coenobium a Petronace jam renovatum acceſſiſſe oportet tempore Gregorii II. proxime Gregorii III. anteceſſoris, atque non dum a magna Monachorum frequentia, ut procedente aetate ſub eodem fuit Petronace, inhabitatum; quem virum, etſi in ipſis initiis Gregorii III. illuc perve-

(1) Petronax, qui Abbatis munere functus eſt ab A. 718. per annos 34. incompletos non parem habuit epocam cum Duce Benev. Gregorio; ſed cum Romoaldo II. Adelay, Gregorio, Godeſcalco, & Giſulfo II. ſub quo decubuit. Ita quod a. 745, quo fundatum fuit Monaſterium Cinglenſe, utriuſque aſſenſus, ſc. Petronacis Abb. Caſs. et Giſulfi Ben. Ducis interceſſerit, ut Oſt. lib. 1. c. 7. Chron. Caſs. & Cinglenſe.

Digitized by Google

veniſſe, indeque exceſſiſſe ſub finem ejus Pontificatus conſentirem; ſub Gregorio tamen ſecundo, ejuſdemque ſuaſu Petronacem opus aggreſſum, non eſſet ambigendum; quocirca in univerſis Oſtienſis editionibus, ipſoque in M. S. exemplari lib. 1. c. 4. non temere dixerim, Caſſinenſem inſtaurationem haud ex Auctoris mente perhiberi peractam tempore Gregorii III. eodem ſanè Leone factam ſibi vim altis, apertiſque vocibus conclamante, ac Petronacis Abbatiam, ut expoſitum eſt ſupra, diſertis verbis in annum referente 720. atque adeo ad ſedentem Gregorium II. Nam quamvis ille cap. 8. praefati libri 1. inter aequales Petronacis, binos tantum recenſeat Romanos Pontifices, Gregorium, & Zachariam; Gregoriique nomine non ſecundum, ſed tertium, qui Zachariam proxime praeceſſit, videatur demonſtraſſe; Gregorium certe II. minimè ex propoſito, ſed compendioſo, parumque attento cum uteretur ſermone, omiſit, quem Auctorem nec ſuppares omnes Petronaci Reges Langobardorum, nec Duces Beneventi omnes adnumeraſſe conſtat; praetermiſſis nempè Rege Ratchis, & Duce Godeſcalcho, ſibi, ut ibidem cap. 5. & 8. alia manifeſtat occaſione, non ignotis. Reſtituti itaque Caſſinenſis Coenobii, reſtitutoriſque Petronacis epocha in annum referenda firmiter eſt 720. Cui Leo annos imputans 32. (ſcilicet rotundos) ut ejus ſcriptus Codex, & editiones praeſeferunt Veneta, & Pariſienſis, perveniſſe illum ſubindicat ad Prid. Non. Maii, anno 751., qua die vita functum, idem Auctor loco relato, ac M.S. Caſſinenſe Emortuale perhibent. Sed accipe verba Leonis: *Fuit*, inquit, *praedictus Abbas ſextus a B. Benedicto* (praedixerat cap. 2. quinque Abbates ad Monaſterii uſque devaſtationem regimen ejus tenuiſſe) *temporibus Imperatorum Leonis, & Conſtantini, & Luitprandi Regis Langobardorum: Romanorum vero Pontificum, Gregorii, & Zachariae, & Gregorii Beneventani Ducis, atque Giſulfi junioris. Qui cum praefuiſſet huic Monaſterio annis XXXII. defunctus eſt Prid. Non. Maii.* Hactenus

ille. Nec plures, paucioresvè annos eidem assignat Chronicon Langobardorum, seu Monachorum S. Benedicti, Indexque Abbatum Cassinensium, praefixus qui adest alteri scripto, sed recentiori exemplari solius Chronici Ostiensis in Bibliotheca Cassinensis Monasterii adservato, signatoque Num.202. Indexque item alter eorundem Abbatum in antiquis membranis descriptum apud amicum, plurimaeque patriae antiquitatis peritum Camillum Tutinum Neapolitanum (1). Sed praestat Petronacis annos cum annis Christi, & cum Indictionum cyclis comparatos in Tabula describere, eandemque normam deinde in aliorum Abbatum periodis perpetuò observare, ut inita a me temporum ratio imperturbato ordine per annos quatuorcentum, & eò amplius ducenda, magis pateat. Tu attentè omnia expende; sique tanti erit, meam diligentiam ama.

Petronax sedit a Kal. Januarii ad Prid. Non. Maii per subscriptos annos.

(2)An.	Ch.	Ind.	Petr.	An.	Ch.	Ind.	Petr.	An.	Ch.	Ind.	Petr.
720	3	1		731.	14	12		742	10	23	
721	4	2		732	15	13		743	11	24	
722	5	3		733	1	14		744	12	25	
723	6	4		734	2	15		745	13	26	
724	7	5		735	3	16		746	14	27	
725	8	6		736	4	17		747	15	28	
726	9	7		737	5	18		748	1	29	
727	10	8		738	6	19		749	2	30	
728	11	9		739	7	20		750	3	31	
729	12	10		740	8	21		751	4	32	
730	13	11		741	9	22		An.32. non exactus.			

OPTA-

(1) Qui adhuc adservatur in publica Brancaciana Bibliotheca Neap. cum aliis ejusdem Tutini MM. SS. Codd.

(2) Cl. Gattula ait ab anno 718. Petronacem praefuisse, non ab A. 720. quod pleniſſimè evincit Mabillonius Saec. III. p. I. pag.694. seq. quod item Ann. To. II. p. 55. repetit. Corrigendus heic itaque Peregr. pro annis 34. annos 32. non exactos Petronaci tribuens.

Digitized by Google

OPTATUS

HUic Oſtienſis lib. 1. cap. 9. ex fide ſcripti Codicis, & antiquiorum editionum, itemque Index Abbatum in Codice 202. tribuit annos decem. Chronicon vero Langob. ſeu Monach. S. Benedicti, Indexque alter dat annos novem: nempe utrique numeris uſi rotundis; quoniam Optatus expleto anno ſuae ſedis nono, decimum inchoaverat, qui electus fuerat menſe Maii, anno 751. diemque obierat menſe Junii anno 760. ut ex ſubjecta conſtabit Tabula. Sunt verba Oſtienſis: *Optatus Abbas ſeptimo loco a B. Benedicto ordinatus, ſedit annis decem. Hic fuit temporibus praedicti Conſtantini Imp. & Leonis filii ejus, & praefati Ducis Giſulfi, & Stephani II. Papae* (hic aliis eſt III.) *Quo videlicet tempore Aiſtulfus Langobardorum Rex, & Ravennam coepit, & Romam per tres menſes obſedit; qua de cauſa praedictus Pontifex Franciam ire compulſus eſt ad Excellentiſſimum Regem Pipinum*. Et caetera, tum aliis, tum Erchemperto in Deſcriptione Poſtremorum quinque Regum Langobardorum Italiae Num. 4. deſcripta (1). Sed obſervandum eſt, Oſtienſem parem feciſſe Optatum Beneventano Duci Giſulfo juniori, qui illum potius comparare debuiſſet, ſicut Auctor fecit Chronici Langob. ſeu Monachor. cum Duce Luitprando, Giſulfi ſucceſſore; verum ipſe veſtigiis inhaerens Pauli Diaconi, nullum videtur admiſiſſe Luitprandum inter hunc Giſulfum, & Arichim ſecundum, ſicuti alibi expoſui; quod ſane demiror; namque etſi caetera de hoc omnia documenta eum fugiſſent, praefatum certe non latuit Chronicon, ut non uno doceor argumento. *Sed Abbas Optatus* (verba ſunt Oſtienſis ibidem) *completo ſui temporis curſu, defunctus eſt Prid. Non. Junii*: ſcilicet in anno 769.

(1) Sub hoc Abbate mortuus eſt Carlomannus anno ſc. 754. Vid. Baronium to. XII. pag. 619. Ille priùs ſub A. 747. a Petronace Monachi habitum induerat, ut ex Annal. Fuldenſib. perhibetur. Atque etiam Ratchiſius Langob. Rex, Anaſt. in Zach. Oſtienſ. l. 1. C. 8. aliiq.

Digitized by Google

Optatus ſedit a Prid. Non. Maii ad Prid. Non. Jun. per ſubſcriptos annos.

An. Ch.	Ind.	Opt.	An. Ch.	Ind.	Opt.	An. Ch.	Ind.	Opt.
751	4	1	755	8	5	759	12	9
752	5	2	756	9	6	760	13	10
753	6	3	757	10	7	Annus 10. non exactus.		
754	7	4	758	11	8			

HERMERIS

QUi Oſtienſi lib. 1. cap. 8. & Indici apud Codicem 202. hoc nomine appellatur, alteroque in Indice dicitur *Hermeriuſ*, eſt *Ermerich* in Chron. Langob. ſeu Monach. S. Benedicti: eidemque ſolidum omnes imputant annum, cui dies, ut ſummum, adſcribendi erant quadraginta quatuor; nam in Abbatia ille vixit a Prid. Non. Junii (1), quo deceſſerat Optatus, ad 15. Kal. Auguſti, eodem anno 760. En verba Oſtienſis: *Hermeris*, inquit, *Abbas octavus, ſedit anno uno: temporibus ſupradicti Conſtantini Imp. & Leonis filii ejus, & Stephani Papae II. obiit autem 15. Kal. Auguſti*. Iis autem omnibus unus impoſuit Auctor praefati Chronici Langob. ſeu Monach. qui Ermerich parem fecit anno quarto Ducis, & Principis Arichis II. (minus male comparaſſet cum tertio) nimiaque verborum parcitate, ac rotundis dumtaxat annorum numeris peſſimo conſilio inaequalia tempora compoſuit, unde etiam in ſequentibus nec unus, nec ſimplex ejus error manavit.

GRATIANUS

CAeteris omnibus dictus eſt, qui in Chronico Langob. ſeu Monach. nominatur, *Stephanus*; eique anni ibidem adſcribuntur abſolute quatuor: quot etiam imputant am-

(1) Ermeris a die 5. Junii ad diem 19. Julii ejuſdem anni 760., cui poſtea ſucceſſit Gratianus, *Chr. Cingl.*

Digitized by Google

ambo Indices, nec non Oſtienſis in exemplari Caſſinenſi, & in editionibus Veneta, & Pariſienſi lib. 1. cap. 10. ſed annis ſuperaddentes alios menſes quinque. Et quidem Gratianum, quintum in Abbatia inchoaſſe annum, inficiari haud poteſt; quem defunctum 11. Kal. Septembris idem tradidit Auctor. Ad quam tamen diem a 15. Kal. Auguſti, quo Hermeris ejus anteceſſor obiit, niſi menſis unus, & dies quinque cum non dinumerentur, hinc intelligere eſt, apud Oſtienſem, unde natus aliis error, ex librarii feſtinatione numerum, qui erat dierum, redditum fuiſſe menſium, intermediis vocibus prætermiſſis. Ipſe vero æqualem faciens hunc Abbatem Regi Langobardorum Aiſtulfo, vita functo, omnium Scriptorum conſenſu, in anno 756. memoriâ lapſus videtur; ait enim: *Gratianus Abbas à Benedicto nonus, ſedit annis quatuor, menſibus quinque; temporibus Imperatorum, quos ſupradiximus, & praedicti Aiſtulfi Langobardorum Regis: Arichis quoque Beneventani Ducis, & Principis.* Sane Arichis inſtitutus Dux fuit a Rege Langobardorum Deſiderio, ut ex Pontificis Pauli I. epiſt. 4. declaratur; qui Regnum obtinuit ab antedicto anno 756. ad annum 774.

Gratianus ſedit a 14. Kal. Aug. ad 11. Kal. Septembris per ſubſcriptos annos.

An.	Ch.	Ind.	Grat.	An.	Ch.	Ind.	Grat.	An.	Ch.	Ind.	Grat.
760		13	1	762		15	3	764		2	5
761		14	2	763		1	4	Ann. 5. inchoatus.			

TOMICHIS.

ROtundos ſex annos huic dat Chronicon Langob. ſeu Monachor. ſuo ſcilicet more; quibus Oſtienſis lib. 1. cap. 10. exactiori calculo, ſummâque concordiâ omnium ejus editionum, & ſcripti exemplaris, atque utriuſque Indicis, addit menſes 5. & dies 21. Sunt ejus verba: *Tomichis decimus Abbas, ſedit annis ſex, menſibus quinque diebus vigintiuno: obiit* 8. *Kal. Februarii*. Hoc pacto vixit ille ad Januarium uſque, & annum 771.

To-

Digitized by Google

Tomichis ſedit ab 10. Kal. Septemb. ad 8. Kal. Febr. per ſubſcriptos annos.

An. Ch.	Ind.	Tom.	An. Ch.	Ind.	Tom.	An. Ch.	Ind.	Tom.
764	2	1	767	5	4	770	8	7
765	3	2	768	6	5	771	9	Continuat annus 7.
766	4	3	769	7	6			

POTO.

HUic etiam rotunde annos ſeptem aſſignat Chron. Lang. ſeu Monach. Sed Oſtienſis ſubtiliori ratiocinio, ex fide ſcripti exemplaris, & antiquiorum editionum, quibus concordat uterque Index, imputat ſupra annos ſeptem, menſes quinque; defunctumque perhibet 3. Kal. Julii (quarto habent editiones antedictæ) anno videlicet 778.

Poto ſedit ab 8. Kal. Febr. ad 3. Kal. Julii per ſubſcriptos annos.

An. Ch.	Ind.	Poto.	An. Ch.	Ind.	Pot.	An. Ch.	Ind.	Pot.
771	9	1	774	12	4	777	15	7
772	10	2	775	13	5	778	1	8
773	11	3	776	14	6	An. 8. non exactus.		

THEODEMAR.

ABbatiam adminiſtravit ſolidis annis 19. conſentientibus omnibus præfatis Chronologis; quibus inſuper accedit Chronicon S. Vincentii ad fontes Volturni lib. 1. his verbis: *Theodemar*, inquit, *decem*, *& novem annis peractis*, *Giſulfus præficitur Abbas*. Index tamen apud amicum virum Camillum Tutinum minutius tempora ſupputans, ei dat *anno XIX.* (certe reſtituendum XIIX.) *menſes XI.* cujus quidem computus eſt tenendus; nam electus Theodemar fuit extremâ die Junii, anno 778. obiit vero nonis ejuſdem menſis, ut perhibet Oſtienſis lib. 1. cap. 15. & in anno 797. ejus aevum cap. 11. his verbis rite deſcribit: *Theodemar* inquit, *undecimo loco a B. Be-*

Digitized by Google

Benedicto Abbatiam sortitus, sedit annis decem, & novem. Fuit autem temporibus Imperatoris Leonis, qui & Zacharis (dictus etiam *Isauricus*, *Conon*, *& Iconomachus*) *& Constantini, & Hirenæ matris ejus, atque Hadriani Papae: Principum autem Beneventanorum, Arichis, & Grimoaldi filii ejus.* Hoc praesidente Abbate, Carolus Magnus apud Capuam cum praefato Beneventi Principe Arichi foedere concordatus est; Romamque inde *revertens* (verba sunt ejusdem Ostiensis cap. 12. praedicti lib. 1.) *causa orationis ad B. Patrem Benedictum ascendit*: hoc est ad Monasterium Cassinense. *Tuncque* (pergit idem Auctor) *ab hoc primum Rege praefatus Abbas Praeceptum confirmationis de tota hac Terra recepit.* Eadem etiam repetuntur in superius laudato Chronico S. Vincentii loco praedicto, hac sententia: *Carolus Magnus inito foedere cum Principe Arichi apud Capuam, redienſque Romam, adiit Cassinum, ubi plurima dona largitus, etiam quae possidebant, confirmavit.* Utrobique autem nullus rei gestae denotatur annus. Sed Carolum Italicam expeditionem adversus Arichim, sive dicas *Aragisum*, qui idem, suscepisse in anno 786. Christique Natalibus Florentiae celebratis, Romam cito cursu petiisse, indeque nulla posita mora digressum, nempe in novo anno 787. Capuam processisse, initoque foedere cum praefato Principe, atque exportato ejus filio Grimoaldo, Romam recessisse, ibique Pascha Domini celebrasse, diserte in Annalibus antiqui Poetae Saxonici de Gestis Caroli Magni, metrice descriptis lib. 2. proditum est. In quam sententiam capiendus quoque est Petrus Bibliothecarius in abbreviata Historia Francorum, ab anno ducta 715. ad annum 898. perhibens expugnatam a Carolo Beneventum in anno 786. *victo*, inquit (restituo. *ducto*. sive. *abducto*) *Grimoaldo filio Aragisi*. Nec ab his aliena tradidere Auctores a me laudati ad primam Partem Anonymi Salernitani; & praecipue Auctor Annalium Francorum, quos Pithoeus edidit; cum ad annum jam dictum post consignatam solis eclypsim, factam 15. Kal.

Octo-

Digitized by Google

Octobris (an rite eam notaverit, Astronomi judicabunt) mox subdit, Carolum ingressum Beneventum, hoc est in Provinciam Beneventanam, simulque Capuam venisse. Istaque scrupulosius noto, ne inobservatum praeteream ejusdem Regis, qui diu post in Imperatorem a Pontifice Leone III. fuit coronatus, diploma, sive dicas Praeceptum de confirmatione cujusdam concessionis factae Monasterio Cassinensi a Spoletano Duce Hildebrando, exaratum in libro Privilegiorum ejusdem Monasterii pag. 60. a tergo, seu dicas in Registro elaborato a Petro Diacono, ut ipse de se testatur lib. 4. cap. 66. Auctarii ad Chronicon Ostiensis; quod datum asseritur 8. *Kal. Majas anno* 10. (*an.* 20.) *&* 14. *Regni Caroli Francorum, & Langobardorum Regis, & Romanorum Patritii. Indictione* 11. *in Civitate Capua*, cum hujusmodi subscriptione Regis *Carolus gratia Dei Imperator Augustus*. Quae temporum designatio anno Christi competit 788. nomenque *Imperatoris Augusti* in multo posteriores referendum est annos Carolus vero, ut ex Diplomate constat relato in Chronico S. Vincentii ad fontes Volturni lib. 1. Capuae aderat 9. Kal. Aprilis anno 19. & 14. Regni sui, Francorum scilicet, & Langobardorum, qui fuit Christi 787. quo anno Pascha incidit in 6. Idus Aprilis; nec iterum in anno sequenti ad haec illum se contulisse, tacentibus caeteris omnibus antiquis, facile credam. Pro Diplomate stare tamen videtur Auctor Chronici Langob. seu Monachorum S. Benedicti, perhibens advenisse *Carolum ad Monasterium Indictione XI.* quae Ind. cum anno congruit 788. Verumtamen quoniam ab eodem Auctore adventus ille cum postremo anno comparatur Principis Arichis, qui certe ipse fuit Christi annus 777. ut alibi erit exponendum; itemque cum anno componitur nono hujus Abbatis Theodemaris, quem 3. Kal. Julii anno praedicto finitum constat, facile hinc inferri potest, Indictionem eo in Chronico male fuisse consignatam, quae describenda fuerat X. Ex quo errore antiquus alter Cassinensis Monachus seductus, majoremque fidem adhibens

de

Digitized by Google

depravatae Indictioni, quam ibi consignato anno Principatus Arichis & Abbatiae Theodemaris, Caroli praescriptum adventum in primum annum retulit Principatus Grimoaldi, filii praefati Arichis, qui plane fuit Christi 788. sed quam absurde, non est hujus loci aperire. Notula autem ejusce Ignoti Monachi in Codice 353. sic habet: *Primo anno Principatus Grimoaldi, qui post Arichis Principem extitit Princeps, venit Carolus Rex Beneventum.* Verum tempore, quo Theodemar Cassinensi praesidebat Monasterio, *pulchro satis opere* (verba sunt Ostiensis lib. 1. cap. 15.) *constructa est Ecclesia S. Vincentii, quae appellatur major, juxta ortum Voliurni fluminis, a Josue Abbate ejusdem loci.* Quod tamen opus Joannes Diac. in Chronico ejusdem Monasterii initio Libri 1. ab Josue quidem excitatum perhibet; sed tunc minime superstite Abbate Theodemari, cujus obitum, electionemque successoris Abbatis Gisulfi ad finem antecedentis libri exposuerat, qui sane Prochronismus nisi ad ipsius Chronici consuetum in annis denotandis errorem, frequenterque ibi perturbatum rerum ordinem non sit adscribendus, utique in Ostiensis, sive in ejus librarii, & censoris imperitiam, quod magis sedet, erit referendus, qui haec reddiderit loco non suo. Caeterum hanc ipsam S. Vincentii majorem Ecclesiam constructam fuisse super triginta marmoreas columnas e Capua exportatas, nempe ex antiqua non dum in ultimos cineres versa, nec alio traducta, idem prodit Joannes ibidem his verbis: *Pater Josue*, inquit, *simul cum universis Fratribus supplices se exhibentes Ludovico Imperatori, eum obnixe deposcunt, ut illis concederet Templum antiquissimum in territorio Capuano, quod maximis columnis, & diversis lapidibus ab antiquis fuerat institutum in loco ubi Sedes Imperatoris* (forte, quod in ea regione Carolus Magnus in anno 787. consedisset, de quo supra, & nonnihil ad Primam Partem Anonymi Salernitani num. 2. adnotavi ad oram) *vel Cryptae dicebantur*, &c. Dedicatam quoque illam addit Joannes a Romano

Digitized by Google

Pontifice Paſchali, praeſente Ludovico metipſo, ejuſque uxore, haud multo ante Conventum ab eodem Imperatore actum Aquiſgrani; in quo, plurimis totius Franciae Abbatibus, & Monachis convenientibus, ſeptuagintaduo capitula ſancita fuere Benedictini ordinis obſervationi valde proficua. De qua temporum convenientia ipſe vide it Joannes: de numero vero columnarum plures eas, ac quinquaginta fuiſſe, deſumptaſque e Templo Jovis, pridem in ejuſdem Chronici antiquiſſimo exemplari legit Campanus Archiepiſcopus Caeſar Coſta Maceratenſis, teſtatuſque eſt in Notulis in muro Aulae Archiepiſcopalis Palatii una cum invento a ſe veteris urbis ſitu depictis *in an. Chriſti 1595. ſuae aetat. 65. Pontif.* 23. hoc quoque beneficio, poſt multa, ac praeclara alia, univerſis civibus, & praecipue antiquitatis ſtudioſis, gratificatus (1).

Theod. ſed. a 3. Kal. Julii ad Non. Junii per ſubſcriptos ann.

An.Ch.	Ind.	Theod.	An.Ch.	Ind.	Th.	An.Ch.	Ind.	Theod.
778	1	1	785	8	8	792	15	15
779	2	2	786	9	9	793	1	16
780	3	3	787	10	10	794	2	17
781	4	4	788	11	11	795	3	18
782	5	5	789	12	12	796	4	19
783	6	6	790	13	13	797	5	Continuat annus cavus 19.
784	7	7	791	14	14			

GISULFUS.

NEmine ex antiquis diſcrepante, ſedit annos 21. ſed cenſendos non integros; ſiquidem electus fuit menſe Junii (certe non ante), deceſſit autem 9. Kal. Januarii, ut Oſtienſis tradit lib. 1. cap. 17. ex fide Neapolitanae editionis, & ſcripti Codicis; qua etiam die ejus obi-

(1) Sub hoc Abb. Theodemaro circa A. 777. Monachus Giſulfus Caſini evaſit, ut ap. Mabillon. Ann. Tom. 2. p. 239.

Digitized by Google

obitus in antiquo Caſſinenſi Emortuali adnotatur. De anno tamen electionis haud eidem ſtandum eſt editioni, ſed Venetae, & Pariſienſi: quae conveniunt cum ſcripto exemplari, in quo haec leguntur: *Giſulfus Abbas tertiusdecimus a B. Benedicto, ordinatus tempore Hadriani I. anno Domini ſeptingenteſimo nonageſimo ſeptimo, praefuit annis* 21. Ipſe autem Oſtienſis eo loci memoria, ut puto, lapſus, aequalem Giſulfo fecit Hadrianum pro Leone III. & cap. ſeq. utrumque Pontificem cum Giſulfo comparavit, illum ſediſſe perhibens *tempore Beneventanorum Principum, praefati Grimoaldi, filii Arichis; & alterius Grimoaldi, cognomine Theſaurarii* (idem dictus eſt. *Storeſaiz*) *Romanorum autem Pontificum Hadriani, & Leonis III. Imperatorum vero ſupradictorum Conſtantini, & Hirenae.* Omnia rectè, ſi unum expunxiſſet Hadrianum (1). *Ultimo autem hujus Abbatis anno* (verba ſunt Oſtienſis) anno videlicet Chriſti 817. *Ludovicus Imperator, qui cognominatus eſt Almus, vel Sanctus, filius Caroli Magni quarto anno Imperii ſui* (hic idem eſt Chriſti praenotatus annus 817.) *in Aquiſgrani Palatio cum plurimis totius Franciae Abbatibus, Monachiſque religioſis Conventum faciens, valde utiliſſima noſtri ordinis obſervationi ſeptuaginta, & duo generalia Capitula conſtituit.* Hunc Conventum ad Chriſti annum jam dictum, & diem 6. Id. Julii caeteri Chronologi omnes cum referant, ambigendum ſane non eſt, ab Oſtienſi ad extremum annum Abbatis Giſulfi, ut repraeſentavi, relatum recto ordine fuiſſe: minime vero ad noviſſimum annum Abbatis Theodemaris, ſicuti luxatus textus editionis Venetae, & Pariſienſis praeſefert, nec

(1) V. Cl. Ang. Nucaeus in Not. ad Chron. Oſtienſ. lib. 1. c. 18. nullam pro eo excuſationem profert; ſed Peregrinii ſententiae ſubſcribit. Certe Hadrianum I. pro Leone III. ſubrogaſſe clarum eſt: ille enim Pontifex obiit a. 795. (quo vivebat Theodemarus) cui ſucceſſit Leo III. ſub quo Giſulfus Abbas electus eſt a. nim. 797. ad annum uſque 818. ſub Stephano PP. IV.; etiam ultra ſub Paſchali I. ſub quo defunctus eſt in vigilia Nativit. Domini.

Digitized by Google

ad quartum annum Abbatis Apollinaris, ut editio habet Neapolitana, sui scilicet perpetui fere erroris in annis denotandis funem ducens; quem tamen Conventum in Notula ibi descripta ad oram libri, recte, quo ad hoc, componit cum demonstrato jam anno 817.

Gisulfus sedit a Non. Junii ad 9. Kal. Januarii per subscriptos annos.

An. Ch.	Ind.	Gis.	An. Ch.	Ind.	Gis.	An. Ch.	Ind.	Gis.
797	5	1	804	12	8	811	4	15
798	6	2	805	13	9	812	5	16
799	7	3	806	14	10	813	6	17
800	8	4	807	15	11	814	7	18
801	9	5	808	1	12	815	8	19
802	10	6	809	2	13	816	9	20
803	11	7	810	3	14	817	10	21

APOLLINARIS

HIc, ut in antiquis omnibus monumentis (una Ostiensis Neapolitana editione excepta, quae ei imputat annos 17. & a sincera scripti exemplaris lectione foedius discrepans, profert *in anno Domini creatum octingentesimo decimotertio*) praefuit annis undecim. Sunt verba Ostiensis: *Apollinaris Abbas quartodecimo loco, in Abbatiam praelatus sedit annis undecim: fuit autem temporibus Romanorum Pontificum Paschalis, & Eugenii, & Siconis, qui eodem anno Beneventi Princeps effectus est.* Haec ille; qui aequiparavit epocham Apollinaris epochae Principis Siconis, Chronicon secutus Langob. seu Monachor. S. Benedicti: quod sane tenendum esse, chartula demonstrat in Registro Petri Diac. descripta p. 185. quae data habetur *Principatus Siconis anno primo, mense Novembris, Indictione undecima*, hoc est Christi anno 717. quo Apollinaris Gisulfo fuit substitutus. Verumtamen ex ea dicendum cum sit, sublimationem Siconis, electionem praecessisse Apollinaris, quae post diem 9. Kal. Januarii, & exeunte ipso anno 817. acta est, quid ad-

Digitized by Google

adverſus alteram Chartulam opponam, non habeo, in eodem Regiſtro exaratam (1) pag. 100. a tergo: atque tempore datam Principis Grimoaldi, ejuſdemque Abbatis Apollinaris; nulla tamen (2) adnotata nec die, nec indictione, nec anno Principis; quae de donatione eſt Caſſinenſi Monaſterio facta *a quodam Dachenaldo, Capuano genere, de ſua ſubſtantia in loco Canneto, et per alia diverſa loca, Comitatu Cajazzano*: niſi dixerim, Notarium ex ſupina oſcitantia nomen Principis haud multo ante demortui, pluriumque annorum ſpatio obſervatum, loco nominis novi Principis ex conſuetudine ibi deſcripſiſſe; quo etiam errore, parique negligentia ni alias antiquas Chartulas crediderimus exaratas, & in iis exactos jam annos Principum, & indictiones fuiſſe negligentiſſime repetitas, nullam plane poterimus conſtantem ducere temporum, quae ex chartulis formetur, ſupputationem. Nec priſcos Tabelliones tantam alere valuiſſe incuriam, negabunt, quibus ipſorum, non dicam ruditas morum, & imperitia linguae latinae (etſi munus illud excultioribus viris, & etiam clericis demandari conſuevit) ſed craſſa, & incauta ſimplicitas eſt bene cognita. Oſtienſis autem praefatae chartulae inconvenientiam cum non advertiſſet, donationem Dachenaldi ad tempora retulit Abbatis Apollinaris, cujus nomen minime ibi ſuppoſitum libet credere, ſed nomen Principis; quoniam, ut ex hactenus ducta Chronologia conſtat, Abbatiam ipſe ſuſcepit exeunte anno 817. annumque ſuae ſedis agebat tertium, quando *Saraceni*, (eodem perhibente Oſtienſi lib. 1. c. 23. ex fide ſcripti Codicis, & editionis Venetae, & Pariſienſis) *a Babilonia, et Africa venientes, Siciliam ingreſſi ſunt, et Panhormum ceperunt anno Incarnationis Dominicae octingenteſimo vigeſimo.* Nec te Neapolitana ſeducat editio, quae id accidiſſe in anno ſeptimo Apollinaris, eundemque Abbatem objiſſe profert

(1) Corrige num. 192. fol. 84. at.
(2) Fallitur nam notatur annus X. Principis.

Digitized by Google

fert 5. *Kal. Decembris*, *anno Domini* 828. nullus cum descriptus habeatur in praefato exemplari, nec in laudatis antiquioribus editionibus Christi annus, sed dies tantummodo ejus obitus, jam dictus.

Apollinaris sedit a 9. Kal. Januar. ad 5. Kal. Decembr. per subscriptos annos.

An.Ch.	Ind.	Apoll.	An.Ch.	Ind.	Apol.	An.Ch.	Ind.	Apol.
817	10	1	821	14	5	825	3	9
818	11	2	822	15	6	826	4	10
819	12	3	823	1	7	827	5	11
820	13	4	824	2	8	828	6cont.	11

DEUSDEDIT

Quintusdecimus Abbas, *praefuit annis sex*. Ostiensis lib. 1. cap. 21. summa concordia editionum omnium & scripti exemplaris; cui antiqua etiam alia monumenta favent. Hunc idem Auctor causa pecuniae a Beneventi Principe Sicardo (hic paulo ante patri Siconi successerat) captum, & custodiae mancipatum tradit, Erchemperto inhaerens Num. 13. Cujus obitum in diem referens septimum Idus Octobris, sedisse demonstrat incompletis annis sex, numerandis ut citius, a 5. Kal. Decembris.

Deusdedit sedit a 5. Kal. Decembris ad 7. Id. Octobris per subscriptos annos.

A.Ch.	Ind.	Deusd.	A.Ch.	Ind.	Deusd.	A.Ch.	Ind.	Deusd.
828	6	1	831	9	4	834	12	Continuat annus 6.
829	7	2	832	10	5			
830	8	3	833	11	6			

HILDERICUS.

VEl eodem mense, quo electus, vel sequenti obiit hic Abbas, cum sedisset diebus decem & septem; nam Ostiensis in exemplari Cassinensi, & in antiquioribus editionibus nec diem ejus obitus, nec annum, sed prae-

Digitized by Google

praedictum tantummodo administratae Abbatiae spatium adnotavit; cui Index concordat in Codice 202. necnon alter; qui tamen depravate non dies, sed annos notat 17. Adeo autem brevem praefecturam omittendam censuit Auctor Chronici Langob. seu Monach. S. Benedicti, nomenque simul ejusdem Abbatis praeteriit, qui Novembrem utique non excessit.

AUTHPERTUS.

Ordine septimusdecimus Abbas, sedit annis tribus. Sic Ostiensis lib. 1. cap. 22. nulla editionum omnium, nec aliorum Auctorum discrepantia. Neapolitana tamen de suo addit, electum in anno 834. quod tamen verum: *Obiit* 10. *Kal. Martii*, ut idem Ostiensis perhibet, atque in anno 837. cum sedisset quidem annis tribus, sed non integris.

Authpertus sedit a mense Novembri ad 10. Kal. Martii per subscriptos annos.

An.Ch.	Ind.	Auth.	An.Ch.	Ind.	Auth.
834.	12	1	836	14	3
835	13	2	837	15	Continuat an. 3.

BASSACIUS.

Quem ducta hactenus Chronologia, omnesque Ostienses editiones, nec non Cassinense exemplar in annum conjiciunt 837. summa etiam monumentorum omnium concordia praesedit annis 19. (rotundo scilicet numero, nam aliis insuper sedit diebus 25.) testimonio etiam accedente Ignoti Cassinensis num. 19. ex quo corrigas oportet in Chronico S. Vincentii ad fontes Volturni lib. 2. Bassacii sedem fuisse annorum XIIX. Ostiensis sunt verba l. 1. c. 23. *Bassacius Abbas a B. Benedicto octavusdecimus, ordinatus anno Dominicae Incarnationis octingentesimo trigesimo septimo, sedit annis decem & novem.*

Idem-

Digitized by Google

Idemque Auctor ſtatim: *Hujus tertio ordinationis anno, ſuperſtite adhuc praefato Principe Sicardo* (obiit Sicardus in anno 839. nec audiendus Sigebertus, haec geſta in annum referens 832.) *corpus B. Apoſtoli Bartholomaei de Lyparitana Inſula Beneventum translatum eſt*. Et iterum infra: *Fuit autem hic Abbas temporibus Romanorum Pontificum Sergii II. Leonis IV. Benedicti III. & Nicolai I. Principum vero Radelchis, & Siconulfi; ſub quibus Principatus Beneventanus Capuanorum factione diviſus eſt*. Omnia perite, ſed unum Gregorii IV. nomen, Sergio II. praeponendum, Oſtienſi eſt omiſſum; qui cap. 25. ſic pergit: *Septimo autem praedicti Abbatis anno* (ſcilicet anno decurrente 843. poſt Februarium) *praefatus Siconulfus ad B. Benedicti Monaſterium veniens, ſub praeſtationis nomine, Hiſpanis tribuendum Agarenis, univerſum fere theſaurum, quem plures ſeu Reges, ſeu Principes religioſi ibidem contulerant, abſtulit*. Baronius in annum haec retulit 844. pro ſe hunc eundem Oſtienſis locum laudans ad finem anni 843. *Decimo autem hujus Abbatis anno* (verba ſunt Oſtienſis lib. 1. cap. 16.) *Sergio Papa II. in ſede Apoſtolica praeſidente, a quo Ludovicus Imperator eſt coronatus, ingens Saracenorum multitudo ab Africa, claſſe Romam devecta, Eccleſiam Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ex integro depraedati ſunt*: hoc eſt in anno 846. in quem etiam impia iſta facinora conferunt Annales Francorum editi a Pithoeo, Ignoto ſimul Caſſinenſi deſcripta num. 9. ſed nulla addita anni nota (1). *Praedictus vero Abbas*, inquit idem Oſtienſis lib. 1. cap. 31. *defunctus eſt* 16. *Kal. Aprilis*: nempe anno 856.

Baſ-

(1) In ſequenti anno, nimirum 847., ſive 848. Saraceni, qui Capuam, totamque ſimul Campaniam devaſtarunt, Monaſterium quoque Cinglenſe diripuerunt, flammiſque traditum deſtruxerunt, vix Monialibus, ejuſque Praepoſito, Aliſanam in Urbem prompto confugio exceptis. Ign Caſſ. & Oſt l. 1. c. 28. Ejuſque Mon. Chron. ineditum. Poſt annos inde novem, ſed incompletos, vivente adhuc Baſſacio Abbate, Moniales partim Calatiae Monaſterium extruxerunt, partim ad Cinglenſe earum Coenobium regreſſae ſunt, quod alibi opportunius dicendum erit.

Digitized by Google

Baſſacius ſedit ab 10. Kal. Martii ad 16. Kal. Aprilis per ſubſcriptos annos.

An. Ch.	Ind.	Baſſ.	An. Ch.	Ind.	Baſſ.	An. Ch.	Ind.	Baſſ.
837	15	1	844	7	8	851	14	15
838	1	2	845	8	9	852	15	16
839	2	3	846	9	10	853	1	17
840	3	4	847	10	11	854	2	18
841	4	5	848	11	12	855	3	19
842	5	6	849	12	13	856	4	Continuat an. 19.
843	6	7	850	13	14			

BERTHARIUS

SAcerdos Baſſacio ſucceſſit, cujus fuerat diſcipulus, ut Ignotus Caſſinenſis tradit num. 19. nec poſt multos ab Magiſtri obitu dies; namque ſupra annos 27. menſibus ſedit 7. a Saracenis caeſus 11. Kal. Novembris, qui Monaſterium tunc quoque devaſtarunt; quo circa electum dicendum eſt 12. Kal. Aprilis, caeſum vero in anno 883. menſe antedicto. Nec de ejus ſedis ſpatio variant Indices Abbatum ab Oſtienſi, vel ab Oſtienſis editionibus ſcriptum exemplar ad cujus annum 19. ſubſtitit Chronicon Langob. ſeu Monachorum S. Benedicti. Verum idem Oſtienſis rem turbare, omnemque a ſe hactenus traditam chronologiam, niſi apte explicetur, videtur ſubvertere; libro enim 1. cap. 43. mutuo conſenſu omnium Codicum, Bertharii necem in annum 684. apertis refert verbis; hoc excepto, quod Veneta, & Pariſienſis editiones exactos notant *a Petronace uſque in illud tempus* (obitus nempe Bertharii) *annos* 166. nam ejuſmodi annorum collectio minime legitur in calamo exarato exemplari, nec in noviſſima editione Neapolitana: quot ſane anni a primo anno Petronacis, qui fuit Chriſti 720. non ad antedictum 884. ſed ad annum 885. dinumerantur (1). Eadem ve-

(1) Si Petronacis Praefectura ab A. 718. ut ſup. notavimus, initium cepit, jam calculus a Peregrinio rejectus ſuam acquirit certitudinis vim.

Digitized by Google

ro annorum ſumma deſcripta olim quoque fuit in quodam membranaceo antiquo Codice Monaſterii S. Mariae Monialium Campanae urbis, ſubductaque adſeritur *juxta computum Abbatum*. Haec nihilominus facile removebimus impedimenta, ſi Bertharii mortem relatam fuiſſe obſervabimus in annum 884. dinumeratoſque annos 166. ab Petronacis aera ad ejus obitum, haud ex alia rei geſtae majori ſcientia, quam ex praedicto calculo, ducto per annos Abbatum, atque juxta ordinem in Chronico Langob. ſeu Monachorum S. Benedicti obſervatum; in quo a primo anno Petronacis ad annum decimumnonum ſupputantur anni, certe cavi, pro ſolidis 157. quibus ſi addantur alii anni novem (nam Bertharius ad annum ſuae ſedis 28. non exactum pervenit) praedictam habebimus ſummam annorum 166. ſicut ex ducta hactenus Chronologia, & ex Abbatum intervallis rite digeſtis apparet. Bertharii vero caedes ad improbae praefatae ſummae normam in annum referenda cum fuiſſet 885. relata nihilominus apud Oſtienſem videtur in annum 884. quoniam annus Abbatiae Hermeris, qui non ſolidus, ſed paucorum fuit dierum, diligentiori ratiocinio detractus ex ea eſt, iſtaque ſumma reputata annorum 165. qui, ut dixi, computandi fuerant 164. illaque clades in annum rejicienda 883. A qua nec ipſe abhorret ſententia Oſtienſis in Proemio lib. 1. & lib. 2. cap. 1. annos dinumerans 67. ab hac Monaſterii everſione ad Abbatem Aligernum, quem electum conſtat 8. Kal. Novembris: nempe anno 949. ut ibi dicam; a quo retrocedendo ad annum 883. numerantur ſane jam dicti anni 67. ipſo ſcilicet anno patratae cladis in eadem ſumma collecto. Hanc autem, quam dico, germanam fuiſſe Oſtienſis mentem, hinc etiam liquet, quod ipſe peremptum a Saracenis Bertharium dicat 11. *Kal. Novembris*, *Indictione ſecunda*, quae Indictio ab antecedente menſe Septembri numerari coepta, annum 883. adeo certo argumento demonſtrat, ut nullus jam de hoc dubitandi reſtet locus; ſitque firmiter tenendum, annum ibi 884. ab recentiori aliquo, mu-

Digitized by Google

munus cenſoris non ſemel ſibi uſurpatum obeunte, fuiſſe ſuppoſitum; qui a praefata collectione annorum 166. a ſe ad annos redacta 165. fuerat male perſuaſus. Qua etiam cenſura olim quoque recognitam non dubito Hiſtoriam Erchemperti in omnium antiquiſſimo Vaticano Codice num. mihi 61. quo loco idipſum de Monaſterio S. Benedicti a Saracenis devaſtato in anno 884. perhibetur: tale namque Erchemperti exemplar minime Auctoris eſſe autographum ſuperius in Hiſtoria expoſitum eſt Principum Langobardorum; rem autem, ut opportuna hac occaſione magis confirmem, ex verbis demonſtro ejuſdem Erchemperti num. 27. *Non multum poſt*, inquit *Lando dira paralyſi percutitur* &c. quae Vaticanus, & ex illo caeteri Codices omnes, non hac forma, quam Latini ſermonis lex dictat, ſed legunt *poſt Landonem*, ex errore utique hinc nato, quod quiſquis ille cenſor to *poſt* putaverit ad Landonis mortem ſpectare, non autem ad mortem Landenulfi enarratam numero praecedenti: locum vide, & expende (1). Caeſo itaque a Saracenis Berthario, atque direpto, ſuccenſoque Monaſterio, ut Oſtienſis verba uſurpem loco jam relato, 11. *Kal. Novembris, Indictione II. Monachi quidquid ſupellectilis, vel theſauri, ſeu & muniminum* (Privilegiorum ſcilicet, & Chartularium) *Monaſterii ſurripere potuerunt, aſſumentes, una cum Donno Angelario tunc temporis eorum Praepoſito Teanum habitaturi proficiſcuntur; eundemque Angelarium ſibi conſtituunt Abbatem in Cella* (Monaſteriola, quae proprios, ac peculiares Abbates non habebant, ſed juris erant alterius Monaſterii, vel etiam praedia cum ad-

S 2 jun-

(1) Neque ab hac ſententia diſſentit Nucaeus in Not. ad Chr. Caſſ. l. 1. c. 44., qui addit, clara inveniri documenta in Caſſ. Archivo Angelarii Abbatis, Bertharii ſucceſſoris deſcripta menſe Majo anni 884. Indict. II., quae cum decurrere caeperit ab Kal. Septemb. praecedentis anni 883., & Bertharii occiſio in Octob. ejuſdem Indict. II., jam certe non A. 884. ſed 883. Ind. II. Bertharii caedes ſecuta eſt. Immo Anon. Salern., qui Erchempertum indubii defloravit, non alio iſtam Caſſ. Mon. everſionem conſignat, tempore, quam A. 883. ſicuti verus fuit Erchemperti ſenſus, & Cinglenſis etiam Chronographi.

Digitized by Google

junctis Ecclesiis, hoc nomine demonstrabantur) *quae ad Patris Benedicti honorem dudum ibi constructa fuerat, manere coeperunt*. Haec ille. Latere autem Lectorem non debet, in Chronico S. Vincentii ad fontes Volturni lib. 3. Bertharii obitum referri ad ann. 883. & ad Indictionem XV. *residente in sede Apostolica Joanne: apud Constantinopolim imperante Basilio; Italiae vero Hludovico filio Lotharii*, quae temporum comparatio, reique gestae consignatio, est prorsus respuenda, nam mense Octobri, quo Bertharium caesum non ambigitur, annoque jam descripto, haud Indictio 15. sed censebatur 1. nec tunc Ludovicus in vivis agebat: talisque plane assertio nec alium habet inter antiquos ullum Auctorem. Eodem autem in Chronico pari etiam negligentia asseritur, Cassinense tunc simul Monasterium devastatum, peremptumque Bertharium, *ac Monachorum praefati Monasterii S. Vincentii caedem factam a Saracenis die* 10. *mensis Octobris, Feria* 3. *ab aedificatione ipsius Monasterii anno* 165. (in Petronace monui primitus constructum fuisse hoc Monasterium in anno 705.) Qui characteres anno competunt 870. minime vero consignato ibi anno 882. nec 883. nec 884. In quo sane anno 870. Basilius Orientale, Ludovicus II. Lotharii filius, Occidentale obtinebant Imperium. Hadrianus autem, non Joannes Petri Cathedram tenebat, qui Hadriano suffectus est in anno 872. Et quidem de anno eversi Monasterii S. Vincentii video antiquos parum aperte, nec concorditer loquutos; nam Ostiensis lib. 1. cap. 34. Ignoto Cassinensi num. 30. inhaerens, devastatum illud tradit a Saracenorum Rege Seodamo; nempe ante novissimum in hanc Cis Tyberinam Italiam praefati Imp. Ludovici adventum, & annum 766. Erchempertus autem num. 44. id adscripsit Saracenis, qui ab Athanasio Episcopo Neapolis *exulato fratre proprio, Duce Sergio*, acciti fuere, hoc est non ante annum 879. ni magis placeat, Erchempertum universa illa immania facinora a Saracenis vel recentius, vel antiquius patrata in unum sermonem contulisse; quod facile

Digitized by Google

le cum admittam, Oſtienſis tamen pronunciatum cum S. Vincentii Chronico manifeſte etiam pugnat. Sed de his ſatis (1).

Bertharius ſedit ab 16. Kal. Aprilis ad 11. Kal. Novembris per ſubſcriptos annos.

An.Ch.	Ind.	Berth.	An.Ch.	Ind.	Berth.	A.Ch.	Ind.	Berth.
856	4	1	866	14	11	876	9	21
857	5	2	867	15	12	877	10	22
858	6	3	868	1	13	878	11	23
859	7	4	869	2	14	879	12	24
860	8	5	870	3	15	880	13	25
861	9	6	871	4	16	881	14	26
862	10	7	872	5	17	882	15	27
863	11	8	873	6	18	883	1	28
864	12	9	874	7	19	Annus 28. non exactus, inchoata Ind. II		
865	13	10	875	8	20			

ANGELARIUS

Abbas a B. Benedicto vigeſimus, ſedit annis ſex. Oſtienſis lib. 1. cap. 45. omnium ejus Codicum, & utriuſq; Indicis conſenſu. De hoc Abbate idem Oſtienſis paulo poſt: *Fuit*, inquit, *temporibus Ajonis Principis Beneventani, & Stephani V. Papae, & ſucceſſoris ejus Formoſi.* Sic quidem, non autem *praedeceſſoris*, ut habent priores editiones ab ſcripto exemplari variantes. Et plane Angelarius ad Formoſi minime pervenit ſedem, aequalis cum fuerit Principi Beneventano Ajoni, & Stephano V. ejuſque etiam anteceſſori Hadriano III. Principiſque Radelchis II., qui in anno ejectus eſt 884. extremum tantummodo attigerit annum. *Poſt biennium autem* (nempe, inchoato tertio anno ab everſo Monaſterio, & a ſuſcepta ab Angelario Abbatia: hoc eſt in an-

(1) Ceterum hic Abbas ad Ludovicum Imp. miſſus eſt, ut in Saracenos bellum inferret, & in Caſſin. Mon. ipſum, ejus uxorem, & Lotharium Aug. Imp. fratrem, hoſpitio excepit, ut alibi dictum.

Digitized by Google

anno 886. ut Erchempertus quoque perhibet num. 61.) *hic Abbas coepit paulatim reſtaurare Monaſterium Domini Salvatoris, quod a Saracenis incenſum ſuperius diximus*. Haec Oſtienſis loco ante relato; ſed plane oblitus quae dixerat lib. 1. cap. 43. *Domini Salvatoris Eccleſiam diverſis in locis igne ſubmiſſo exurere Saracenos molitos, Dei judicio, id perficere nequiviſſe; eamque ſolum de tanto Monaſterio eorum flammis fuiſſe ereptam*. Erchempertus quidem ubi ſupra, *Monaſterium S. Benedicti coeptum reaedificari menſe Auguſti* tradit, a quo Oſtienſis iſta videtur mutuatus, qui diem obitus Angelarii ſic conſignat: *Praedictus*, inquit, *Abbas defuncto his diebus Epiſcopo Teanenſis Eccleſiae, in eadem Civitate a Clero, & Populo electus, & ordinatus eſt; ubi etiam defunctus eſt, & ſepultus Nonis Decembris*, anno videlicet 889. deque die ejus obitus concordat antiquum Caſſinenſe Emortuale.

Angelarius ſedit ab 11. Kal. Novembris ad Non. Decembris per ſubſcriptos annos (1).

An.	Ch.	Ind.	Angel.	An.	Ch.	Ind.	Angel.	A.	Ch.	Ind.	Angel.
883		1	1	886		4	4	889		7	Continuat annus 6. Abb. Angelarii.
884		2	2	887		5	5				
885		3	3	888		6	6				

RAGEMPRANDUS.

PRimo, & viceſimo loco *Abbas electus, in eodem Monaſterio Teanenſi ſedit annis novem, menſibus decem.* Sic Oſtienſis lib. 1, cap. 47. nulla Codicum ejus varietate; a cujus dicto nec diſcrepat Index in Codice 202.; verum alter addit alios dies quinque; ut hinc intelligamus hujus Abbatis annos numerandos a Kal. Januarii, & ab anno 890. ad 8. Idus Novembris, & ad annum 899. qua die defunctum illum, ſedemque vacaſſe ſpatio

(1) Prid. Non. obiit Angelarius, ut ex Necrol. S. Benedicti ſup. allato.

Digitized by Google

tio fere duorum menſium perhibet idem Oſtienſis lib. 1. cap. 49. *Hujus autem Abbatis ſeptimo anno* (praefati quoque Auctoris ſunt verba lib. 1. cap. 47. invicem conſentientibus ſcripto, & editis codicibus) *Indictione decimaquarta* (Chriſti ſcilicet anno 896.) *Monaſterium, quo in Teano Fratres degere coeperunt, occulto Dei judicio, ab igne crematum eſt* (1). Quae temporis conſignatio cum optime conſiſtat, exque ea cum conſtet, Ragemprandum in anno, ut dictum eſt, electum 890. annum minime eſſe ſupergreſſum 897. dilucidiſſime hinc quoque fit manifeſtum, deformiſſimam in omnibus Oſtienſis codicibus luxationem inſidere lib. 1. cap. 46. quo loco inconvenientiſſime nunc legitur, Erchempertum, qui poſt Paulum Diac. Hiſtoriam ſcripſit Langobardorum, Monachum induiſſe apud Teanum ſub hoc Ragemprando; quod, ut ſerius, ſedente Abb. Angelario contigiſſe pluribus ad ejusdem Erchemperti Hiſtoriam eſt probatum. Eodemque ſane vitio laborare videtur, quod ibidem de privilegio dicitur a Papa Joanne IX. indulto Monaſterio Caſſinenſi, petente praefato Ragemprando; quorum diſparitas eſt perquam clara; nam Joannes in Petri Cathedra ſedit ab anno 901. quo Benedicti ſedem tenebat Leo, Ragembrandi ſucceſſor.

Ragemprandus ſedit a Kal. Januarii ad 8. Idus Novembris per ſubſcriptos annos.

An. Ch.	Ind.	Rag.	An. Ch.	Ind.	Rag.	An. Ch.	Ind.	Rag.
890	8	1	894	12	5	898	1	9
891	9	2	895	13	6	899	2	10
892	10	3	896	14	7	Annus Ragemprandi 10. non exactus.		
893	11	4	897	15	8			

LEO

(1) Ejuſque Fratres Epiſcopium interea inhabitarunt, uſquedum Coenobio reſtaurato, ibi etiam Monachi incoluerunt. Vid. Mabill. Ann. to. III. & Oſt. l. 1. C. 44. 48. & 53.

Digitized by Google

LEO.

HUjus etiam anni computantur a Kal. Januarii, & ab ineunte anno, qui proxime ſubſequutus eſt obitum Ragemprandi; quos numero quindecim, additis inſuper menſibus ſeptem, fecit Oſtienſis lib. 1. c. 50. & Index in Codice 202. ſed Index alter alios dies cumulat decem & ſeptem: quot plane in ſolidum computantur anni, menſes, & dies a praedicta die Kalendarum Januarii, & ab anno 900. ad diem 16. Kal. Septembris, qua illum defunctum idem Auctor tradit ex fide ſcripti exemplaris, & priorum editionum, & ad annum 915. Sunt ejus verba loco relato. *Leo vigeſimusſecundus Abbas, ſimiliter apud Teanum ſedit annis quindecim, menſibus ſeptem: temporibus Leonis Imperatoris, & Papae Chriſtophori, qui de Papatu expulſus, & monachus factus eſt; nec non & Sergii III. Papae.* Idem poſt: *Defunctus vero eſt praedictus Abbas 16. Kal. Septembris. Uterque autem, Ragemprandus videlicet, atque Leo, in ipſo Teanenſi Coenobio, ubi commorati ſunt, ibi & defuncti, & ſepulti ſunt.* Haec Oſtienſis, cujus indiligentiae minime adſcribendum puto, Abbatem Leonem Papae dumtaxat Chriſtophoro, & Sergio III. aequiparari, omiſſis Joanne IX. Benedicto IV. Joanne X. aliiſque; ſed ejus ſaepius dicto cenſori potius tribuo; ad cujus culpam nec refero, perhiberi loco jam dicto, *Leone quinto anno ordinationis ſuae* (ſcilicet Chriſti 904.) *coepiſſe reaedificare Monaſterium Caſſinenſe, quod per XXVII. annos penitus fuerat deſtitutum.* Sicut ſcriptus Codex, & editio Veneta, & Pariſienſis praeſeferunt; nam anni ejuſce vaſtitatis, qui non plures fuerunt, quam XXII. quot ab anno dinumerantur 883. ad modo dictum annum 904. ex librarii firmiter culpa in eam ſummam exceſſere, numerali nota V. importune ſuper addita. E qua mendoſa, & antiquitus corrupta ſcriptura ſimilis annorum collectio in codicem alias dictum S. Mariae Monialium urbis Capue manavit, ipſum quidem ſub aetate exaratum ejuſ-

dem

dem Monasterii Abbatissae Sikelgardae de Petruro, quae ab anno sedit 1123.

Leo sedit a Kal. Januarii ad 16. Kal. Septembris per subscriptos annos (1).

An.	Ch.	Ind.	Leo.	An.	Ch.	Ind.	Leo.	An.	Ch.	Ind.	Leo.
900		3	1	906		9	7	912		15	13
901		4	2	907		10	8	913		1	14
902		5	3	908		11	9	914		2	15
903		6	4	909		12	10	915		3	16
904		7	5	910		13	11	Annus Leonis			
905		8	6	911		14	12	16. non exactus.			

JOANNES I.

CUm esset Capuae Archidiaconus, & ut alibi exposui, Principum Landulfi I. & Atenulfi II. consanguineus, *cumque aliquanto tempore* (dicam cum Ostiensi lib. 1. cap. 52.) *Congregatio Monachorum, quae Teani consistebat, pastore esset proprio destituta, nec inveniretur inter eos aliquis hujusmodi, qui tantae praelationi esset idoneus, tunc praedicti Capuani Principes ineuntes consilium, illum adierunt, ac tam monitis, quam precibus, ut ejusdem Congregationis regimen reciperet, compulere. Quo tandem annuente, mox Monachus factus, nec multo post a Fratribus universis juxta morem electus, atque a Donno Joanne Papa X. honorifice consecratus est.* Hactenus Ostiensis; hoc sermone non ambigue declarans a Leonis obitu ad Joannis electionem sedem vacasse aliquanto tempore; cui tamen Joanni annos imputans *decem & novem, & menses septem*, quot pariter illi assignat Index in Codice 202. nec non Index alter, alios superaddens dies decem; ejusque successorem Adelpertum ordinatum tradens, ut in M.S. est exemplari, & in editionibus Veneta, & Parisiensi, *anno Domini* 934. *die sexto post ipsius*

(1) Leo defunctus est Ind. II., ut ex emortuali Monial. S. Mariae. Quare non anno 915. sed 914. ut in sequenti Abb. Joanne I. notabimus.

Digitized by Google

depoſitionem, ſeu dicas obitum, qui in diem incidit Prid. kal. Aprilis, eodem teſtante Auctore lib. I. cap. 53. tantum abeſt, ut Joannis electionem aliquandiu dilatam fuiſſe conſentiat, ut nec ipſos quidem annos XIX. & menſes ſeptem, a ſe ei aſſignatos; ſed annos tantum XIIX. (quae ſincera ejus loci erit lectio) & menſes, dieſque jam dictos illum ſediſſe admittat: numerandos ab II. kal. Septembris; diebus ſcilicet quinque a Leonis morte delapſis. Quo propemodum tempore Saraceni ad flumen Garilianum, olim Lirim, ingenti noſtratium victoria caeſi, *& funditus*, ut idem perhibet Auctor, *de partibus iſtis eliminati ſunt, anno Incarnationis Dominicae* 915. *Indictione* 3. *menſe Auguſto.* Hujus autem Abbatis intervallum cum anno electionis ſucceſſoris ejus Adelperti ſuperius deſcripto quum aptiſſime congruat, pugnat ſibi Oſtienſis perhibens, *circa dies obitus Abbatis Joannis expulſum fuiſſe a Romanis ſupradictum Papam Joannem, invaſorem Apoſtolicae Sedis, & Leonem ſextum ordinatum*: quod in annum 928. rejiciunt Eccleſiaſticorum Annalium ſcriptores. At iſtam inconvenientiam in caput etiam referendam eſſe pluries dicti cenſoris, pro certo habeo (2): *Joannes autem factus Abbas* (inquit idem Auctor) *coepit monere Fratres, ut relicto Teano* CAPUAM *habitaturi ſecum pariter pergerent*: *Quae videlicet Civitas & circumpoſitarum Civitatum primaria eſſet, & in ipſa Domini ejusdem patriae Principes habitarent. Qui obſecundantes ejus imperio, Capuam omnes ſimul habitaturi profecti ſunt.* Hanc ſane tranſmigrationem haud ad Monachorum dumtaxat, ſed ad Principum ſimul commodum, & utilitatem factam, in epiſtola declaratur Papae Agapeti II. ad Principem Landulfum II. in Re-

(1) Annis vero 19. Joannem ſediſſe utique conſenſerim, argumento ductus diplomatis, quod de commutatione eſt Eccleſiarum S. Vincentii, & S. Benedicti Urbis Capuae inita *Ind. II. menſ. Novemb.* anno ſcilicet 914. quando Joannem jam ſedere coepiſſe aſſeritur. At Leoni annus detrahendus erit; nam Adelperto non videtur.

Digitized by Google

Regiſtro exarata Petri Diac. pag. 7. a tergo; qua ei exprobat Agapetus, *Monaſterium a Principe Landulfo* (ſcilicet jam dicto, ipſiuſque Landulfi II. patre) *intra Capuanam Civitatem aedificatum, non ob Dei reverentiam, ſed ob temporalis gloriae cupiditatem: & ut ipſe Princeps totius poſſeſſionem jam dicti Monaſterii ſuis, quaſi haereditario jure, relinqueret*: & caetera plura in eandem ſententiam.

Joannes ſedit ab 11. kal. Septembris ad Prid. kal. Aprilis per ſubſcriptos annos (1).

An.Ch.	Ind.	Joan.	An.Ch.	Ind.	Joan.	An.Ch.	Ind.	Joan.
915	3	1	922	10	8	929	2	15
916	4	2	923	11	9	930	3	16
917	5	3	924	12	10	931	4	17
918	6	4	925	13	11	932	5	18
919	7	5	926	14	12	933	6	19
920	8	6	927	15	13	934	7	Continuat an. 19. non exact.
921	9	7	928	1	14			

ADELPERTUS

Vigeſimusquartus Abbas anno Domini nongenteſimo trigeſimoquarto, die ſexto poſt depoſitionem ſui praedeceſſoris ab univerſis Fratribus ordinatus, ſedit annis novem, ibique apud Capuam commoratus eſt, & defunctus. Fuit autem temporibus Stephani VII. Papae, & Joannis Papae XI. qui fuit filius Sergii Papae. Haec Oſtienſis lib. 1. cap. 58. ex editione Veneta, & Pariſienſi, & ex fide ſcripti exemplaris; deque tempore ſedis Adelperti concordat etiam Neapolitana editio, & uterque Index. Pergit autem idem Auctor. *Quarto*, inquit, *ejuſdem Abbatis anno, Indictione X.* (ſic habet ſcriptus Codex, & priores editiones) *venientes innumerabiles Hungari ſuper Ca-*

T 2

(1) Emendandus eſt Peregrinius in Praefectura Joannis I. qui quidem ſedit ab III. Kal. Decembris A. 914. ad Prid. Kal. April. 924. ſcil. per Annos 20. incompletos, ut ex Chron. Cingleuſi alibi dicendum.

Digitized by Google

Capuam, omnia in circuitu ipsius depraedati sunt. Qui characteres anno competunt 937. eſtque idem annus reſtituendus in Chronico Lupi Protoſpatae, aliis multis, variiſque etiam mendis depravato, in quo Capuae haec clades ad annum notatur antecedentem. At Oſtienſis aequalem faciens Adelpertum Pontificibus Stephano VII. & Joanni XI. ex eadem ſupputatione videtur ſeductus (ſi modo ei haec ſint tribuenda) qua ſibi perſuaſerat praedeceſſorem Joannem obiiſſe circa dies, quibus Papa Joannes X. expulſus e Romana ſede fuerat. Abbatiam igitur tenuit Adelpertus ab 8. Idus Aprilis anni 934. ad exeuntem annum 942. annis videlicet novem non integris, nam annum 943. non attigit, ut dicam infra.

Adelpertus ſed. ab 8. Id. April. ad extremum Decembrem per ſubſcriptos annos.

An.Ch.	Ind.	Adel.	An.Ch.	Ind.	Adel.	An.Ch.	Ind.	Adel.
934	7	1	938	11	5	942	15	9
935	8	2	939	12	6	Annus 9. non exactus, exacto tamen anno Chriſti 942.		
936	9	3	940	13	7			
937	10	4	941	14	8			

BALDOINUS.

ABbatiae praeſidebat 3. *Kal. Februarii*, *anno* 43. *Principatus Landulfi*: 10. *anno Princ. Atenulfi filii ejus*: 4. *anno Landulfi filii praedicti Landulfi Indictione* 1. (hic eſt annus Chriſti 943. ut alibi) qua die a praefato Principe Landulfo, patre, bonorum Monaſterii poſſeſſionem, & Abbatiam confirmatam ei fuiſſe, ac ſimul reſtitutam Eccleſiam S. Sophiae, poſitam in urbe Beneventi, bina declarant Diplomata in Regiſtro Petri Diaconi deſcripta: alterum pag. 172. alterum pag. 116. a tergo. De qua reſtitutione habet etiam Oſtienſis lib. 1. c. 57. initio; ibi-

(1) Adelpertus Abb. Caſſ. obiit VI. Kal. Januar. ut ex Necrol. ſup. allato.

Digitized by Google

ibidemq; & capite antecedenti Baldoinum appoſite aequalem facit Papae Marino: verum ſediſſe illum cum dicat temporibus praedictorum a ſe Principum, *Landulfi*, & *Atenulfi*; illorum ſcilicet fratrum, ſub quibus vixiſſe Abbatem Joannem, pridem adnotaverat, auctoritate refellitur praefatorum Diplomatum, aliorumque monumentorum; ex quibus conſtat, Principem hunc Atenulfum, Baldoino parem, minime fratrem, ſed filium fuiſſe praememorati a ſe Landulfi, hujus nominis I. Quinimmo errore ſane majori eodem cap. 57. (ni ejus cenſori & haec quoque ſint imputanda) perhibet, Pontificem Agapetum, qui in anno, ut volunt 946. ſucceſſit Papae Marino, ob hujus Abbatis Baldoini conqueſtus, litteras dediſſe *praedictis Principibus* (eoſdem germanos fratres deſignans, praeter quos non alios meminerat) de reſtituenda iterum Caſſinenſibus praefata Eccleſia, ab ipſis rurſus pervaſa, *in anno videlicet* 32. *Imp. Conſtantini anno* 6. *Principatus Landulfi*, & 2. *Principatus Pandulfi filii ejus* (hic fuit Chriſti 945.) etiam cum cauſae cognitione, quae in Libello Judicii ſcripta, in Archivio praedictae Eccleſiae S. Sophiae adſervatur; quandoquidem in ſuperius dicta epiſtola praememorati Pontificis de ea re data ad Principem Landulfum, ipſe Landulfus dicitur filius ejuſdem Principis Landulfi, quo auctore Monachorum Caſſinenſium Congregatio Capuam migravit. Et ſane tempore Papae Agapeti, haud primus, ſed ſecundus Landulfus, hoc eſt primi filius, extitit Princeps, de quo ſuo loco fuſius: Abbas autem Baldoinus ſub Agapeto minime jam Caſſinenſi praeſedit Abbatiae, ut paulo poſt dicam. Diſſimulandum tamen non eſt, Petrum Diac. ſuo in Regiſtro pag. 31. pro hac a me exploſa ſententia aperto ſermone ſtare, quam nihilominus nullo alio, niſi ſimplicis ſuae aſſertionis, demonſtrat argumento. Sed Oſtienſis, vel ejus dicas antiquus cenſor, iterum lapſus videtur cap. 58. dicens, *Papam Agapetum per ſuggeſtionem Abbatis* (de Baldoino erat ſermo) *mandaſ-*

ſe

Digitized by Google

ſe praefatis Principibus (nec dum alios, quam germanos illos fratres Landulfum I. & Atenulfum II. demonſtraverat) *ut nullam in Caſſinenſi Monaſterio dominationem exercere praeſumerent: Monachis vero tunc Capuae degentibus, ut ad proprium Coenobium univerſi redirent.* Et inſuper perhibens, *praefatum Abbatem* (Baldoinum quoque indicans) *Privilegium acquiſiviſſe ab eodem Pontifice de Monaſterio juxta Terracinam.* Nam Agapetum Monachos ad Caſſinum revocaſſe, literaſque de ea re dediſſe ad Principem Landulfum II. filium Landulfi I. defuncto patre, atque ſedente Abb. Majelpoto, Baldoini ſucceſſore, eorumdem PP. rite diſpoſita convincit Chronologia: ſimulque annorum Romanorum Pontificum ordo cum ordine collatus Abbatum Caſſinenſium, manifeſte probat; aequalis cum fuerit Agapetus non Baldoino, ſed Majelpoto, qui ab anno 946. in Petri Cathedra ſedit; Baldoinus autem in anno, ut ſummum, 944. a Pontifice Marino e Caſſinenſi Abbatia ad Abbatiam S. Pauli, ac Romam fuerit translatus: duobus enim annis Caſſinenſem Baldoinus rexit Abbatiam, ut prodit Neapolitana Oſtienſis editio, ſcriptum exemplar ſincere repraeſentans (priores editiones nullum illius notant tempus, nec Index in Codice 202.) ſed iis annis non integris, ut conſtabit in Majelpoto; qui in praeſcripto anno 944. menſe Auguſto Abbatiam adminiſtrabat. Verum ſi Baldoini ſpatium ſex tantummodo menſium fuiſſe cum altero Abbatum Indice dixerimus, utique nec annum ille tranſgreſſus fuiſſet 943. atque ab Agapeti aera longius diſceſſiſſet, vacante interim Abbatia ad ſequentem uſque annum, ob res, forte, Principum inſolentia, & avara ambitione, perturbatas. Si quis autem Baldoinum putaverit ſex tantum menſibus Abbatiae munus praeſentem exercuiſſe, ac reliquo tempore, ad electionem uſque Majelpoti, abſentem; degentemque Romae, donec eam omnino dimiſit, non equidem repugnabo.

Baldoinus ſedit a menſe fere Januario ad menſem fere

Digitized by Google

fere Auguſtum per ſubſcriptos annos (1).

An.Ch.	Ind.	Bald.	An.Ch.	Ind.	Bald.	
943	1	1	944	2	2	annus 2. non exactus.

MAJELPOTUS

SIve *Magelpotus*, ut pleriſque etiam in antiquis Chartulis dictus reperitur, confirmationem bonorum Abbatiae ſuſcepit, quod ex Diplomate apparet exarato in Regiſtro Petri Diac. pag. 117. *a Principibus Landulfo* (ſcilicet II.) *& a Paldulfo ejus filio*, (idem poſtea appellatus eſt *Caputferreus*) *interveniente Adelperto Capuae Epiſcopo, ſub die 3. Kal. Septembris, anno 5. Principatus Landulfi: 2. anno Princ. Paldulfi filii ejus, Indictione 2.* Hic fuit annus Chriſti 944. deceſſerat enim Landulfus I. in anno 943. in quam ſententiam reſtituendum eſt Chronicon Lupi Protoſpatae ad annum 942. eodemque vivente Principe, coeperat Landulfus iſte ſecundus ſimul appellari Princeps. Ex hoc autem redarguas oportet Oſtienſem lib. 1. cap. 59. editionis Neapolitanae, ſed cap. 63. editionis Venetae, & Pariſienſis, ſive ejus potius dicam cenſorem in M.S. etiam exemplari perhibentem, Principem hunc Landulfum, qui Majelpoto Abbatiam confirmavit, illum metipſum fuiſſe alia occaſione ſibi prius memoratum, nempe hujus nominis primum, ſecundi Landulfi patrem, Atenulfi primi fratrem, filiumque Atenulfi primi. Quae ſane inconvenientia adſcribenda minime videtur Oſtienſi, qui loco praedicto Landulfum hunc, Majel-

(1) In hac Baldoini epoche hallucinatus profecto eſt Peregrinius, quum ille ſub Agapeto PP. vitam ſuam produxerit, ſicuti patenter evincit Mabillon. Ann. To. III. A. 944.. & 946.. & Gattul tom I. pag 90 ſeq. Majelpotus quidem fuit Pro-Abbas Caſſ. Capuae, dum Baldoinus Romae degeret; neque hic obiit ante annum 947, quo Majelpotus Caſſ Abb. effectus, ſeu confirmatus eſt. Neque ipſe a Peregrinio diſſentio, qui Majelpoto annos 6 (non tamen completos dedit, quorum tamen annorum, uno, & menſibus aliquot praefuit ſolus Caſſ. Abbas; aliis quatuor, & menſ. tanquam Pro-Abbas, ſeu coadjutor Baldoini; qui Romae demorabatur. Conſule Gattul. & Mabillon. loc. cit.

Digitized by Google

jelpoto aequalem, fecit quoque parem Abbati Aligerno, atque hac ratione non a primo, ſed a ſecundo Landulfo Abbatiam Majelpoto confirmatam demonſtravit: ſecundus enim fuit Aligerno coaevus, ut dicetur infra, non primus. Caeterum ſitne eidem Auctori imputandum, quod in Caſſinenſi Codice vitioſe legatur, ſediſſe Majelpotum tempore Imperatorum Conſtantini, & Nicephori (ſolius Nicephori habent Veneta, & Pariſienſis editiones: Neapolitana ſolius Conſtantini: bene) conſtanter non dicam; cui tamen Abbati cum eodem Oſtienſi annos do ſex, quot pariter ei aſſignat uterque Index, ſed cenſendos non integros, ſic Aligerni epocha dictante, qui in Abbatem electus fuit 8. Kal. Novembris, anno 949. ut mox demonſtrabitur. Qua autem die praeſens Abbas vita diſceſſerit, nullus ex antiquis teſtatum reliquit.

Majelpotus ſedit a menſe fere Auguſto ad menſem fere Octobrem per ſubſcriptos annos (1).

An. Ch.	Ind.	Majel.	An. Ch.	Ind.	Majel.	
944	2	1	947	5	4	
945	3	2	948	6	5	
946	4	3	949	7	6	ann. 6. non exactus.

ALIGERNUS.

POſt tranſitum ſupradicti Abbatis Majelpoti, cum conveniſſent in Capitulo Monaſterii Capuani Donnus Aldebertus egregius Praeſul Eccleſiae Capuanae, & Donnus Ardericus Epiſcopus, Leo quoque venerabilis Abbas S. Martyris Chriſti Vincentii, nec non & nobiliſſimi Judices praedictae Civitatis, Arechis, & Saldefrid, & Adenulfus Caſtaldeus, 8. *Kal. Novembris, omnibus unanimiter annuentibus, atque laudantibus, electus eſt ab univerſis Fratribus cum maximo gaudio, atque laetitia in Abbatem*. Sic Oſtienſis lib. 1. cap. 59. qui dein lib. 2. cap. 1. illius ſpatium

(1) Obiit IX. Kal. Novembris, ut ex cit. Neer. Cap.

Digitized by Google

tium his verbis consignat. *Aligernus Abbas*, inquit, *septimo ac vigesimo loco a B. Benedicto in hoc Monasterio feliciter ordinatus, sedit annis triginta septem* (lectio haec est e M. S. Codice, & ex Veneto, & Parisiensi) *Fuit autem temporibus primi, & Magni Ottonis Imperatoris, & filii ejus secundi Ottonis. Principum vero Capuanorum Landulfi* (nempe 2.) *& Pandulfi* (scilicet 3. qui cum praedicto Pandulfo communi nomine, ut alibi dixi, sed divisis sortibus, videtur regnasse) *item filii Landulfi* (hujus nominis 4.) *Romanorum quoque Pontificum a Joanne* 13. *usq; ad Joannem* 15. unus deest Pr. Landenulfus: caetera bene; deque tempore sedis Aligerni consentit Index in Cod. 202. sed alter addit dies XII. qui fuerunt XXIX. nam eodem tradente Ostiensi lib. 2. cap. 11. *depositus est praedictus Abbas* 9. *kal. Decembris*. *Qui* (sic idem Autor loco paulo superius relato) *super id, quod Leo, atque Joannes Monasterii hujus Abbates olim inceperant, restaurare coepit hunc locum: qui nimirum a tempore Abb. Bertharii, quo a Saracenis incensus est, per septem, & sexaginta circiter annos usque ad se neglectus, ac destitutus, ac quasi desolatus penitus fuerat*. Haec annorum summa ductae a me Chronologiae aptissime quadrat. *Quinto autem hujus Abbatis anno*, inquit idem Ostiensis lib. 2. cap. 5. juxta editionem Venetam, & Parisiensem, atque scriptum Codicem) *qui est a Nativitate Domini nongentesimus quinquagesimus quartus, Beatissimi Apostoli, & Evangelistae Matthaei corpus Salernum translatum est*: die scilicet 6. Maii, ut in ejusdem Translationis Actis legitur. Iterum idem Auctor lib. 2. c. 9. *Hujus etiam Abbatis* inquit *nonadecimo* (1) *anno* (hoc est Christi 968.) *Joannes Papa* (scilicet XIII.) *de Roma exiliatus venit Capuam, & rogatus a praefato Principe Pandulfo, tunc primum in eadem Civitate Archiepiscopatum constituit, consecrato ibi Joanne, fratre ejusdem Princi-*

(1) XVIII. legitur in Chron. Atinensi, & Cinglensi. Consule quae sup. in Chron. Cav. dictum To. IV. in fin.

Digitized by Google

pis, *Archiepiſcopo*. Ad haec Baronius in Annal. ad an. 968. num. 67. ſic commentatur. *Porrò*, inquit, *conſignatum tempus*, *non ad Joannis exilium*, *quod longe ante contigit*, *ſed ad collatam illi Eccleſiae Archiepiſcopatus dignitatem*, *referri neceſſario debet*. Joannem vero e Romana Sede depulſum in anno 965. idem Baronius ad annum modo dictum rite obſervavit. Et quidem Pontifex ille ante annum Chriſti 967. exeuntem, ſubſequentemque annum 968., qui numeratus eſt decimusnonus Abb. Aligerni, hoc eſt in ſui Pontificatus primordiis (praedicto electus eſt Joannes anno 965.) *cum majores Romanorum elatiore animo*, *quam oporteret*, *inſequeretur*, *eos in brevi inimiciſſimos*, *& infeſtos eſt paſſus*; *nam ab Urbis Praefecto*, *& a quodam Rotfredo comprehenſus*, *& Urbe expulſus*, *in Campania cuſtodiae eſt mancipatus*, ut Auctor Appendicis ad Rhegionem, antiquus ſane, & rebus a ſe deſcriptis aequalis, his ipſis fere verbis expoſuit; ſimul addens, quod poſt haec *Romani*, *Imperatoris metuentes adventum* (primi ſcilicet Othonis, qui Italiam ingreſſus in anno 966. Romae Natalem Domini celebravit) *Rotfredo Urbis Praefecto*, *qui ab Urbe Joannem ejecerat*, *mortuo*: *a cuſtodia*, *qua tenebatur*, *Joannem Apoſtolicum abſolverunt*, *& veniam pro malis*, *quae ei ingeſſerant*, *poſcentes*, *in locum*, *& ſedem ſuam illum reſtituerunt*. Haec ille, ex quibus Baronius bene perſuaſus; exilium Joannis ante annum contigiſſe dixit 968. cui tum antiqui, tum recentiores, qui de his ſcripſere, adſtipulantur omnes; iiſque minime equidem obſto; cum nec putem, Oſtienſem verbis ſuperius relatis ſermonem feciſſe de Joanne Capuam profecto tempore ſui exilii; quo illum ſe tunc recepiſſe, ab omnibus adfirmari obſervo, nullum tamen alium, niſi eundem Oſtienſem & quos ipſius verbis ſcimus inhaeſiſſe, ſuae ſententiae habentibus Auctorem: cujus verba in confeſſo jam eſt, aliter capienda eſſe, ac ſonant: ſed de iis, inquam, quae anno 968. acciderunt, quo Joannes cum praefato Othone Capuae commorans, nempe menſe Januario, ut ex

ejuſdem

Digitized by Google

ejuſdem Imperatoris Epiſtola quadam ad Germaniae Principes apud Witichindum lib.4. conſtat, Campanam Eccleſiam in Metropolitanam ſublimavit. Quandoquidem Roma, propriaque ſede illum deturbatum (*exulare* enim, ut ſexcenta alia prolixiora omnis aevi exempla miſſa faciam, Servio ad Aenid. lib.11. *proprie dicuntur, qui extra ſolum eunt*) in vinculis apud Campaniam, ſcilicet Romanam, indeſinenter manſiſſe, ex laudato praedictae Appendicis Auctore liquidiſſime apparet. A Pandulfo tamen Campano Principe, ſive ab Joanne dicas ejus fratre, qui poſtea in primum Capuae Archiepiſcopum conſecratus eſt (ipſi namque a pleriſque id adſcribitur) Rotfriedum peremptum, non abnuerim; quem Romani factionis ſuae cum amiſiſſent anteſignanum, ſimulque adventantis Imp. Othonis timore eſſent perculſi, Pontificem in gradum ſuum vel inviti reſtituiſſe videntur; quo ſolo pacto Appendicis antedictae, ceteroſque alterius ſententiae Auctores conciliari invicem poſſe, eſt manifeſtum. A Joanne autem, non Romae in Othonis II. coronationis celebritate, ut Blondus nuperus ſcriptor tradit Dec.2.lib. 3. ſed Capuae conſtituto, ampliſſima ea dignitate Campanam Eccleſiam decoratam, Oſtienſi adfirmanti credendum exiſtimo (1). Verum de his non eſt praeſentis loci uberius diſſerere; Sicuti nec de futili nunc dicam quorundam recentiorum argumentatione, qui neſcio quas etiam nullius, vel minimi momenti chartulas, nec ſibi quidem viſas, alicubi ſervari teſtantur, quibus ſe demonſtraſſe jactant, Campanam Eccleſiam non omnium antiquiſſime in Regno Neapolitano fuiſſe Archiepiſcopali honore exornatam, quod forte verum: ſed integras illas, ſolemnique pariter approbatione roboratas ad rem tantam, contradictoribus non vacuam, ſtabiliendam,

(1) De Campanae Eccleſiae Metropolia ſuper. aliqua delibavimus; ſed plenam hac in re diſſertationem (quam promptam etiam nunc haberem) Deo opitulante dabo, ad hujus Eccleſiae decus vindicandum, propugnandumque, quicquid abſque veritatis fundamento adſerere nitantur Beneventanorum patrocinatores.

Digitized by Google

produci oportuiſſe, negabit nemo; cum interim Campana Metropolis luculentiſſimo, graviſſimoque teſtimonio ingentis ſane lectionis viri, Cardinalis Baronii ad tuendam ſuae antiquitatis praerogativam ſolidiſſime fulciatur; cujus ſunt verba in Annalibus loco jam pridem relato: *Et quidem*, inquit, *prima omnium, quod invenerim, Eccleſia Capuana ea Archiepiſcopatus dignitate in Regno Neapolitano fuit illuſtrata* &c. Sed redeo ad Oſtienſem, qui Joanni omnium primo Archiepiſcopo ſucceſſiſſe perhibet *Leonem*: huic vero poſt quatuor annos cum dimidio *Gelbertum*, ſive *Gerbertum*, ſive *Gerebertum*, utrumque Monachum Caſſinenſem; continentique ſermone, ſed parum circumſpecte, ut ſuperius exilium Papae Joannis implexis etiam deſcripſerat verbis, ſic habet. *Sequenti autem anno* (poſt ejuſdem ſcilicet Gerberti obitum, qui in Emortuali Caſſinenſi, & in altero Monaſterii Monialium S. Joannis Capuae, notatur 12. kal. Februarii, anno videlicet 980 (1) atque integro fere anno ante Principis Pandulfi Caputferrei mortem) *defuncto I. Ottone, Otto II. Imp. filius ejus, cognomento Rufus, venit Capuam, & abiit Tarentum, ac Metapontum, & deinde Calabriam; unde proſpere ad ſua reverſus*, & caetera de ejuſdem Othonis II. ad nos reditu, & re infeliciter cum Saracenis geſta in Calabria; de quorum temporum ordine in Hiſtoria dixi Langobardorum PP. Nunc vero addam, praeter laudatos ibi Auctores, in Chronico etiam Hildensheimenſe perhiberi, *Othonem Imper.* hoc eſt II. *in anno* 980. *firmata pace, in Italiam intraſſe, & in anno* 981. *Paſcha Romae celebraſſe. In anno autem* 982. *periculoſiſſime pugnaſſe contra Saracenos in Calabrorum partibus, ibique non paucos de ſuis optimatibus occubuiſſe* (2). Qui annus 982. reſtituendus eſt in Annalibus Hepidanni Monachi; nam male clades illa ad

(1) Vid. Oſtienſ. p. 347. in collect. Murator.
(2) Vid. quae ſup. de hujus praelii epoche dixi to. 3. & 4. hujus operis.

Digitized by Google

ad annum ibi notatur 988. in Tomo 3. Annalium Francorum. Et vero Landulfo Capuae Principi, qui tunc ſimul cum caeteris aliis, & ſtatre Atenulfo occubuit, ſucceſſor Principatus datus ab Othone eſt frater ejus Landenulfus, menſe fere, Septembris, jam dicto anno 982. quod ex antiquis chartulis eſt diſcere, alibi producendis.

Aligernus ſedit ab 8. Kal. Novembris ad 9. Kal. Decembris per ſubſcriptos annos.

An.Ch.	Ind.	Alig.	An.Ch.	Ind.	Alig.	An.Ch.	Ind.	Alig.
949	7	1	962	5	14	975	3	27
950	8	2	963	6	15	976	4	28
951	9	3	964	7	16	977	5	29
952	10	4	965	8	17	978	6	30
953	11	5	966	9	18	979	7	31
954	12	6	967	10	19	980	8	32
955	13	7	968	11	20	981	9	33
956	14	8	969	12	21	982	10	34
957	15	9	970	13	22	983	11	35
958	1	10	971	14	23	984	12	36
959	2	11	972	15	24	985	13	37
960	3	12	973	1	25	986	14	Continuat annus 37.
961	4	13	974	2	26			

MANSO (1)

Vigeſimus octavus Abbas, ſedit annis undecim. Oſtienſis lib. 2. cap. 12. ex fide ſcripti exemplaris; nam in editione Neapolitana decem ei imputantur anni: in Veneta autem, & Pariſienſi vacat integrum iſtud capitulum. Index vero uterque a praefata Oſtienſis lectione non diſcedit, quae tamen ejuſmodi excipienda eſt interpretatione, ut Manſonem undecimum in Abbatia annum inchoaſſe, haud abſolviſſe, intelligamus; qui ſacrilega Cam-

(1) Manſo iſte Capuanus fuit, & Pandulfi Cap. Principis conſobrinus, ut Peregr. in Stemm. & Gattula.

Digitized by Google

Campanorum proditione excaecatus 18. kal. Decembris, anno videlicet 996. obiit 8. Idus Martii, anno sequenti, ut idem perhibet Ostiensis lib.2. cap.16. & 19. *Huic nono ejus Abbatiae anno* (hic fuit Christi 994.) *Laidulfus Princeps Capuae Praeceptum*, sive Privilegium, *fecit de Castrocaeli cum toto monte, qui dicitur S. Angeli in Asprano* &c. eodem testante Auctore lib.2. cap.19. ac rem describente ex Praecepto metipso dato 4. *Idus Decembris Indictione* 8. (videlicet inchoata a Septembri dicti anni 994.) *anno* 2. *Principatus Laidulfi*, cujus exemplum extat in Registro Petri Diac. pag.134. a tergo. Idem autem Abbas, ut Ostiensis etiam prodit lib.2. cap.17. iis sedebat diebus, *quibus Imperialem coronam de manu Romani Pontificis* (Gregorii V.) *III. Otto suscepit* : hoc est in anno 996.

Manso sedit a 9. kal. Decembris ad 18. kal. ejusdem mensis per subscriptos annos.

An.Ch.	Ind.	Mans.	An.Ch.	Ind.	Mans.	An.Ch.	Ind.	Mans.
986	14	1	990	3	5	994	7	9
987	15	2	991	4	6	995	8	10
988	1	3	992	5	7	996	9	11
989	2	4	993	6	8	An.11. inchoatus.		

JOANNES II

HUjus nominis secundus, *Abbas vigesimus nonus*, *sedit anno uno*, Ostiensis l.2.c.20. & uterque Index, qui annus unus supputandus est ab excaecatione praedecessoris Mansonis. *Qui videlicet venerabilis Abbas Joannes* (pergit Ostiensis) *cum jam senectute pariter, & infirmitate gravatus tanti regiminis pondus se ferre non posse perspiceret, consensu, atque electione cunctorum Fratrum Abbatem sibi substituit*, &c. Abbatia igitur se abdicavit in anno 997. mense, fere, Septembri, ut ex sequentibus constabit. Longe autem post, ac tempore Theobaldi Abbatis defunctus est *Prid. Idus Martii cum decrepitae esset aetatis*, eodem tradente Auctore lib.2. cap.21. & 42.

Digitized by Google

& 42. hoc est post annum Christi 1022.

Joannes II. sedit a 18. kal. Decemb. ad mensem fere Septembrem per hos annos.

An.Ch.	Ind.	Joan.	An.Ch.	Ind.	Joan.	
996	9	1	997	10		Continuat an. 1. non exactus.

JOANNES III.

TErtius hujus nominis, *sed trigesimus a B. Benedicto Abbas effectus, sedit annis duodecim, mensibus sex.* Ostiensis lib. 2. cap. 22. A quo variant Indices; nam qui in Codice est 202. illi imputat annos *XI.* & menses *VI.* sed vicino errore, pro annis *XII.* &c. alter vero subtiliori, ut solet calculo, dat annos quidem *XII.* sed menses *IV.* & dies *XXIIX.* quae nihilominus discrepantia nil nostram remoratur Chronologiam, quin recte procedat; nam sive dicas, Joannem hunc tertium suscepisse Abbatiam 14. kal. Octobris, anno 907. a qua die ad 15. kal. Aprilis & annum 1010. qua ipse obiit, anni computantur cum Ostiensi 12. & menses 6. sive Abbatem electum putes 7. kal. Novembris, praedicto anno 997. & cum Indice praefato imputes ejus sedi usque ad dictam diem 15. kal. Aprilis, annos 12. menses 4. dies 22. in idem recurrit. Et vero Joannem jam descripto anno obiisse, testatus etiam est Anonymus Cassinensis in Chronico Neapoli edito, ad quem annum sic habet: *Obiit Joannes Abbas Beneventi*, nec de alio, quam de hoc nostro sermonem ibi haberi verearis, quod videas ab Ostiensi lib. 2. cap. 28. affirmari, ipsum apud Cassinense Monasterium praemorata die 15. kal. Aprilis a vivis discessisse; siquidem in Anonymo τὸ *Beneventi* non locus decumbentis Joannis, sed patria demonstratur, *qui ex illustri Beneventanorum civium prosapia genus duxerat*, ut Ostiensis tradit, simulque innominatus ille Chronologus, qui nec alios, quam Cassinensis Monasterii Abbates suo admiscuit operi. *Hic vero Joannes* (Ostiensis etiam sunt verba lib. 2. c. 22.) *primo anno ordinationis suae recepit*

Prae-

Digitized by Google

Praeceptum confirmationis totius Abbatiae ab Ottone Imperatore (videlicet III.) *quo etiam tempore idem Imperator in Cassinensi Monasterio per aliquot dies remoratus, duas coronas argenteas B. Benedicto obtulit*: in anno scilicet Christi 998. quo Otho in Italia adfuit, ac Beneventum se contulit, ut perhibet Robertus Tuitensis apud Baronium: quique primus fuit annus Joannis, inchoatus ab anno antecedenti. *Hujus anno tertio* (verbis dicam ejusdem Auctoris lib.2. cap.24.) *qui est millesimus ab Incarnatione Domini, supradictus Imperator Beneventum venit, & causa poenitentiae, quam illi B. Romualdus injunxerat, abiit ad Montem Garganum; reversusque consequenter Beneventum, petiit ab eis corpus S. Bartholomaei Apostoli; qui nihil tunc illi negare audentes, callide illi pro corpore Apostoli, corpus B. Paulini Nolani Episcopi, quod satis decenter apud Episcopium ipsius Civitatis erat reconditum, ostenderunt; & eo sublato, recessit, tali fraude deceptus: Quod postquam rescivit, nimium indignatus, sequenti tempore perrexit iterum super Beneventum, & obsedit eam undique per dies multos: sed nihil adversus eam praevalens, Romam reversus est*. Hactenus ille, rem enarrans apud antiquos ambigui sermonis; nam Otho Frisingensis lib. 6. cap. 25. Gotfridus Viterbiensis Par.17. ubi de Othone II. & ex iis Blondus in Hist. Rom. Dec.1. lib.3. & Sigonius de Regno Italiae lib.7. aliique recentiores verum corpus S. Bartholomaei Romam quidem adsportatum scribunt, sed ab Othone II. & in anno 983. cum Imperator ille ex causa alibi minutius exponenda in Beneventanos indignatus, eam urbem vi cepit, ac diruit; quibus subscribit Martinus Polonus in Chron. lib.4. nec tamen ab Ostiensis narratione prorsus abit, & ipse perhibens, Othonem III. e Monte Gargano redeuntem corpus S. Paulini Nolani a Beneventanis, sed nullo deceptum dolo, accepisse; hoc scilicet pacto discordes sententias concilians, atque Romanis obsecundans, quibus cum Beneventanis de Ostiensis dicto nec dum constat: quin nec cum ipso constat Martino, ne

di-

Digitized by Google

dicam cum Auctoribus jam laudatis; quippe uſque ab aetate Paſchalis II., & ab anno 1113. ut Romae tunc poſitum Epigramma in Eccleſia S. Bartholomaei Apoſtoli relatum a Baron. ad ann. 1000. manifeſtat, perſuaſum Romani habuerint, utraque praefatorum Sanctorum corpora ab III. Othone Benevento Romam fuiſſe translatam. His autem ſic diſſidentibus, de quo in praeſentiarum nil quaero, conſiſtit tamen Abbatum Caſſinenſium noſtra Chronologia, annuſque Chriſti milleſimus cum tertio anno Abbatis Joannis aptiſſime ab Oſtienſi eſt comparatus. Qui Abbas, ut idem perhibet Auctor lib. 2. cap. 29. *eo quo defunctus eſt anno* (nempe 1010.) *quendam nepotem ſuum Joannem, cognomento Rotundulum, quem ante dies non plurimos Monachum fecerat, ad mortem veniens, in Abbatem ſubſtituit, paucis admodum ſuper hoc ſibi conſentientibus, vel potius coacte id ſufferentibus Monachis. Quorum autem pars potior, ac ſanior erat, nimis haec indigne ferentes, & Neophytum tantae Congregationi praeeſſe minime congruum judicantes, poſt menſes aliquot mandaverunt Pandulfo Principi Beneventano* (fruſtra viri docti hanc lectionem uno, alteroque modo ſolicitant, quae ex omnibus editionibus, & ex M. S. eſt exemplari, atque ex Beneventanorum etiam Principum Genealogia, & Chronologia quam ſolidiſſime firmatur) *ut veniret, filiumque ſuum Atenulfum illis in Abbatem ordinandum adduceret.* Quibus ad votum peractis (pergit Oſtienſis) *Rotundulus tali ordine pulſus, Beneventum rediit, atque patrocinio propinquorum, & conſenſu, ac conceſſione praefati Principis, Monaſterii Sancti Modeſti in eadem urbe Abbatiam recepit.* Per reſiduos igitur menſes praedicti anni 1010. quo deceſſerat Abbas Joannes III. perque menſes aliquot alios inſequentis anni 1011. praeſediſſe Joannem hunc Rotundulum, dicendum eſt, Monachis interim ſe ei ſubeſſe indignantibus, ac Principem Beneventanum occulta primum conſpiratione, dein etiam legatione advocantibus, reque haud dubie ſermonibus ultro, citroque habitis aliquantiſper, & ad exitum fere

Digitized by Google

veris anni 1011. dilata; quo tempore Atenulfum ſuffectum fuiſſe, ſtatim exponam. Silent autem tum Oſtienſis, tum ambo Indices definitum Rotunduli ſpatium; cujus nec nomen quidem in iis legitur, deque eo ad utrorumque exemplum nullus mihi peculiaris habendus eſt ſermo (1).

Joannes III. ſedit a 14. fere Kal. Octob. ad 15. Kal. Aprilis per ſubſcriptos annos.

An.Ch.	Ind.	Joan.	An.Ch.	Ind.	Joan.	An.Ch.	Ind.	Joan.
997	10	1	1002	15	6	1007	5	11
998	11	2	1003	1	7	1008	6	12
999	12	3	1004	2	8	1009	7	13
1000	13	4	1005	3	9	1010	8	Continuat an. 13. non exact.
1001	14	5	1006	4	10			

JOANNES IV. Rotundulus nepos, & ſuffectus Joanni III. ſedit a 15. Kal. Aprilis anni 1010. ad exitum fere veris anni 1011.

ATENULFUS.

PAndulfi II. Principis Beneventani filius, quem Otho Imperator (ſecundus videlicet) puerum a patre obſidem, ut Oſtienſis perhibet lib. 2. cap. 29. ſuſceperat, ab Imperatoris cuſtodia cum evaſiſſet, Beneventum rediit; atque cucullam, ſub qua fugiens latitaverat, ex concepto in infirmitate, dum ad ſuos remeat, voto, abjicere nolens, Monachus factus, degebat Beneventi, quo tempore ad ſuſcipiendam Caſſinenſem Abbatiam fuit a Monachis invitatus. Illum, forte, Pandulfus pater, ut Otho-

(1) Miror tamen Peregrinium nullam nobis memoriam prodidiſſe de electione, ſeu (ut dicam melius) intruſione Docibilis Cajetani in Caſs Abbatem, ut Oſtienſ. l. 2. c. 28. narrat, ea nimirum ex cauſa, quod qui Joannes iſte III. Abbas conterminorum Comitum praepotentia ſeſe oppreſſum cognoſceret, Capuam ad tempus aliquod conceſſit. Qua arrepta occaſione Monachi ejus ſeveritatis pertaeſi Docibilem Cajetanum *vitae ſimplicis virum*, Abbatem intruſerunt. Qui poſtea, regreſſo fort. in Caſſ. Mon. Joanne, Docibilis Cajetam regreſſus eſt, relicto Praeſulatu, cui jure competere noſcebatur.

Digitized by Google

Othonis arma in anno 982. a se repelleret, ac patrium Principatum Beneventanorum in anno antecedenti, expulso Landulfo filio Pandulfi Caputferrei, adeptum retineret, in pignus promissae fidelitatis ei tradiderat. Qui jam dicto ordine *Abbas electus trigesimusseptimus, sedit annis undecim*, Ostiensi perhibente l.2. c.31. & utroque Indice. *Hujus anno ordinationis tertio* (verba sunt ejusdem Auctoris ibid.) *Domini vero millesimo quartodecimo, quo tempore Paschalis festivitas ipsa die S. Marci juxta calculi rationem extitit, Henricus Rex venit Romam, & coronam Romanii Imperii de manu Benedicti VIII. Papae recepit*. Quae Henrici coronatio, ut ex aliis constat monumentis, peracta cum fuerit 6. Kal. Martii; dicendum certe est primum annum Atenulfi numerari coeptum post Februarium anni 1011. & sane ante aestatem; quandoquidem idem Ostiensis lib. eod. cap.37. tradit, *hujus Abbatis anno septimo* (nempe inchoato) *coepisse Normannos, Melo Duce, expugnare Apuliam*; quod Anonymus Cassinensis in annum refert 1017. simulque Lupus Protospata, hic per menses aestivos id gestum indicans, ambo autem Ostiensi concordes; qui *ante hos circiter sexdecim annos*, scilicet vergente anno Christi Millesimo, Nortmannos numero quadraginta Salernum ab Saracenis obsessam liberasse prodit, idque nec in alium annum retulit praefatus Anonymus. Leo autem caute addidit τὸ: *circiter*, aperiens, se eam summam annorum sexdecim ad exactissimi calculi rationem minime supputasse. Atenulfi itaque epocha statuenda erit in Vere jam dicti anni 1011. vel ad exitum veris. Qui iram cavens praedicti Henrici, ex causis Ostiensi descriptis lib. 2. cap. 39. *cupiensque Constantinopolim ad Imperatorem confugere, Hydruntum, mare ingressurus, perrexit; conscensaque navi, naufragium passus, atque demersus est*: in anno videlicet 1022. sicut ejusdem sedis spatium annorum undecim exigit, ac Anonymus Cassinensis, recentioresque omnes una simul adfirmant. Ipse quidem in vivis agebat, Abbatiam retinens mense Majo, anno dicto; quando data

Digitized by Google

reperitur chartula in Regiſtro Petri Diaconi exarata pag. 157. a tergo, in qua ejus fit mentio, ſcilicet *anno ſeptimo Principatus Paldulfi* (in Regiſtro eſt, *anno tertio*, ſed manifeſto errore, ex repetitione anni 3. Paldulfi filii) *& tertio anno Principatus Paldulfi filii ejus, menſe Madio, Indictione quinta*. Sane Atenulfi tempore quinta Indictio haud in alium annum incidit, quam in 1022. Dies vero ejus obitus nemini adnotata, conjicienda videtur in menſem Junium, nam ſucceſſor Theobaldus in exitu ejuſdem menſis electus eſt, de quo ſtatim (1).

Atenulfus ſedit ab exitu fere veris ad menſem Junium per ſubſcriptos annos (2).

An.Ch.	Ind.	Aten.	An.Ch.	Ind.	Aten.	An.Ch.	Ind.	Aten.
1011	9	1	1016	14	6	1021	4	11
1012	10	2	1017	15	7	1022	5	Continuat annus 11. Atenulfi.
1013	11	3	1018	1	8			
1014	12	4	1019	2	9			
1015	13	5	1020	3	10			

THEOBALDUS (3).

IN Abbatem ſublimatus eſt 4. Kal. Julii, eodem anno, quo Atenulfus tranſmarinum iter ſuſceperat, deceſſeratque, cum in Monaſterio Caſſinenſis adeſſet ſuperius dictus Imp. Henricus, & Romanus Pontifex Benedictus VIII. a quo *die altera Nativitatis Apoſtolorum Petri, & Pauli honorabiliter eſt conſecratus*; ut Oſtienſis lib. 2. cap. 42.

(1) In Chron. Caſſ. Oſt. l. 2. c. 35. habetur mentio litis inter Cajetae Duces, & Comites Trajecti, quae contra Monaſterium Caſſin. pro terris aliquibus, & ſylvis in confiniis Aquini compoſita inde fuit tempore Atenulfi Abbatis, ut ex Placito in Arc. Caſſin. ap. Gattul. diſſ. to. 1. fol. 110. in quo intervenit quoque Pandolfus Arch. Capuae. Unde corrigendus Monacus, & Ughel. qui To. VI. Ital. Sac. de Arch. Cap. col. 322. ait, Pandulfum Arch. obiiſſe anno 1008. ea quidem non ante ann. 1013. accidere potuit, cum compoſitio peracta fuerit in anno II. vel III. Abb. Atenulfi, qui electus fuit anno 1011. & Oſt. Chron. lib. 2. c. 30. ad 35. plura narrat huic compoſitioni antecedentia.

(2) Obiit Prid. Kal. Jun. ex Necr. ut ſup.

(3) In Necrol. S. Bened. Capuae dic. *Tibaldus*.

Digitized by Google

42. & ejus deflorator Anonymus Caſſinenſis teſtantur. Quo etiam tempore Odilo Cluniacenſis Abbas, eodem adfirmante Oſtienſi lib.2. cap.52. ad Caſſinum veniens, de B. Mauri ſacris reliquiis Caſſinenſibus ſe tranſmiſſurum promiſit; quod *poſt ſeptem annorum* vertigines re complevit (hoc eſt exacto Chriſti anno 1029.) ſed jam Theobaldo in Marchias digreſſo, perſecutionem Pandulfi Principis Capuae declinante. *Hic vero ſecundus, & trigeſimus hujus Coenobii Abbas* (verba ſunt Oſtienſis lib.2. cap.51.) *ſedit annis tredecim*, ſicut etiam habent ambo ſaepius laudati Indices. *Primo autem anno ejus Abbatiae* (nempe non dum exacto) *anno Dominicae Incarnationis* 1023. *praefatus Pontifex Benedictus duo argentea ſcrinia, plurima Sanctorum pignora continentia, ad Eccleſiam Caſſinenſem direxit*, quod ab eodem Auctore adnotatur lib. 3. cap. 30. Sed cum Pandulfus hujus nominis IV. Capuae Princeps, qui in anno 1022. ab Imp. Henrico carceri mancipatus; ipſoque Imp. in anno 1025. defuncto, vinculis ſolutus, Capuam per annum integrum, atque dimidium, ut perhibet Oſtienſis lib.2. cap.57. (per annum habet Anonymus Caſſinenſis) obſeſſam, & expugnatam iterum obtinuiſſet, nempe ante menſem Majum Indictione nona, anno videlicet 1026. quod ex antiquis chartulis conſtat a Michaele Monacho in ſuo Sanctuario pag. 640. & a Conſtantino Cajetano in Commentario in Vitam Papae Gelaſii II. pag.29. relatis; cum, inquam, Princeps ille Pandulfus Capuam jam dicto anno denuo recepiſſet (dicam cum Oſtienſi) *Theobaldum Abbatem, ſimulata benivolentia ſecum apud Capuam, quaſi pro utriuſque ſecuritate, remorari rogavit: immo coegit. Quod ille* (pergit idem Auctor lib.2. cap.59.) *cum per annos ferme quatuor ſuſtinuiſſet* (ad annum uſque 1030.) *clam mandavit Sergio Duci Neapolitano, ut conſtituto condicto die cum militibus ad locum deſignatum veniret, ſeque reciperet; quod & factum eſt*. Atque hoc pacto Neapolim incolumis ductus, *inde poſt dies aliquot in Marchias eſt profectus* (tunc S. Mauri reliquiae Caſſinum allatae fue-

fuerunt) *ubi in Monaſterio S. Liberatoris per quinque circiter annos, uſque ad obitum, eſt honeſtiſſime converſatus*: Defunctus vero eſt 3. Non. Junii, ut idem Oſtienſis perhibet lib. 2. cap. 62. decurrente ſcilicet anno Chriſti 1035. quod nulla haeſitatione affirmo; nec auctoritate moveor editi Chronici Anonymi Caſſinenſis; in quo maxima illa, celebriſque ſolis defectio in anno facta 1033. in feſtivitate S. Petri, caeteraque ſuperioribus annis geſta, in ſuos annos recto ordine cum fuerint relata, Theobaldi tamen obitus incongrue cum anno comparatus eſt 1034. Qui anticipationis perpetuus eſt in eodem Chronico error ab anno jam dicto 1034. ad annum 1152. ex errore ſcilicet olim commiſſo in exemplari Caſſinenſi, ſignato num. 47. ex quo illa ejuſce Chronici pars fuit deprompta. Quem ſimul errorem in alio Caſſinenſi exemplari, qui adſutus ſcripto eſt Chronico Oſtienſis, & Petri Diaconi, pariter inſidere obſervavi, & ad annum uſque cuſtoditum 1188. ad quem annum librarius commiſſi a ſe errati his verbis monendum lectorem duxit: *Uſque modo*, inquit, *anni Dominicae Incarnationis, & Indictiones, & caetera, quae debuerant nigrae ſcripturae praeponi, fuerunt poſtpoſita* (ſingulae enim annorum, caeterorumque temporum Notae ſingulas lineas occupantes, ex conſueto tunc more rubrica fuerunt depictae) *de hinc vero praeponuntur anni Domini, & caetera*: quod ſervavit. At in Codice ſignato num. 199. tempora cum fuiſſent bene digeſta; ſeu, ut verius dicam, in Codice illo perpetuus ejuſmodi error cum fuiſſet congrue recenſitus, hinc accidit, ut caetera pars editi Anonymi, quae ab anno 1154. ex eodem Cod. exſcripta fuit, nullo tali vitio laboret. Sed de his nunc ſatis.

Theobaldus ſedit a Nativitate Apoſtolorum, hoc eſt a 3. Kal. Julii ad 3. Non. Junii per ſubſcriptos annos.

An.

Digitized by Google

An.Ch.	Ind.	Theo.	An.Ch.	Ind.	Theo.	An.Ch.	Ind.	Theo.
1022	5	1	1027	10	6	1032	15	11
1023	6	2	1028	11	7	1033	1	12
1024	7	3	1029	12	8	1034	2	13
1025	8	4	1030	13	9	1035	3	Continuat annus 13.
1026	9	5	1031	14	10			

SEDES VACAT (a).

Defuncto Abbate Theobaldo, inquit Ostiensis lib. 2. cap. 62. *Monachi quidem nullam electionem absque Principis* (Capuae scilicet) *nutu facere praesumebant: cumque jam fere annus evolueretur, praefatus Princeps quendam Monachum tunc in Capuano Monasterio Praepositum, Basilium nomine, genere Calabrum, qui olim, non dum Monachus apud Episcopium S. Stephani Ministerialis officium gesserat* (redditus curaverat Ecclesiae Cathedralis cui ab antiquo titulus S. Stephani Prot. adtributus, ob inlatas illuc hujusce Sancti reliquias a S. Germano Capuae Episc. ut To. II. hujus operis adnotavi) *eligere complacet* &c.

Sedes igitur vacavit a 3. Kal. Junii anni 1035. ad eundem mensem anni sequentis 1036.

BASILIUS.

Abbas trigesimus tertius, sedit annis duobus. Ostiensis, cui concordant Indices, lib. 2. cap. 63. scilicet supputandis ab anno 1036. mense Junio ad Prid. Idus Maii anno 1038. quo Richerius ejus successor est electus. Sed Anonymus Cassinensis in impresso Cod. ex errore superius dicto, Basilium figit ad annum 1037. nec non caetera omnia concurrenti tempore gesta perverse notat. Chartula autem in Reg. Petri Diac. exarata pag. 143. quae data habetur *anno* 19. *Paldulfi* (scilicet 5.) *ejus filii*,

(a) *Sedes vacat ab ann.* 1035. *ad ann.* 1037.

Digitized by Google

lii, menſe Auguſto, Indictione 2. (hic eſt annus Chriſti 1034.) *in Sancto Germano*, nec depravatae Anonymi favet editioni, ut patet: nec ipſa per ſe conſiſtit; ni velimus ex unius negligentiſſimi Notarii notula omnem damnare Abbatum Caſſinenſium ex firmiſſimis documentis ductam hactenus conſtantiſſimam Chronologiam. *Anno autem Dominicae Incarnationis milleſimo trigeſimo octavo Conradus Imperator* (carptim Oſtienſis verba ex ipſius lib. 2. cap. 64. excerpo) *cum valido nimis exercitu tranſitis Alpibus, Italiam cum intraſſet, veniſſetque Mediolanum, ibi de hujus Monaſterii Prioribus aliquot illum adeuntes, univerſa, quae per tot annos a Principe Pandulfo mala pertulerant, retulerunt, orantes, ut tandem dignaretur venire, ac B. Benedicti Coenobium de tanti tyranni manibus dignaretur eripere.* Sic ille, de his, quae ad tempus expulſi Baſilii ſpectant, nam aliquanto poſt ſubdit: *Imperator Capuam eſt profectus, ut B. Benedicti Coenobium de ſervitute nequiſſimi Principis liberaret; quem Pandulfus praeſtolare minime auſus, una cum praedicto Abbate ſuo in Roccam Sanctae Agathae, arrepta fuga, ſe contulit; cum quo demum Conſtantinopolim adiit ad Imperatorem, cauſa adjutorii, ſive pecuniae.*

Baſilius ſedit a menſe Junio ad Kal. ejuſdem menſis per ſubſcriptos annos.

An.Ch.	Ind.	Baſil.	An.Ch.	Ind.	Baſil.
1036	4	1	1038	6	Continuat an. 2.
1037	5	2			

RICHERIUS.

ABbas Leodienſis Imperatorem Conradum in Italiam ſequutus, ad Abbatiam Caſſinenſem translatus eſt hoc ordine. Capuam intraverat Imperator in ipſis vigiliis Sanctae Pentecoſtes, quae eo anno 1038. celebrata eſt Prid. Idus Maii; alteraque die Civitatem egreſſus, apud Capuam veterem tentoria fixerat; eodemque in loco manens, eum Monachi Caſſinenſes adjerunt, rogantes,

Digitized by Google

tes, ut opere compleret, quae verbis promiserat: Abbatem sibi ante omnia constitui postulantes; quo annuente, Richerium elegerunt, ut pluribus tradit Ostiensis lib. 2. cap. 64. Ipse igitur *natione Bavarus* (verba sunt ejusdem Auctoris cap. 66.) *trigesimo quarto ordine Abbatiam hujus loci sortitus, sedit annis decem, & septem, mensibus sex. Cui Conradus Imp. anno, quo Abbas ordinatus est, apud Beneventum Praeceptum aureo sigillo bullatum de universis Monasterii pertinentiis fecit.* De spatio illius sedis concordat Index in Codice 202. sed alter addit dies decem; atque hoc pacto electum demonstrat kal. Junii; nam apud Aternum decessisse 3. *Idus Decembris, anno millesimo quinquagesimoquinto*, idem perhibet Ostiensis lib. 2. cap. 90. Editus Anonymus Cassinensis consueto errore obitum Richerii notat ad annum 1054. Sed nec Ostiensis absque culpa (ni luxatus sit ejus textus) dum tradit lib. 2. cap. 76. Laidulfum Teanensem Comitem aliquanto post Nortmannos ejectos e Terra Cassinensis Monasterii in anno 1045. de quo ibidem cap. 70. fraude captum fuisse a quodam Ardemanno, propinquo Abbatis Richerii. Nam Chartula apud Registrum Petri Diaconi pag. 202. Laidulfum ex ea captivitate dimissum manifestat in *anno 22. Principatus Guaimarii, Principatus Capuae anno 3. Ducatus Amalfiae anno 2. Ducatus Surrenti anno 1. mense Augusto Indictione octava*: hoc est in Anno Christi 1040. qui tertius sane fuit annus ab anno 1038. quo Guaimarius Princeps Salerni, eodem adfirmante Ostiensi lib. 2. cap. 64. Capuae Principatum ab Imp. Conrado obtinuit, de quo fusius alibi, (*& nos praecedenti Tomo in Cavensi Chr.*). Omittendum autem hoc loco non est, B. Benedictum, ut apud eundem habetur Auctorem lib. 2. c. 71. ipsa nocte, quae diem memoratae expulsionis Nortmannorum praecessit, per visum dicentem cuidam rustico viro, se in Cassinensi Monasterio diu cum Fratribus habitasse, sed ab illis ingratis ibi existentibus dein recessisse, ac Hierosolymam abiisse; ibique per XL., & am-

Digitized by Google

plius annos cum B. Stephano commoratum (an per annos LX. ab obitu ſcilicet Abb. Aligerni, & ab anno 986. ad annum jam dictum 1045. poſt cujus aetatem res Caſſinenſium frequentibus actae fuerunt infortuniis ?) ipſa tandem die ad illos redire : praedictum, inquam, Divum videri ejuſmodi ſermone exponere ſimul voluiſſe, ob parem per eoſdem annos B. Protomartyris ab Capua diſceſſum, cujus ipſe antiquiſſimus habebatur, eſtque nunc etiam Patronus, ac praecipuus Tutelaris, eandem urbem poſt mortem Principis Pandulfi Caputferrei, & ab anno 981. ad eandem uſque diem aerumnoſas ſibi ſuorum Principum mutationes, aptiori loco enarrandas, pertuliſſe : illaſque prae omnibus aliis acerbiores, quibus ob impietatem Pandulfi IV. ſaepius, & acriter divexatam fuiſſe conſtat. Qui Princeps ſuorum tandem impiorum facinorum luctuoſiſſimas luit poenas, ad infernales damnatus cruciatus ; ſicuti viſione cujuſdam Pythagorae ab Abb. Deſiderio Dialogorum lib. 1. deſcripta declaratur ; quam etiam teſtatus eſt Oſtienſis lib. 2. cap. 60. ſe illam accepiſſe perhibens a quodam Pandulfo, qui eam ab Pythagora metipſo acceperat. Nec eſt, quod a Pandulfo illo talem hic Auctor audire nequiverit narrationem; quam vir doctus altero etiam parum firmo perſuaſus argumento minime ab illo deſcriptam, ſed in ejus Chronicon ab aliis inſertam putavit (utinam ſic feciſſet de ea viſione Solitarii, de qua dixi ſuperius, nec a Petri Damiani vel fide, vel diligentia iterato, longoque ſermone recedendum eſſe contendiſſet) ; Nam Oſtienſis ibi verbis illis, *cujus ſuperius memoriam feci, qui non longo ante tempore defunctus fuit*, &c. de Principe Pandulfo IV. loquebatur; cui ſi Deſiderius fuit aequalis, & ipſe, qui Deſiderio Chronicon ſuum dicavit, aetate ſimul propinquus haud dubie fuit.

Richerius ſedit a kal. Junii ad. 3. Idus Decembris per ſubſcriptos annos.

An.

Digitized by Google

An.Ch.	Ind.	Rich.	An.Ch.	Ind.	Rich.	An.Ch.	Ind.	Rich.
1038	6	1	1045	13	8	1052	5	15
1039	7	2	1046	14	9	1053	6	16
1040	8	3	1047	15	10	1054	7	17
1041	9	4	1048	1	11	1055	8	18
1042	10	5	1049	2	12	An. 18. non exactus.		
1043	11	6	1050	3	13			
1044	12	7	1051	4	14			

PETRUS.

Quintus & trigesimus hujus Monasterii Abbas, sedit, anno uno, mensibus quinque. Ostiensis lib. 2. cap. 92. & Index in Codice 202. Minutiori autem calculo sedit aliis diebus XII. supputandis a die obitus praedecessoris ejus Richerii ad electionem usque successoris Friderici. Nec dubito, hanc dierum summam restituendam esse in altero Indice Abbatum, in quo supra antedictos annum, & menses Petro imputantur dies *XVII.* Ille vero electus cum fuisset, ut idem habet Ostiensis lib. 3. cap. 7. per eos dies, quibus Victor Papa II. Florentiae commorans pergere ultra montes ad Imperatorem disponebat Henricum II. ad quem perhibent illum pervenisse in anno 1056. cumque ipsius electio celebrata fuisset inscio praefato Pontifice, idque *ille nimis indigne*, ut Ostiensis usurpem verba lib. 2. cap. 93. *tulisset*, eo tandem deventum est, ut Petrus Abbatia se abdicarit, *in quinta Feria post Pentecostem anno* 1057. hoc est 11. kal. Junii; nam dicto anno Festum illud incidit in 15. kal. praedicti mensis, eodemque anno Pontifex Victor II. in Italiam reversus fuerat.

Petrus sedit a 3. Idus Decembris ad 11. *potius* 12. *Kal.* Junii per subscriptos annos,

An.Ch.	Ind.	Pet.	An.Ch.	Ind.	Pet.
1055	8	1	1057	10	Continuat annus 2. non exactus.
1056	9	2			

Digitized by Google

FRIDERICUS.

EX Ostiensis dicto lib. 2. cap. 94. *altera die post obdicationem Petri, ideſt ſexta Feria poſt Pentecoſtem, ingenti gaudio, & exultatione cunctorum de more Monaſterii Abbas electus eſt, Anno Domini milleſimo quinquageſimo ſeptimo. Qui natione Lotharingus* (ſic pergit idem Auctor cap. 95.) *trigeſimus ſextus Abbas hujus Coenobii, ſedit menſibus decem*; quod etiam ſpatium ei imputat Index in Cod. 202. ſed alter addit dies VIII. quos VII. fuiſſe meus me docet calculus: verum minutiora iſta minus curo. Cum autem Fridericus Abbatiam Caſſinenſem regendam ſuſcepiſſet, qua dictum eſt, die; nec multo poſt ab antedicto Pontifice Victore II. Presbyter Cardinalis titulo S. Chryſogoni fuiſſet ordinatus, eodem Papa defuncto 5. Kal. Auguſti ejuſdem anni 1057. in Papam electus ipſe eſt, atque appellatus Stephanus X. *quoniam Feſtum S. Stephani Papae* (inquit Oſtienſis lib. 2. cap. 96.) *eo die celebrabatur*, hoc eſt 4. Non ejuſdem menſis. Advixit vero Abbas ſimul, & Pontifex ad diem 4. Kal. Aprilis inſequentis anni 1058. cum jamdudum circa Natalis Domini Feſtivitatem, anni ſcilicet antecedentis, gravi languore detentus, in Monaſterio degens Caſſinenſi, poteſtatem feciſſet Prioribus novi Abbatis eligendi, qui Deſiderium praeficiendum eſſe conſtituerunt, ipſomet Stephano electionem comprobante: ſed tali conditione, ut ille Abbatiam non antea ſuſciperet, quam e Conſtantinopolitana legatione eodem tempore ei commiſſa, fuiſſet reverſus. Pontifice autem poſt tres menſes vita functo, Deſiderius, qui ex Italia non dum diſceſſerat, a ſuſcepto deſiſtens itinere, deſignatam Praefecturam ſtatim adivit, ut mox declarabo.

Fridericus ſedit ab 10. kal. Junii ad 4. Kal. Aprilis per ſubſcriptos annos.

An.Ch.	Ind.	Frid.	An.Ch.	Ind.	Frid.	
1057	10	1	1058	11		Continuat an. 1. non exactus

DE-

Digitized by Google

DESIDERIUS.

UT Oſtienſis perhibet lib. 3. cap. 1. & ſeqq. *ex nobiliſſima Beneventanorum Principum origine ſanguinis lineam ducens*, juxta inferius deſcriptum annorum ordinem, primum Monachus, dein Abbas Caſſinenſis, ac tandem Romanus factus eſt Pontifex, nomine dictus Victor III. Hic natus in anno fere 1027. vocatuſque Dauferius, atque *in anno circiter vigeſimo ſuae aetatis*, Chriſti 1046. patre a Nortmannis perempto orbatus, e ſolitaria, quam eodem tempore delegerat, vita a matre vi abductus, *perque annum pene integrum*, nempe 1047. ſub arcta cuſtodia ſervatus, exque ea in anno dilapſus 1048. aetatis ſuae 22. *Salernitanumque ad Principem Guaimarium, conſanguinitate ſibi propinquum, accedens, petenſque, ut quoniam in patria vivere Monachus non ſibi permitteba-tur, Deo quiete ſervire apud illum liceret*, voti compos, ad Monaſterium Sanctae Trinitatis, quod ad Cavam nuncupatur, ſe volente, ab eodem Principe tranſmiſſus fuerat: cum mater filium a propoſito dimovere non valens, ab illo impetravit, patrocinio etiam fulcta Beneventani Principis Landulfi, ſcilicet VI. (mallem. *Pandulfi*: nempe III. patris ejus) ut ſaltem Beneventum rediret, atque apud Monaſterium S. Sophiae ſub Monaſtica, ut expetebat, profeſſione degeret; quae ipſe non recuſavit, *ſicque tunc primum mutato nomine, Deſiderius appellari coepit, nam uſque ad id tempus Dauferius vocabatur*. Ibi autem *per aliquot annos* commoratus (puta tres, & ad annum uſque aetatis ſuae 25. Chriſti 1051.) ad Monaſterium Tremitenſe, in Inſulis Diomedeis (*quae e Dauniae conſpectu in Hadriatico mari, nomine adhuc* Tremiti, *retento, viſuntur* Prat.) ſitum, ſe contulit; ubi *non parvum tempus* (haud quidem diuturnius ſeſquianno, vel circa) exegit; unde abiens in exitu fere anni 1052. aetatis ſuae 26. *& aliquandiu apud Traſimundum Comitem*, Theatinum videlicet, ejuſque uxorem *ſibi affinem* hoſpitatus: hoc eſt uſque ad initium menſis Februarii anni 1053.

Digitized by Google

1053. aetatis ſuae 27. *ab ea die ad tertiam Dominicam poſt Paſcha per tres circiter menſes* apud montis Majellae Solitarios manſit; ac tandem iterum ad S. Sophiae Monaſterium rediit. *Poſt vero non multos dies*, Papa Leone IX. e partibus ultramontanis regreſſo, ac Beneventi degente, eidem factus valde familiaris, *in Altaris etiam officio illi adhaeſit, & Evangelium ad ejus Miſſas legit*: eo ipſo ſcilicet anno 1053. quo idem Pontifex menſe Junii a Nortmannis in Apulia bello victus, poſt novem circiter menſes Romam repedavit, & in anno obiit 1054. At Deſiderius deinde in languorem decidens, Salernum petiit, ibique aliquantiſper commoratus, Beneventum ad S. Sophiam remeavit, & *aliquantulo tempore exacto*, quoniam rumor increbuerat, Victorem Papam II. ab ultramontanis partibus Romam adveniſſe (advenit Victor in anno 1055. aetatis Deſiderii 29.) ad illum Florentiae tunc degentem acceſſit, eodem ſcilicet anno Synodum celebrantem Florentinam; ibique *per aliquantulum tempus manens*, ad Petrum non ante multos dies, id eſt in exitu praefati anni 1055. electum Abbatem Caſſinenſem, literis ejuſdem Papae illi commendatus, receſſit, ineunte videlicet anno 1056. aetatis ſuae 30. *a quo decenter ſuſceptus, ac Monaſticam conſecrationem adeptus, in eodem Monaſterio aliquandiu honeſte eſt converſatus; nec multo poſt ad Capuanum Monaſterium eſt tranſmiſſus Praepoſitus. Sed cum Pandulfus ipſius Civitatis Princeps* (nempe V., quem hinc adparet non antea defunctum) *indigna quaedam, juxta priorum temporum conſuetudinem, ei vellet injungere*, ipſe Capua ſecedens, ad Richardum ſe contulit, Averſanum Comitem, *tunc praefatam urbem obſidione expugnantem; ſicque in obedientiis*, ſeu dicas Eccleſiis, ac praediis ſitis extra urbem, eidemque Campano S. Benedicti Monaſterio ſubjectis, *aliquandiu* ſe continuit. Verum Friderico Caſſinenſem Abbatiam obtinente in anno 1057. atque in Summum Pontificem eodem anno ordinato, ad illum *in menſe Auguſto* praefati anni, aetatis vero ſuae 31. perrexit; a quo *paucis diebus elapſis*

Digitized by Google

elapſis infirmus Caſſinum rediit, quo *poſt quatuor circiter menſes* idem Pontifex ſe contulit, deque novo Abbate eligendo circa ipſam Natalis Domini feſtivitatem Monachis poteſtatem fecit; qui Deſiderium conclamarunt, ipſi Pontifici jam pridem apud Beneventum, tempore Leonis IX. & nuper in Caſſinenſi Monaſterio *ante non plenum biennium*, tempore Abbatis Petri, etiam familiarius notum. Abbatiae tamen adminiſtrationem haud ille ante obitum praefati Papae ſuſcepit ex cauſa ſuperius in Friderico expoſita; coepitque ſedere a die Paſchatis, anni 1058. quae tunc incidit in 13. kal. Maii. Romanum poſtea Pontificatum cum in Pentecoſte anni 1058. quae tunc incidit in 13. kal. Maii. Romanum poſtea Pontificatum cum in Pentecoſte anni 1086. hoc eſt 9. kal. Junii, recuſſaſſet; ſuſcepiſſet autem, fuiſſetque conſecratus *anno* 1087. 13. *Kal. Aprilis*, *die Dominico in Ramis Palmarum*, nomen ſortitus Victoris III. Abbatiam nihilominus ad praedeceſſoris exemplum non dimiſit, ſed ad obitum uſque retinuit; qui, ſi Petro Diacono in Auctario ad Oſtienſem lib. 3. cap. 71. juxta fidem ſcripti exemplaris, & editionis Neapolitanae ſteterimus, *migravit ad Dominum* 16. *Kal. Octobris*, *anno Domini* 1087. *a Patris autem Benedicti anno DLXXIX.* (reſtituo *DLIX.* ut declaratum eſt, ubi de conſtructione Monaſterii Caſſinenſis) *cum praefuiſſet in hujus Monaſterii regimine annis* 29. *menſibus* 4. *diebus* 16. *In ſede vero Apoſtolica ab ipſo ſuae electionis exordio*, *anno uno*, *ſacrationis menſibus quatuor*, *diebus ſeptem*: Sin autem diligentiorem ſequemur calculum, deſcriptum in Indice praefixo Codici 202. ſedit Abbas (tempora ipſius Pontificatus praeterita ibi fuere, quae nec Petrus diligenter admodum computavit) ſupra jam dictos annos 29. integris menſibus quinque. Sed omnium diligentiſſime Auctor alterius Indicis illi dat *annos XXIX. menſes IV. dies XXIIX.* (ſic enim ibi dierum numerus reſtituendus eſt, qui modo habet dies *XXII.*) quod ſane annorum, menſium, & dierum intervallum defluxiſſe deprehenditur a 13. kal. Maii, & a Paſchate

anni

Digitized by Google

anni 1058. ad 16. kal. Octobris antedicti anni 1087. Editus Anonymus Caſſinenſis ex conſueto errore annum ſuſceptae a Deſiderio Abbatiae anticipat, ac pariter dimiſſae; ſicuti intermedia etiam tempora, & geſta omnia antevertit, excepto anno Dedicationis majoris Eccleſiae Caſſinenſis, in anno celebratae 1071. in quo cum Oſtienſi bene convenit, hoc ipſo anno illam actam perhibens: ſic nempe eo loci ab ejuſdem editionis Auctore recenſitus, qui praefatae celeberrimae conſecrationis annum memoriter, ac prompte retinebat; ſcriptumque exemplar, numero ſignatum 47. ex quo, ut in Theobaldo dixi, natus eſt ejuſmodi anticipationis error, ipſi ſolummodo in Chriſti anni haberi adverterat depravatum. Sed praeſtat nunc nonnullos Abb. Deſiderii actus, deſcriptos ab Oſtienſi, ad ejuſdem Auctoris normam, ſeriatim, & per tempora exponere. Qui lib. 3. cap. 12. inter priora ejus geſta notat, quod *ille Adenulfo Cajetano Duci gratiam Principis conciliaverit*: nempe Richardi I. qui ex Comite Averſae Campanum Principatum limitata quadam poteſtate in anno obtinuit 1058. pleniſſime autem in anno 1062. poſt quem annum, in anno videlicet 1063. atque exacto menſe Majo, qui Deſiderii fuit annus 6. Richardum cum Adenulfo concordaſſe, eique Ducatum Cajetanum retinere, ignotis nunc conditionibus, permiſiſſe, intelligere eſt ex innumeris antiquis Chartulis; in quibus ipſe una cum filio Jordano, aeque Principatus dignitate inſignito, Dux etiam Cajetae ab anno jam dicto 1063. appellari coepit: quo ſimul tempore Romanam Campaniam pervaſerat, de quo fuse alio loco. *At Deſiderius*, inquit Oſtienſis lib. 3. cap. 28. *anno ordinationis ſuae nono, Divinae Incarnationis milleſimo ſexageſimo ſexto, menſe Martio, Indictione quarta, Beati Benedicti Eccleſiam tam parvitate, quam deformitate theſauro tanto, tantaeque Fratrum congregationi incongruam, evertere a fundamentis aggreſſus* (editus Anonymus Caſſinenſis haec figit ad annum 1065. ſuo more) ipſam magnificentius inſtaurandam ſuſcepit; quam *intra quinquennii*

ſpa-

ſpatium abſolutum, ut idem perhibet Auctor cap. 30. ſolemnitate maxima dedicandam a Summo Pontifice Alexandro II. curavit, *die Kalendarum Octobrium*, *anno Incarnationis Divinae* 1071. *Indictione* 9. (pro 10. quae cepta erat kal. Sept. niſi Indictionem ipſe incepiſſet enumerare a kal. Jan. *Pratill.*) *die Sabathi*. *Tranſactis vero* (verba pariter ſunt Oſtienſis, ſed in Deſcriptione conſecrationum Eccleſiarum Caſſinenſium una cum Quatuor antiquis Chronologis Neapoli ſub Ignoti Auctoris nomine edita) *a praefata Dedicatione tribus annis*, *totidemque menſibus*, *anno videlicet a Salvatoris Nativitate* 1075. *incipiente*, *tertio Nonas Januarii Eccleſiam B. Bartholomaei Apoſtoli*, *quae ad occidentalem partem Majoris Eccleſiae ſatis decenter ſita erat*, *cum grandi iterum laetitia dedicari fecit a Joanne Epiſcopo Sorano* (hic fuerat ejuſdem Coenobii Monachus, ut Petrus Diaconus habet in Auctario ad Oſtienſem lib. 3. cap. 34. eandem deſcribens conſecrationem). *Quo etiam anno* (nempe 1075.) *poſt octo circiter menſes*, *reliquae duae Baſilicae in extremis exterioris Atrii*, *Turrium modo*, *hinc inde locatae*, *pari ſtudio*, *& honore ſacratae fuerunt* 4. *Idus Septembris*, &c. quae etiam repetit idem Petrus loco praedicto. Atque haec de Deſiderio. Ceterum idem Petrus injuſte a viro docto reprehenditur, quod lib. 3. cap. 42. praepoſtero ordine quandam a Campanis Clericis, ſeu dicas Canonicis cum Monachis Caſſinenſibus diſceptationem Capuae habitam coram Gregorio VII. *in anno*, ut ipſe putat, *ſui Pontificatus primo*, Chriſti ſcilicet 1093. quo ſane anno fuit Capuae Gregorius, retulerit poſt Synodum ab eodem Summo Pontifice Romae coactam. Nam Petrus de ea Romana Synodo eſt ibi locutus, in qua ſtatutum eſt (ejuſdem Auctoris ſunt verba) *ut ſi quis a Laico Eccleſiae inveſtituram acciperet*, *dans*, *& accipiens anathemate plecteretur*. At illam in anno Chriſti 1078. 6. Pontificatus Gregorii, 13. kal. Decembris, Indictione 2. celebratam conſtat; cujus Acta habentur lib. 6. epiſtolarum ejuſdem Papae poſt epiſt. 5. Quo ſimul anno, kal. Junii, Indi-

Digitized by Google

ctione 1. Gregorius Capuae adstitit, ut ex ipsius epist. 1. praedicti lib. 6. aperitur: nempe, ni fallor, cum Principe tunc agens Jordano de comprimendo Duce Roberto Guiscardo bonorum Romanae Ecclesiae invasore; in quem eodem tempore etiam conjuraverunt plurimi ejus Comites; nam dicto anno 1078. Jordani pater Richardus, & ipse Pontifici olim infensus, ab excommunicatione solutus decesserat 8. Id. Aprilis, quinta Feria in Coena Domini. Petrus vero post descriptam Romanam Synodum statim de Clericis, & Monachis invicem altercantibus verba fecit; nempe tempus non motae, sed decisae litis attendens, quae definita videtur in eadem Synodo; extat enim in ipsius Petri Reg. pag. 21. Gregorii VII. privilegium, *datum Romae anno 6. sui Pontificatus 7. Idus Decembris Indictione 2. quo censuit praefatus Apostolicus* (verbis etiam dicam Petri) *tam Archiepiscopum, quam & Capuanos Clericos in perpetuum ab illa quaestione quiescere* &c.

Desiderius itaque sedit a 13. Kal. Maii ad 16. Kal. Octob. per hos annos.

An.Ch.	Ind.	Desid.	An.Ch.	Ind.	Desid.	A.Ch.	Ind.	Desid.
1058	11	1	1069	7	12	1080	3	23
1059	12	2	1070	8	13	1081	4	24
1060	13	3	1071	9	14	1082	5	25
1061	14	4	1072	10	15	1083	6	26
1062	15	5	1073	11	16	1084	7	27
1063	1	6	1074	12	17	1085	8	28
1064	2	7	1075	13	18	1086	9	29
1065	3	8	1076	14	19	1087	10	30
1066	4	9	1077	15	20	Ann. 30. non exactus.		
1067	5	10	1078	1	21			
1068	6	11	1079	2	22			

ODE-

Digitized by Google

ODERISIUS

TRiduo antequam Desiderius, qui & Victor III. vita decessisset, omnium Monachorum unanimi voto, ut Petrus Diaconus tradit lib. 3. cap. 71. Abbas ab eodem Pontifice fuit constitutus, sive ut minutiori sermone idem habet Auctor lib. 4. cap. 1. *Cum Papa graviter infirmaretur, in Capitulo Fratrum se deferri in lecto praecepit; ibique admonuit Fratres, ut juxta quod B. Benedicti Regula praecipit, Abbatem sibi de ipsa Congregatione eligerent. Inter Fratres vero habito consilio, omnes pari consensu praedictum Oderisium, qui ex Marsorum Comitum origine lineam sanguinis ducebat, ad tantum ordinem recipiendum dignum proclamantes, elegere. Quod cum praedicto Papae Victori retulissent, ipse voluntatem eorum, & electionem valde laudavit, eundemque protinus vocari faciens, omnino invitum per Virgam, & Regulam de Abbatia investivit; in qua sedit annis decem & octo, mensibus duobus, diebus decem & octo.* Sic Petrus ibi. Sed Index in Codice 202. praescriptos quidem annos, & menses Oderisio adsignat, nullos tamen addit dies, ex librarii forte incuria; quos alter Index levi varietate notat 17. nam hic Abbas obiit, eodem testante Petro lib. 4. cap. 24. quarto Nonas Decembris, scilicet anno 1105. Etsi Anonymus Cassinensis in Codice edito annum electionis ipsius, aeque ac obitus, non suo, sed alieno, ut solet, anticipat errore. *Porro cum ab hac Dedicatione* (sic pergit Ostiensis in superius laudata Descriptione post expositam consecrationem binarum ecclesiarum novissime actam, curante Abbate Desiderio in anno 1075.) *annus jam quartusdecimus, & ab Incarnatione Dominica millesimus, & nonagesimus volueretur* (annos supputat 14. nescio qua deceptus fallacia, qui ex ipsiusmet calculo fuerunt quindecim, menses duo, & dies octo) *tribus jam annis, & tribus ac sexaginta diebus a transitu Reverendae memoriae Desiderii Abbatis elapsis, praesidente, atque jubente Domno Oderisio Reverentissimo successore ipsius,*

Digitized by Google

dedicata eſt Eccleſia S. Confeſſoris Chriſti Martini, quam praedictus Abbas Deſiderius mirifice, ac pulcherrime in ſexdecim marmoreis columnis erexerat (totidem columnas numerat Petrus Diac. lib.4. cap.8. qui lib.3. cap.34. decem & octo fuiſſe declarat): *Dedicata eſt autem* 14. *Kal. Decembris: ipſa videlicet die Octavarum ejuſdem Confeſſoris Chriſti Martini, Feria ſecunda*. Haec ille, ipſiſſimiſque verbis Petrus l.4. c.8. ex fide M. S. Codicis, & utriuſque antiquioris editionis; hoc tamen excepto, quod *annos* 14. *a Dedicatione Majoris Eccleſiae*, hoc eſt ab anno 1071. elapſos tradit; quos Oſtienſis, ut dictum eſt, ſupputaverat ab recentiori conſecratione minorum eccleſiarum in exteriori atrio ſitarum, atque ab anno 1075. Ex quo manifeſte intelligimus, haud hunc ipſum Petrum, ut alii ſibi perſuaſerunt, ejuſmodi Deſcriptionis fuiſſe Auctorem; ſed quem dixi Oſtienſem, qui palam id teſtatur, cum ibidem ſpondet, ſe *alio loco*, nempe in grandiori Chronico, quod re complevit lib.3. cap.28. & ſeqq. *cum reliquis operibus praedicti Domni Abbatis Deſiderii latius expoſiturum, quanta gloria, quantaque frequentia major illa Eccleſia fuerit conſecrata*. Et vero quiſquis ejuſce deſcriptionis putandus ſit Auctor, ille quidem *propriis oculis viſa* ſcribere ſe adfirmat, haud cum Petri aevo comparanda; qui in anno Chriſti 1115. primum ſuae aetatis agebat luſtrum, eodemque tempore B. Benedicto fuit oblatus: de quo dicam infra in Abb. Girardo. *At annis poſt iſta tribus* (ſic Oſtienſis ubi ſupra poſt deſcriptam conſecrationem eccleſiae S. Martini, in anno actam 1090.) *& tribus inſuper, ac ſeptuaginta diebus exactis, anno ſcilicet Incarnationis Dominicae* 1094. *Indictione ſecunda, menſis Januarii die trigeſima, ſecunda Feria* (Characteres hi omnes jam dicto competunt Chriſti anno) *dedicata eſt eccleſia B. Andreae Apoſtoli, praeſidente Abbate Oderiſio: ea nimirum die* (hoc eſt recurrente) *qua Caſtrum, quod Frattae dicitur, recepimus; quod videlicet triennio ante* (in anno 1091.) *a vicinis Normannis furatum nobis fuerat, atque perſuaſum, ſed die* . . . . . (ſup-

(ſuppleo 3. *Kal. Februarii*) *Domino auxiliante, receptum, atque ob ſempiternam illius triumphi memoriam in eadem die* (anniverſaria, ut dixi, ac tranſacto triennio) *conſecrationis hoc ſolemne ſtatutum*. Sic ibi. Nec in alium annum hanc Dedicationem retuliſſe videtur editus Anonymus Caſſinenſis, conſueto anticipationis errore eam notans ad annum 1093. ad quem etiam & ad Indictionem nihilominus ſecundam, diemque Januarii trigeſimam eam refert Petrus Diaconus lib.4. cap.9. in univerſis editionibus, & in manu exarato exemplari; ſed mente certe lapſus; nec advertens Indictionem II. haud competere anno a ſe deſcripto, ſed anno 1094. cui rite aſſignat Oſtienſis; ipſeque ſuo ſe gladio confodit Petrus, conſecrationem actam conſentiens triennio poſtquam Caſtrum Frattarum fuerat recuperatum; ipſius autem amiſſionem, & recuperationem certis temporum characteribus circumſcriptam, in annum rejiciens 1091. perhibet enim Caſtrum deperditum *in Feſtivitate S. Priſcae*, hoc eſt 15. kal. Februarii, *perque integram hebdomadam*, ad diem ſcilicet 7. kal. ejuſdem menſis, invaſorem commonitum ab Abbate, ut illud redderet, *& quarta tandem die*, tertio videlicet kal. menſis antedicti, fuiſſe a Monachis receptum; *ſeptima vero die*, nempe ab tranſacta hebdomada illa, hoc eſt 4. Non. Februarii, *dum praefatus Abbas cum Papa Urbano Capuae eſſet, Rainaldum Ridellum Caſtri uſurpatorem publice eidem Abbati ſatisfeciſſe*; qua die Purificationis B. Mariae feſtum colebatur: Urbanus autem Beneventum tunc pergebat ad Synodum ibi jam dicto anno 1091. celebrandam. Ceterum *hoc praeſidente Abbate* (Petri ſunt quoque verba lib.4. cap.23.) *anno Domini milleſimo centeſimo tertio, ſeptimodecimo anno promotionis ſuae, dedicata eſt Eccleſia S. Stephani, Nonis Decembris, &c.*

Oderiſius ſedit a 16. kal. Octobris ad 4. Non. Decembris per ſubſcriptos annos.

An.

Digitized by Google

An.Ch.	Ind.	Oder.	An.Ch.	Ind.	Oder.	An.Ch.	Ind.	Oder.
1087	10	1	1094	2	8	1101	9	15
1088	11	2	1095	3	9	1102	10	16
1089	12	3	1096	4	10	1103	11	17
1090	13	4	1097	5	11	1104	12	18
1091	14	5	1098	6	12	1105	13	19
1092	15	6	1099	7	13	An. 19. non exact.		
1093	1	7	1100	8	14			

OTTO

EX nobiliſſima Fundenſium Conſulum proſapia ortus, Abbas hujus Monaſterii triceſimus nonus, ſedit anno uno, menſibus decem; electus eodem tempore, quo Princeps Capuae Richardus (ſcilicet II.) *infirmitate graviſſima laborabat: qua ingraveſcente, vita deceſſit. Quo etiam tempore defuncto IV. Imp. Henrico, Henricus V. filius ejus Romani Imperii gubernacula regenda ſuſcepit*: Sic Petrus Diaconus lib. 4. cap. 26. epocham, & ſpatium Abbatiae Othonis probe conſignat, quem dein cap. 30. perhibet obiiſſe Kal. Octobr. nempe anno 1107. exactis, quos ei imputaverat, anno uno, & menſibus decem, ab 4. Nonas Decembris, anni ſcilicet 1105. quot etiam illi imputat uterque Abbatum Index. At cum vides a Petro Othonis electionem comparari cum anno obitus Principis Richardi, & Imperatoris Henrici IV. qui aliis dicitur III. ſic ejus verba accipienda eſſe adverte: ut Richardum intelligas tempore praedictae electionis, atque initio menſis Decembris, anno 1105. infirmitate detentum, diem obiiſſe in exordio ſequentis anni 1106. ſicut aptiori loco declarabitur, quo etiam anno, menſe Auguſti Henricum vita deceſſiſſe, Auctores adfirmant omnes. Refellas hinc oportet editionem Anonymi Caſſinenſis, in qua conſueto errore Othonis electio notatur ad annum 1106. Principiſque Richardi II. obitus ad annum 1105.

Otho ſedit ab 4. Nonas Decembris ad Kal. Octobris per ſubſcriptos annos.

An.

Digitized by Google

An. Ch.	Ind.	Oth.	An. Ch.	Ind.	Oth.	
1105	13	1	1107	15		Continuat an. 2. non exactus.
1106	14	2				

BRUNO

EX *illustri Astensium civium prosapia ortus, & ex Episcopo Signino Monachus factus Cassinensis, est tandem electus Abbas ejusdem Monasterii quadragesimus, quadragesimo quarto die ab Ottonis Abbatis depositione extante; seditque annis tribus, mensibus decem.* Petrus Diaconus lib.4. cap.31. Abbatiam igitur suscepit Bruno Idibus Novembris, anno 1107. vel die sequenti; a qua die computatis ejus sedis annis & mensibus antedictis, illam ad Idus usque Septembris retinuisse videtur. Verum Indices supra tres annos ei adsignant menses undecim, ita ut Brunonem Abbatia se abdicasse innuant mense Octobri: ad Pontificis enim Paschalis II. imperium, ipsam dimisit, ut pluribus tradit idem Petrus lib.4. cap. 42. qui diem silet abdicationis. De hoc autem quidquid sentias, edito Anonymo Cassinensi haud adsentiri poteris, exordium hujus Abbatis in anno statuenti 1106. exitum vero in anno 1110. qui suo more haec tempora antevertit.

Bruno sedit ab Idibus Novembris ad Idus vel Septembris, vel Octobris per subscriptos annos.

An. Ch.	Ind.	Bru.	An. Ch.	Ind.	Bru.	An. Ch.	Ind.	Bru.	
1107	15	1	1109	2	3	1111	4		Continuat an. 4. non exact.
1108	1	2	1110	3	4				

GIRARDUS

EX *nobilissima Marsorum Comitum progenie originem ducens, hujus Monasterii Abbas quadragesimus primus, sedit annis undecim, mensibus tribus.* Petrus Diac. lib.4. cap.43. Index vero in Codice 202. nudum hujus, & sequentis Abbatis nomen exhibet, nec ulterius progreditur.

Digitized by Google

tur. At alter levi a Petro discrepantia ei assignat annos undecim, menses duos, dies viginti octo; quem obiisse 16. Kal. Februarii, anno videlicet 1123. idem Petrus scribit lib. 4. cap. 77. quo pacto electum demonstrat 16. kal. Novembris, anno 1111. quando praedecessorem Brunonem Abbatia se abdicasse, expositum est supra. *His porro temporibus* (verba sunt praefati Auctoris lib. 4. cap. 66. Monachatus sui initia enarrantis) *Petrus Diaconus anno Dominicae Incarnationis quintodecimo, centesimo, atque millesimo, primo aetatis suae lustro* (restitue *secundo*, ut constabit in subsequenti Oderisio) *a parentibus suis B. Benedicto oblatus, & a jam dicto Girardo susceptus, sub eodem per annos bis quatuor eruditus est*: scilicet ad exitum usque praedicti Abbatis; & ad annum 1123. Ex quo etiam apparet consuetus in editione Anonymi Cassinensis error, ubi Girardi electio, & obitus integro anno citius figitur.

Girardus sedit ab 16. kal. Novembris ad 16. kal. Februarii per subscriptos annos.

An. Ch.	Ind.	Gir.	An. Ch.	Ind.	Gir.	An. Ch.	Ind.	Gir.
1111	4	1	1116	9	6	1121	14	11
1112	5	2	1117	10	7	1122	15	12
1113	6	3	1118	11	8	1123	1	Continuat an. 12. non exactus.
1114	7	4	1119	12	9			
1115	8	5	1120	13	10			

ODERISIUS

Hujus nominis II., atque *a B. Benedicto quadragesimus secundus Abbas, ex Sangrorum Comitum prosapia suae originis lineam ducens, sedit annis tribus, mensibus quatuor, diebus quindecim*. Petrus Diaconus lib. 4. cap. 78. A quo nonnihil discrepat Index, qui reliquam Abbatum seriem repraesentat, dans Oderisio II. supra annos, & menses praedictos, alios dies viginti sex. Sed haec discrepantia paucos dies, non annos proturbat illius sedis; quem de Abbatia expulsum aliquanto post Pa-

Digitized by Google

Paſcha, in anno ſcilicet 1126. eo anno celebratum 3. Idus Aprilis, idem Petrus tradit lib.4. cap.83. parumque refert, an ille ad Prid. Kal. an 3. Idus Junii ſederit, vel ob id praecipue, quod varia haec ſupputatio ad concordiam redit in ſubſequenti Abbate Nicolao; exque ea nullum ſane procedit incommodum. Idem autem Petrus deſignatam a me Oderiſii II. epocham demonſtrabat, Meteora illa in anno viſa 1123. Prid. Non. Aprilis (in Chronico Anonymi Caſſin. conſueto errore notantur ad annum antecedentem) & a ſe deſcripta lib.4. cap. 79. ad ipſius Abbatis tempus referens, haud quidem multo ante electi; quandoquidem addit, *tunc temporis Pandulfum Comitem de Sexto jurejurando firmaſſe eidem Oderiſio totam ex integro Abbatiam*, &c. quae confirmatio, ex conſueto more, in exordio ſuſcepti muneris acta videtur. Parique ratione idem Auctor cap. 92. ea, quae geſta fuerant in anno 1124. ad aetatem retulit ejuſdem Abbatis; unde nec ejus electionem apud editum Anonymum Caſſinenſem ad annum 1122. expulſionem vero ad annum 1125. congrue repraeſentatam intelligimus; nec ipſum Petrum lib.4. cap.66. ſine mendo eſſe, dicentem, ſe in anno 1115. *primo ſuae aetatis luſtro*, hoc eſt quinquennem, B. Benedicto fuiſſe oblatum, & in *vigeſimo primo anno* ſuae vitae ſcripſiſſe Paſſionem B. Martyris Marci, & Sociorum ad Abb. Oderiſium; nam ſic ille, ſibi pugnans, Oderiſii ſedem produxiſſet ad annum Chriſti decimum ſextum ſupra milleſimum centeſimum decimum quintum: hoc eſt ad annum 1131. quo, ut manifeſtum eſt, vigeſimum primum ſuae aetatis egiſſet annum, in ipſis etiam Actis S. Marci manu exaratis iterum a ſe inculcatum. Reſtituas igitur oportet loco jam dicto, *ſecundum* luſtrum agentem, ac decennem, Petrum Sacro Monachorum coetui aggregatum, ceſſabitque omnis inconvenientia, ut conſideranti patet.

Oderiſius II. ſedit a 16. Kal. Februarii ad Prid. Kal. ſive ad 3. Idus Junii per ſubſcriptos annos.

Digitized by Google

An.Ch.	Ind.	Oder.	An.Ch.	Ind.	Oder.	
1123	1	1	1125	3	3	
1124	2	2	1126	4	4	Non exactus.

NICOLAUS

N*Atione Tuſculanus ſedit anno uno, menſe uno, diebus ſexdecim* Petrus Diac. lib.4. cap.89. Hujus ſedem, ſive cum eodem Auctore, ut ſuperius indicabam, ſupputes a Prid. Kal. ſive cum Indice Abbatum, a 3. Idus Junii, anni 1126. diem plane 17. Kal. Auguſti anni 1127. non eſt tranſgreſſus, nam Index ille ad Petri rediens concordiam, imputat ei poſt annum, & menſem dies non plures, quam ſex. Dies tamen electionis ſucceſſoris ejus Senioreti ſi attendatur, ceſſiſſe Abbatiae dicendum erit Nicolaum 4. Idus Julii; ſed his nimis ſcrupuloſe non inſiſto. De Anonymi autem Caſſinenſis male curata editione magis curo, de qua nil addam nunc amplius: cum ex hactenus dictis, annorum errorem in Theobaldo expoſitum, perpetuo in ea inſidere, jam facile deprehendi poſſit. Sed utinam nec uno modo, nec frequentiſſime ibi quoque peccatum.

Nicolaus ſedit a Prid. kal. ſeu a 3. Idus Junii ad 4. Idus Julii per ſubſcriptos annos.

An.Ch.	Ind.	Nic.	An. Ch.	Ind.	Nic.	
1126	4	1	1127	5	2	non exactus.

SENIORETUS

H*Ujus Coenobii Abbas a B. Benedicto Quadrageſimus-quartus, ſedit annis novem, menſibus ſex, diebus decem, & novem: electus 4. Idus Julias* Petrus Diac. lib. 4. cap.94. cui concordat Index Abbatum. Sed ſemetipſum refellit Petrus lib.4. cap.104. in Caſſinenſi exemplari, & in antiquioribus editionibus, tradens, Senioretum deceſſiſſe *quinta Feria, Idus Februarii*, anno videlicet 1137. a qua die retrocedendo ad 4. Idus Julias anni 1127. di-

nu-

Digitized by Google

numerantur anni 9. menſes 7. dies 4. Sique contra fidem ſcripti Codicis cum editione Neapolitana praedicto cap. 104. ſive 103. pro *Idus* legas: *Nonis Februarii*, *Feria quinta*, ſex quidem ille poſt novem annos ſediſſet menſibus, ſed diebus inſuper vigintiquatuor, ut ratiocinanti patet. Cujus nihilominus noviſſimae editionis lectionem ad Petri mentem magis accedere, non inficior; qui electum ſucceſſorem Rainaldum poſt ſex dies ab obitu Senioreti, cum Feſtum S. Scholaſticae celebraretur, ſcilicet 4. Idus Februarii, diſerte docet lib. 4. cap. 104. ſive 105. Verum anno 1137. quo obiit Senioretus, haud dies Nonarum, ſed Pridie Nonas Februarii in quintam incidit Feriam; ad quam plane diem adnotatur ejus mors in Emortuali Caſſinenſi omnibus Auctoribus praeferendo; nec idem Petrus in alium annum Senioreti obitum retulit, tradens cap. 100. ſive 101. tunc tertium diem poſt Feſtivitatem Epiphaniae, hoc eſt 6. Idus Januarii, in ſextam Feriam incurriſſe.

Senioretus ſed. a 4. Idus Jul. ad Pr. Non. Februarii per hos annos.

An.	Ch.	Ind.	Senior.	A.	Ch.	Ind.	Senior.	A.	Ch.	Ind.	Senior.
1127	5	1		1131	9	5		1135	13	9	
1128	6	2		1132	10	6		1136	14	10	
1129	7	3		1133	11	7		1137	15	Continuat an. 12 non exact.	
1130	8	4		1134	12	8					

DEFUNCTO SENIORETO, inquit Petrus Diac. lib. 4. cap. 104. *jam ſex dies tranſierant, cum ad Feſtum S. Virginis Chriſti Scholaſticae Fratres undique ad Monaſterium convenientes, & de electione Abbatis inter ſe tractantes, dividuntur in partes: & una quidem Rainaldum Calamentanum, qui poſt Abbas extitit, alia Rainaldum Etrurienſem eligere diſponebant.* Sic Petrus, qui poſt haec alterum ex his duobus a ſe dictis Rainaldis tandem electum, ſed adeo implexo expoſuit ſermone, ut qui ejus Chronici Venetam, omniumque primam editionem curavit, minus bene Auctoris mentem aſſecutus,

Digitized by Google

Calamentano tunc per ſchiſma commiſſam Abbatiam, ſibi perſuaſerit; in quam ſententiam Petri etiam textum reformavit; ſed illum editio Neapolitana in primitivam, ſcriptoque exemplari concordiorem reſtituit lectionem; nullatenus tamen ab iis, qui Seriem Abbatum Caſſinenſium poſtea deſcripſerunt, attentius examinatam. En Petri germana verba: *Cum inter ſe*, inquit, *Fratres plurima conferrent, viſum demum Prioribus eſt, ut electio differretur, uſquequo ad Regem Rogerium, Romanumque Pontificem, tunc Piſis remorantem, Nuntios deſtinarent; per quos Caſſinenſis Coenobii fortunam notificare, & ſuper tali negotio illorum conſilium praeſtolari valerent. Sed cum ad hoc alteram partem flectere nullo modo poſſent (contradicentibus, & renuentibus aliis, qui ſupradictum Rainaldum Calamentanum eligere diſpoſuerant) eundem Rainaldum apprehendentes, in Patris Benedicti Cathedra illum locantes, ſibi in Abbatem conſtituunt.* Docti itaque viri perſuaſum habentes, τὸ: *eundem Rainaldum*, ad Calamentanum proxime quidem, ſed in parentheſi haud ſibi obſervata, deſcriptum referri; non autem ad antecedentem Etrurienſem, non hunc, ſed illum tunc per ſchiſma Abbatem conſtitutum putaverunt; quorum interpretationem a Petri mente, & a vero quam longiſſime aberrare, manifeſta auctoritate probatur editi Anonymi Caſſinenſis; qui ad annum 1136. (jam noſti reſtituendum eſſe 1137.) defuncto Abb. Senioreto, ſubrogatum in ejus locum ait Rainaldum Tuſcum: iſtoque eodem anno depoſito, ſuffectum Guibaldum: ac Guibaldo ſe abdicante, Rainaldum alterum fuiſſe ſubſtitutum; quod etiam perhibet in binis ſcriptis exemplaribus: quin ſententia clariori Rainaldum Tuſcum, ſive Etrurienſem, Guibaldi anteceſſorem, ſucceſſorem vero Rainaldum facit Calamentanum, in Codice ſcilicet 47. his verbis. *Obiit Senioretus Abbas. Rainaldus Tuſcus fit Abbas*, &c. *Rainaldus hujus loci electus deponitur. Guibaldus ordinatur, qui poſt XLIV. dies recedit. Rainaldus Colemt. fit Abbas*: In Cod. autem 199. eadem ſic: *Rainaldus hujus loci electus depo-*

ni-

Digitized by Google

nitur; Guibaldus ordinatur, qui post XL. dies recedit. Rainaldus Colimt. fit Abbas. Nec compendiata illa verba. *Colimt. Colemt.* aliud exprimunt vocabulum, quam. *Colimentanus*, ſicut in Italica Diſſertatione de Colimentanae familiae origine a me ante triennium habita expoſitum eſt: qua Auctores alterius opinionis perſuaſos ſententiam mutaſſe, ac per me profeciſſe (ſuntque de hoc mihi tum Neapolim, tum alibi teſtes plurimi, & locupletiſſimi) non poſſum non laetari. Sed redeo ad Rainaldum, qui in ſchiſmate electus, ipſeque Anacletiani ſchimatis fautor, a Pontifice Innocentio II. eodem anno 1137. Caſſinenſi in Monaſterio una cum Imp. Lothario III. commorante, canonice depoſitus eſt, ut Petrus Diac. prodit lib. 4. cap. 123. Venetae, & Pariſienſis editionis: ſcilicet die poſt ſextam feriam quatuor temporum, menſe Septembri; cum per Cardinales, eodem tradente Auctore cap. 121. & 122. ipſius cauſa examinata fuiſſet *per quartam, & quintam Feriam tertiae hebdomadis, menſis praedicti, ſecundo poſt Feſtum S. Crucis die, & per ſextam quoque feriam quatuor temporum*, hoc eſt 17. 16. & 15. kal. Octobris, in quos dies praefatae feriae anno jam dicto inciderunt. Sedit igitur Rainaldus Tuſcus a 4. Idus Februarii ad 14. kal. Octobris, menſibus ſcilicet ſeptem, & diebus ſeptem. Nec his contraria habet editio Neapolitana, licet in multis extremo hoc loco contra fidem ſcripti exemplaris manca, quae plene exhibent priores editiones; illaque ſi cum Baronio apocrypha judicabis, non Petro, ſed ejuſce univerſi Chronici ſaepe dicto cenſori adſcribas par eſt; nam continenti textu, eademque manu, qua ſuperiora, nec non poſteriora, & quidem antiqua, exarata fuiſſe, apparet. Sed in praefata etiam Neapolitana editione multa alia poſt haec deſunt, nulla cenſura a Baronio notata, nullumque in ſcripto exemplari aſſertae novitatis indicium praeferentia.

GUI-

Digitized by Google

GUIBALDUS

EX Abbate Stabulenſi Abbas Caſſinenſis, poſt depoſitionem Rainaldi Etruſci, electus eſt, commorantibus adhuc in Caſſinenſi Monaſterio Innocentio, & Lothario praedictis; qui illinc diſceſſerunt octavo, poſtquam advenerant, die; ac Feſtum S. Martyris Mauritii, quod agitur 10. kal. Octobris, in Eccleſia S. Petri Apoſtoli apud Aquinum celebrarunt. Iſta pluribus Petrus Diac. lib. 4. cap. 125. & 126. juxta priores editiones, & ſcriptum exemplar; quae, & plura alia his conjuncta, deſunt in editione Neapolitana. Abbatiam igitur Guibaldus ſuſcepit 13. kal. praedicti menſis, quam ſponte dimiſit 4. Non. Novembris ejuſdem anni, ut idem Auctor perhibet lib.4. cap.110. ſive 128. cum ſediſſet diebus 44. quot etiam dies ei aſſignat Anonymus Caſſinenſis in M. S. Codice 47. ſed in Codice 199. diminute ſolos dies 40. verbis ſuperius relatis in Rainaldo Tuſco.

RAINALDUS

CUm jam duodecim dies a Guibaldi diſceſſu tranſiſſent, a Monachis in Abbatem eſt electus, die videlicet Iduum Novembris, Petro Diacono referente lib.4. cap.111. ſive cap.129. Abbatiamque ad obitum uſque, cum eſſet ſimul Cardinalis, perpetuis tenuit annis 29. nam anno Chriſti deceſſit 1166. ut in Chronico habetur Anonymi Caſſinenſis, eo loci minime depravato, ut dixi in Abbate Theobaldo: *Hic autem Rainaldus* (ejuſdem Petri ſunt verba) *e nobiliſſimo Marſorum Comitum genere, in Valeria ſcilicet Provincia ſanguinis ſui lineam ducens, tertio aetatis ſuae luſtro ſub Oderiſio II. Beato Benedicto fuerat oblatus*, &c. Fuit igitur ordinatus Abbas in anno ſuae vitae, fere, viceſimo octavo; gentilitio nomine appellatus *Colimentanus*, ut ſuperius expoſui. Ex cujus gente quatuorcentum quinquaginta abhinc

Digitized by Google

hinc annis praefignis familia *Barilis*, nuncupata, Neapoli antehac, & etiamnum multijugi dignitate clara prodiit (1). Atque haec de Abbatibus Caſſinenſibus ſatis; namque nec Petrus Diacon. Chronicon ipſius Monaſterii poſt Leonem Cardinalem Oſtienſem ulterius produxit; ad cujus facem hic Chronologicus Canon eſt a me inſtitutus.

FINIS.

CA-

(1) Rainaldus II. Colementanus praefuit ab Idib. Nov. 1137. ad V. Kal. Nov. a. 1166. ut ex S. Bened. Necrol. Ipſi ſucceſſor datus eſt Theodinus ab prid. Kal. Novembris ejuſdem anni ad XVIII. Octobris ſequentis a. 1167.

Digitized by Google

CAMILLI PEREGRINII

DISSERTATIONES

De Institutione, Finibus, & Descriptione antiqui Ducatus Beneventani,

Quibus adjectae sunt notae Francisci Mariae Pratilli.

ILLUSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO DOMINO

CAMILLO MELZIO

CAPUAE ARCHIEPISCOPO

NUNTIOQUE APOSTOL. APUD CAESAREAM MAJEST.

QUi patriae amor humanis insidere pectoribus, scriptoresque vexare admodum solet, Illustrissime Domine, haud sua dulcedine animum adeo perfudit meum, ut suavissimo veri etiam amore non tenear, optemque praeclarum urbium hujus Regni laudes silentio premi, oblivionique tradi; quoniam iis Capuae decus, quae natale mihi solum, obfuscari, vel minui videatur: Tuo nimirum exemplo edoctus, qui unus cunctis excultissimi, praestantissimique viri ornamentis redimitus, in praeclarorum virorum, gestorumque laudibus continue, & cum voluptate versaris, excellentis id esse virtutis peculiare munus quam convenientissime ratus. Namque cur aliis suas invideam laudes, minime quidem habeo; vel si meae urbis spectem uberis soli, benignique coeli, & naturae dona; vel si humanas quasvis mente concipiam praerogativas, quibus affatim ea redundat, meritissimeque gloriatur. Est enim Capua singulari Dei beneficio hoc dignata munere, ut ab ejus incunabulis, & ante annos plus minus bis mille quingentos circumpositarum urbium obtinuerit principatum, pluresque postea passa ca-

la-

Digitized by Google

lamitates, & excidia ad primitivam ſemper redierit dignitatem, aliiſque vel praeeſſe, vel praeferri, interruptis licet vicibus, perque temporum intervalla bis, & tertium ſuorum civium virtute freta, minime vero ex ſupremi alicujus Regis arbitrio, obtinuerit; nec noſtra hac aetate ſuper caeteras omnes Regni Civitates praeſigni non etiam fulget decore; quippe quae poſt clariſſimam Neapolim Metropolim primas in generalibus Regiis Comitiis facile obtineat, ac tueatur. Alienae itaque gloriae cum non ſit mihi invidendum; nec Campanos meos magnopere de hoc, ſed de praecellenti illa Avorum noſtrorum dignitate recentibus meritis, clariſque operibus conſervanda, augendaque ſolicitos eſſe velim, communem noſtratium Langobardorum Hiſtoriam, qua praecipuarum urbium hujus Regni patefient primaevi honores, carptim exponendam ſuſcepi, ut per quos rerum caſus Cis Tyberina haec Italia in praeſentem poſt Romani Imperii occaſum devenerit ſtatum, liquido cognoſcatur; viciniſſimoque exemplo moneantur, qui nunc vel proſpera, vel adverſa utuntur fortuna, nec inſolentia ferri, nec deſperatione dejici: ſed alteram ſortem vel caute timeant, vel ſperent tandem non defuturam. Et Capua quidem Te Archiepiſcopum cum obtinuit, a benigniori ſydere aſpici viſa eſt; qui acri ingenio, miraque dexteritate, & quod praeſtantiſſimae Tuae virtutis ſpecimen eſt, eximia morum gravitate, & innocentia, atque animi in primis moderatione, multimodaque doctrina, & juris praeſertim prudentia praeditus (Tua nunc mitto Hiſtoricae, ac caeterarum amoenarum ſtudia facultatum) ſola Tui nominis majeſtate, quod totius Romanae Curiae favor ex diutino, nec uno experimento concelebrabat, collabentes mores erexiſti, ordineſque Eccleſiaſticos ſuae dignitatis memores reddidiſti, ſpemque feciſti, caetera quoque omnia in laetiorem, decentioremque faciem brevi eſſe reditura. Sed, & Tu, Illuſtriſſime Domine, poſtquam digniſſimo iſto munere Pontificiae Legationis ad Caeſaream Majeſtatem feliciſſime fueris fun-

ctus, ad nos laetus redeas, & incolumis, quod unanimi bonorum omnium voto a D. O. M. ſummis precibus efflagito; meumque juge obſequium, devotioniſque in Te meae exiguum hoc monumentum benigne excipe, atque ſi tanti eſt, ipſum etiam fove. Vale.

Illuſtriſs. & Reverendiſs. Dominationis Tuae

Deditiſſimus Servus
Camillus Peregrinius Alex. F.

AMI-

Digitized by Google

AMICO LECTORI

HAud magnam de meis me hisce studiis confidentiam alere, Langobardorumque antiquitatem, aliis neglectam minime ad vulgi gustum exponentem, falli etiam potuisse, cur modo negabo, Amice Lector, qui priorem Librum, cum ejus editionem aggrederer, nimia festinatione congestum, ac procusum fuisse, non ignoraverim, nec tacuerim? At in ipsius operis limine perquam deformiter me offendisse, vanaque jactantia, atque ut autumant, assentandi studio angustos terminos antiquae Provinciae, seu Ducatus Beneventani, quem cum Carolo Sigonio de Regno Italiae lib. 7. persuasum habent, antiquo ferme Samnio inclusum, finibus praestantissimi hujus Regni Neapolitani aequiparasse, hoc sane exploratissima scientia, maturaque observatione cum pronunciaverim, nullo aequanimiter animo ferre possum. Et qui meus in Beneventanos cives amor, apud quos antehac ne notus quidem fueram, valuisset immeritam genti laudem, in hac praesertim curiosissima, peritissimaque omnis eruditionis aetate, impellere, ut adscriberem: cum in pangendis carissimae, nobilissimaeque meae Patriae laudibus, sic ubi locus fuit, durior, nimisque sobrius, quinimmo & injustus, meis municipibus sim visus; susceperimque non urbium, vel populorum encomia in Declamatorum morem congerere; sed penitissimam vere, & severe exponere antiquitatem; quam fucis, & coloribus artificiose obumbratam nec gratiam, nec fidem ullam apud solidae doctrinae peritos demereri me posse non ignorabam? Secundum itaque Langobardicae meae Historiae Librum, cujus editionem maturabam, cum de prioris Epigraphe iniquum, quod dixi judicium, accepi, in tres dispertiendum partes est visum; primamque a Typographo opportune jam absolutam, quae Ducatus Beneventani institutionem, priscosque latissimos ejus fines, observatamque in eo a Langobardis Dynastis descriptionem exponit, nulla mora evulgandam, injustamque mihi inculam

Digitized by Google

festinato diluendam esse constitui: ne scilicet dilata aliquandiu defensio majori mihi esset praejudicio futura; censorque meus ex Libri titulo feliciter, ut sibi persuasurus foret, prosternato audentior factus, pari fiducia in reliquum opus acrius desaeviret, putaretque caetera quoque omnia simplici hoc dicendi genere ibi, vel alibi a me enunciata ex animi simul levitate, & imperite fuisse conficta. Cui laus etiam omnis, quae urbis non sit suae, dolere quoniam solet, haud dubito, quin visurus sim etiam ei immodice in praemissa nuncupatoria Epistola Capuae extulisse dignitatem, quam vel ipse ignoret, vel aliis summopere expetat ignorari. Sed sciat profecto, neminemque latere simul debet, me patriae meae encomia quamsobriissime, & summatim eo loco delibasse, quae ab omnis aevi Scriptoribus honorificentissimis fuerit titulis celebrata; dictaque Alta *Silio Ital. lib.*12. *&* Prudentio *in Hymno* 11. Amplissima *Ciceroni cont. Rull.*2. Ἀρχαῖον κάστρον, Antiqua urbs *Constantino Porphyrog. de Adm. Imp. cap.*27. Aurea *Anonymo Historico Salern. a me edito*. Caput urbium *Floro lib.*1. *cap.*16. *Eutropio lib.*2. *& Isidoro Etym. lib.*15. *cap.*1. (Κεφαλὴ ἡ οὖσα κατὰ τὴν ἐτυμότητα τοῦ ὀνόματος, Caput existens juxta proprietatem vocabuli, *inquit Strabo lib.*5.) Circumpositarum primaria *Leoni Ostien. lib.*1. *cap.*52. Clarissima *Livio lib.*26. Colonia Julia Felix *Frontino de Coloniis*; *idque idem Strabo ibidem de Campanis sui temporis loquutus innuebat*: Νυνὶ inquit, μὲν τοι μετ' εὐπραγίας διάγυσι, Nunc autem cum felicitate vitam agunt (a). Dives *Virgilio Georg. lib.*2. *& S. Paulino Nolano in Nat. S. Felicis* 3. Florens *Ciceroni Philipp.*2. Florentissima *Plutarco in Hannib. si tamen ejus*. Illustrissima *Alexandro Telesino lib.*2. Ὑπερμεγέθης Ingens *Constantino Porphyr. loco jam dicto*. Maxima *Livio lib.*7. *& Floro lib.*1. Πασῶν ποτὲ μακαριότης. Omnium olim felicissima Po-

(a) Tu le, Lector, hos Auctores, eorumque haec dicta per aetates congrue dispone; quod absque prolixo, & importuno admodum sermone mihi non licuisset.

Digitized by Google

Polybio l. 3. in Catalogo clararum urbium Campaniae. Μέγα χάσρον, Magna urbs *praefato Conſtantino ubi ſupra.* Μέγιστη Ampliſſima *Suidae in* Καπύη. Nobilis *Livio lib.* 26. Nobiliſſima *eidem ibi, Paulo Diac. Hiſt. Romanae lib.*15. *& Sabellico Hiſt. Ennead.*11. *lib.*1. Nobiliſſima urbs Campaniae *Pandulfo Collenucio lib.*1. Opibus valens *Auſonio in Catal. urbium.* Opima *Sidonio Carm.*5. Opulenta *Livio lib.* 25. *& Bartholomaeo Fatio de geſt. Alfonſi lib.*4. Opulentiſſima *Livio lib.*7. *&* 26. *& Paulo Diac. de geſt. Langob. lib.*2. *cap.*11. *ſive* 17. Opulentiſſima omnium, quae procul a mari habitantur ad dextcram Italiae, Roma excepta *Pomponio Melae lib.*2. *cap.*2. Ornatiſſima *Ciceroni cont. Rull.* 2. Pervetuſta *praedicto Fatio lib.*2. Pinguis *Columellae lib.*10. Potens *Livio lib.*26. Potens Pelago, Cultu, Penu, Delitiis, Opibus, Fama *Auſonio ubi ſupra.* Praeclara *Ciceroni cont. Rull.* 3. Praevalida *Livio lib.* 26. Πρῶτον χάσρον, Prima urbs (*omnium ſcilicet Italiae cis Romam*) *Conſtantino Porph. loco laudato.* Pulchra *Beniamino Tudelen. in Itinerar.* Pulcherrima *Livio lib.*7. Pulcherrima ex Italia *eidem, & Ciceroni cont. Rull.* 2. Regia urbs *Joanni Antonio Campano in Vita Brachii lib.*5. Romae aemula *Auſonio in Catal. ſaepius dicto.* Roma altera *eidem ibi.* Speciosa *in Bullis, quibus Campani Principes Nortmanni ſua Diplomata muniebant.* Sublimis *Silio lib.*17. Validiſſima *Plutarco in Hannibale; & ut majora ejus etiam elogia prolixioribus verbis pleriſque auctoribus concepta praeteream,* Uberrima *Alexandro Teleſino lib.*2. *Deſinat itaque cenſor meus moleſtus mihi eſſe, deque alienis praerogativis contriſtari; Tuque, Amice Lector, ex tui animi in laudabilia omnia propenſione, exque praeclaro etiam monito ſapientis viri Plinii Caecilii lib.*8. *epiſt.*24.

Reverere gloriam veterem, & hanc ipſam ſenectutem, quae in homine venerabilis,

IN URBIBUS SACRA EST.

Et inſuper: Recordare quid quaeque civitas fuerit, nou ut deſpicias, quod eſſe deſierit. *Vale.*

DIS-

Digitized by Google

DISSERTATIONES

Quae hac prima parte continentur.

I. Ducatus Beneventanus quando inſtitutus.
II. Ducatus Beneventanus cur inſtitutus.
III. Ducatus Beneventanus quam late patuit.
IV. Fines Ducatus Beneventi ad Occidentem.
V. Fines Ducatus Beneventi ad Meridiem.
VI. Fines Ducatus Beneventi ad Orientem.
VII. Fines Ducatus Beneventi ad Septemtrionem.
VIII. Ducatus Beneventi in antiquas Provincias an tributus.

DIS-

Digitized by Google

DISSERTATIO I.

DUCATUS BENEVENTANUS QUANDO INSTITUTUS.

ITaliam olim haud humani consilii arbitrium, sed ipsamet inhabitantium populorum multiplex varietas, congenita veluti designatione, varias discriminabat in partes, quam tandem universam cum prisci obtinuissent Romani, ante omnes Augustus Caesar, qua magis libuit, usus descriptione, in undecim regiones distribuit: quod prodit Plinius lib. 3. cap. 5. Augustique placitum adeo subsecutis Imperatoribus sedit, ut quamvis plerique eorum nova ratione, ut hominum varia sunt ingenia, eandem iterum, iterumque duxerint describendam; nullatenus tamen primigeniam illam restituerunt unquam Topographiam. Post quos haud secus gessere se Langobardi, qui e Pannonia in anno Christiano 568. egressi, Gentium hanc Dominam Romano Imperio adimentes, diuturnaque possidentes aetate, sicut insolentem ut plurimum invexerunt Politiam, sic pariter novam describendarum regionum normam usurparunt: ditiones scilicet, ac Dynastias non antea observatas, interque eas cis Tyberim Ducatum instituentes Beneventanum. Cujus ad praesens longam, integramque Dynastarum seriem, eorundemque per spatia quingentorum annorum explanandam cum susceperim Chronologiam, congruas plane tum alias, tum de Instituti ejus Ducatus Tempore, & Causa, deque Finibus praemittere statui Dissertationes, etsi non omni, qua potuisset, diligentia elucubratas; siquidem res acta maximopere eas deposcit, Teque Langobardarum rerum Studiose Lector, non prorsus inutili excepturum confido lectione.

Pau-

Digitized by Google

PAulus igitur Diaconus, quo nec antiquior, nec de his, quae Langobardorum facta tractamus, disertior habetur auctor, in Historia ejus gentis lib. 3. cap. 16. editionis Frobenianae; capite autem 33. editionis Plantini, & Lugdunensis, Beneventanum Ducatum institutum fuisse a Rege Langobardorum Authari, sive Anthari his verbis demonstrasse videtur: *Circa haec tempora*, inquit, *putatur esse factum, quod de Authari Rege refertur; fama est enim, tunc eundem Regem per Spoletium Beneventum pervenisse, eandemque regionem cepisse, & usque etiam Rhegium, extremam Italiae Civitatem, vicinam Siciliae perambulasse. Et quia ibidem intra maris undas columna quaedam esse posita dicitur, usque ad eam, equo sedens, accessisse, eamque de hastae suae cuspide tetigisse, dicens: Usque hic erunt Langobardorum fines. Quae columna usque hodie dicitur persistere, & columna Autharis appellari.* Haec Paulus, qui statim post ista capite sequenti cum non alio antea loco Beneventani Ducatus meminisset, Zottum dicit, sive Zottonem *primum fuisse Ducem in Benevento annis viginti.* Quae ejus dicti interpretatio placuit tum aliis, tum Volfango Lazio lib. 12. De migrat. gent. qui ex producto Pauli, quem laudat, loco, ait Zottonem ab Rege Authari constitutum ibi Ducem. At Rex ille firma omnium adsertione Regnum inivit non ante annum 583. obiitque anno 590. Ergo per intermedios annos Ducatus exortus est iste, quod Sigonius lib. 1. de Regno Italiae subscribit, figitque ad annum 589. ea, forte, ductus ratione; quoniam Paulus adventum Regis Beneventum recenset inter novissima ejus gesta. Ab Sigonii vero, & a Lazii pronunciato longe abiere plerique, ac praecipue Antonius Caracciolus in Propylaeo ad Quatuor Chronologos a se editos, qui primus hanc ex proposito exagitavit controversiam, crediditque doctus vir, ne dum Paulum eis non favere, sed rerum actarum seriem, & Chronologiam ejusmodi adsertioni firmissime refragari. Verba sunt Caraccioli: *Non dicit Paulus Autharim cepisse Bene-*

ne-

Digitized by Google

neventum, ſed Beneventanam regionem: alioquin ſi ex eo, quod Beneventum veniſſe dicitur, colligi debet eam Civitatem expugnaſſe, & occupaſſe, profecto, & Spoletium expugnaſſe, & cepiſſe intelligere oporteret, quia Spoletium Autharis venit, & per Spoletium Beneventum. Atqui Spoletium diu antea a Langobardis fuerat occupatum, & Ducis ſedes factum, &c. Alterum, quod Caracciolus in eandem ſententiam contorſit argumentum, ex ipſa, ut dixi, rerum & annorum ſerie, atque ex ſubſequenti Ducum pendet Chronologia. Zottonem igitur voluit factum Ducem, Ducatumque Beneventanum jam pridem inſtitutum ante Regis adventum, & in anno 571. quod a Leone Oſtienſi lib. 1. cap. 48. editionis Neapolitanae demonſtrari perſuaſum habuit, tradente a Zottone ad annum Domini 891. quando Graeci Beneventum Langobardis ademerunt, tercentos viginti annos tranſiiſſe: ſenſitque, ni huic adſentiatur dicto, omnem corruere temporum rationem ab ipſomet Paulo traditam, aliiſque priſcis Scriptoribus conſonam. Sed hanc, quam Caracciolus adverterat inconvenientiam, forſan quoque viderat Scipio Ammiratus in Diſſertationibus Ducum, & Principum Beneventi, eamque ut declinaret, indicatum Oſtienſis locum ſolicitavit, eſtque opinatus, a Zottone, quem Ducem factum tradit in anno 573. ad praeſcriptum annum 891. revolutos fuiſſe annos 318. ac adventum Autharis poſtmodum contigiſſe, cum Regnum ille obtinuerat Langobardorum. Quod extremum ejus pronunciatum Caraccioli adſertioni quam maxime congruit, atque placuiſſe oportet cuivis Chronologo, qui Zottonem velit ante adventum Regis obtinuiſſe Beneventum. Inter quos cenſendus eſt Ignotus quidem, ſed non admodum novitius Auctor Indicis Ducum, & Principum ejuſdem urbis, qui praefixus adeſt ſcriptis Codicibus Hiſtoriae Anonymi Salernitani, de quo dixi, cum de eodem Salernitano diſſerui, initio: ille enim ſic habet: *Anno ab Incarnatione Domini quingenteſimo ſexageſimo octavo Principes coeperunt principari in Principatu Beneventano,*

Digitized by Google

quorum primus vocabatur Zotto. Opinatus igitur est Ignotus ille, eodem anno Langobardos Benevento, & circumposita regione potitos, quos eos e Pannonia egressos, Italiamque per Venetiam intrasse, obtinuisseque adfirmat idem Paulus Diac. lib.2. cap.6. sive 7. atque recentiorum omnium firma est adtestatio. Nec Horatius Tursellinus, qui in Epitome Historiarum lib.6. adserit constitutum Beneventi Ducatum a Rege Agilulfo, successore scilicet Autharis, ac proinde in anno circiter 591. aliam ab antedictis tulit opinionem; nam vel a Caracciolo non discrepat, Zottonis Ducatum connumerare oblitus, qui, ut dictum est, viginti annis Dynastiam tenuit, primusque qui post illum Dux est subsecutus, anno exorsus certe est 591. vel Agilulfum dixit pro Authari, atque Sigonio, & Lazio adhaesit, ad illorum exemplum Pauli textum interpretatus. Verumtamen hoc quolibet sese habeat modo, haud magni credimus faciendam Tursellini adsertionem, rati illum, ut ipse initio lib.1. de se fatetur, *non aurificis statera, sed populari trutina tempora examinare*.

Atque haec sunt de Anno instituti Ducatus Beneventani Scriptorum sententiae, quae mihi ad hanc diem innotuerunt. Quarum discrepantiis etsi valde crucior, magis tamen angit me, quod Paulus omnium antiquissimus (iisdem quamvis rebus biscentum, & eo amplius annis aetate minor) non suam, hoc est quam veriorem reputaverit, sed vulgi exposuerit opinionem; quam, ni fallor, a Beneventanis Beneventi aliquando positus dicerat, ut pote qui Langobardica scripsit Monachus in Cassino, sicuti intelligere est ex ejus Historia lib.1. cap. 26. & lib.6. cap.1. sive 2. & cap.13. sive 40. Monachusque redditus est postquam Benevento discessit, ut Ostiensis tradit lib. 1. cap. 15. Et quidem non est, qui nesciat, Scriptores si quando res parum, aut nil sibi exploratas enarrare contingat, famae tunc illas tribuere, suamque solere deponere fidem; quem morem a Paulo servatum (ut interim alterum ejus consilium dissimulem, de quo pau-

paulo poſt) haud difficili divino conjectura; certo enim certius noluit ille conſtanti ſententia adfirmare, quod de columna Autharis vulgo blaterabant Beneventani figmentum, quae quovis alio caſu, ſive a Regis, ſive ab alterius viri nomine cum tale obtinuiſſet cognomen, ejuſmodi fabulam ſomniarunt, anſam nacti opportunam, quoniam Langobardi univerſam fere poſſidentes Italiam, ultra Fretum in Siciliam non trajecerunt unquam, atque ſuarum Dynaſtiarum terminos defixis demonſtrare conſueverunt columnis; aliquandoque ad Rhegium poſita columna fines praeſcripſit regionis (1); ſicuti multo prius factum tradit Strabo lib. 3. Nec pariter de peragrata CisTyberina Italia ab Authari Paulus ſuo probare potuit adſenſu, qui probe noviſſe potuit Langobardos diu cum Graecis de ea decertaſſe: quam ſenſim, nec tamen omnem, obtinuiſſe proprio ediſſeram loco. In haec igitur abſurda ex incompoſita Beneventani vulgi narratione deveniendum eſſe haud ille ignorans, eam perite quidem auctori adſcribendam cenſuit ſuo; deque Inſtituti Ducatus tempore exploratiorem, ſive non callens, ſive callide celans ſententiam, primum Ducem Zottonem ſub eo Rege factum non ex alio, quam ex eodem hauſit rumore, ac definite in annum rejecit 585. a quo, licet immani temporum perturbatione, ſubſequentium Ducum ſeriem videtur per annos duxiſſe, ſicut dixi in expoſitione Chronologiae. Cum ergo vetuſtus adeo auctor hujus Ducatus exordia, tum infirma, tum inrationabili expoſuerit fide, quis recentior de re admodum ardua, & antiqua poterit prae illo eſſe nobis ſatis luculentus teſtis? Et Leonis ſane Oſtienſis teſtimonium, qui tercentum annis Paulo tardius vixit, admitterem tamen; ſed vah quantum ejus antigraphum in Archivo Caſſinenſi ſervatum ab Neapolitana diſſonat editione, quam ſecutus eſt Caracciolus, & ab Ammi-

(1) De hac Autharis columna vide quae dixerim To. 1. in Exc. Paul. Diac.

Digitized by Google

rati commento! ſiquidem a Zottone ad annum 981. non 320. nec 318. ſed trecentos triginta interceſſiſſe annos habet; qualem quoque annorum collectionem Veneta ejus operis editio, & ex ea Pariſienſis, utraque in annis conſignandis ſemper Neapolitana melior, atque archetypo conſonantior, praeſeferunt. Quae ſincera Leonis adſertio, ſicut Caraccioli dicto minime favet, ita nec alio quovis pacto conſiſtere poteſt; nam juxta talem ſupputationem Zotto Ducatum accepiſſet in anno 561. hoc eſt ſeptennio priuſquam Langobardi e Pannonia fuiſſent egreſſi, Italiamque adveniſſent. Neque fas eſt eam calamo exarati Codicis lectionem ſolicitare, traditamque annorum ſummam cenſere depravatam, quam pridem intuliſſe ſcimus Anonymum Beneventanum in Fragmento Hiſtoriae modo a me edito num. 1. ex quo eandem mutuatus nec aliis eſt verbis Anonymus Auctor, qui Catalogum Ducum Beneventi in Caſſinenſi Codice ſignato num. 353. deſcripſit, & ex utroque Oſtienſis, pariterque Anonymus Chronologus Ducum, & Principum par. 2. num. 14. Quem quidem Oſtienſem haud Fragmentum illud, praeſcriptuſque latuit Ducum Catalogus; alterum enim in Codice antiquae Hiſtoriae Principum Langobardorum, ſive dicas Hiſtoriae Erchemperti inſpicere valuit, ut ex dictis ad Anonymum Salernit. eſt manifeſtum: alterum certe vidit in demonſtrato Codice Caſſinenſi, quo Hiſtoriolam Ignoti Caſſinenſis deflorans, praeter omnem dubietatem eſt uſus. Ejus igitur germana adteſtatione cum inſtituti Ducatus Beneventani epocha fiat magis implexa, nec aliud praeſto ſit vetuſtum documentum, quo res ſine errore explicari queat, jam nos de ea ex multis retro ſaeculis ſive ignorata, ſive fabellis immiſta, inutili labore eſſe ſolicitos, videtur inferendum. Quocirca non temere crediderim, Auctorem Indicis Ducum, & Principum Beneventi nulla exploratiori notitia inſtitutum Ducatum tradidiſſe in anno 568. quam quod ſuo arbitrio communem in annum, atque aeram Italici Regni Langobardorum, depoſitis ambiguitatibus, id refer-

re

Digitized by Google

re delegerit. Cujus dicto nec pluris faciendas putabo conſimilium minutorum Chronologorum ſupputationes, qui obſcura hujus Dynaſtiae primordia ſubtiliori diligentia minime indagantes, ſimplicem, nudamque Dynaſtarum Beneventi ſeriem, & Chronologiam unus poſt alium, velut per manus traditam, non diſſono adnotarunt tenore.

At nullatenus praetereundus erit mihi Conſtantinus Porphyrogenneta ab annis fere ſeptingentis antiquus, etſi parum cautus Auctor, qui libro de Admin. Imper. cap. 27. de Langobardis Beneventum invadentibus indictam aliis habet narrationem, probatiſque, ac receptis Hiſtoriis oppido quam pugnantem. Sunt ejus verba ad rem noſtram ex interpretatione Meurſii: *His auditis*, inquit, *a Narſete, qui eos ad Italiam invitabat, perſuaſi Langobardi cum familiis Beneventum venerunt; cumque intra urbem illam illos admittere Cives nollent, extra eam prope murum ad flumen habitarunt, aedificata urbe parva, quae* Τζιτὰ νόβα: hoc eſt. Città nuova, *appellatur, extatque etiam hodie. Intrabant vero etiam urbem, & Eccleſiam, doloque ſuperiores facti, habitatoribus omnibus occiſis, urbem tenuerunt: gladiis enim intra fuſtes occultatis, Eccleſiam ingreſſi, pugna excitata, univerſos interemerunt; & inde excurſione in omnem ditionem facta, ſubjecerunt eam Themati Langobardiae, & Calabriae uſque Papiam: excepta Hydrunte, Callipoli, Ruſiano, Neapoli, Cajeta, Surrento, & Amalphe.* Hactenus ille anilem, ut videtur, ſecutus fabellam, qua nil excogitari poſſe fabuloſius quiſquis, levi licet hiſtorica lectione imbutus, facile adfirmabit. Namque Langobardi ex Paulo Diac. lib. 2. cap. 7. ſive 8. & ſeqq. hoc eſt ex germaniſſimo rerum Langobardicarum Auctore, Italiam e Pannonia, *cum omni exercitu, vulgique promiſcui multitudine* per Venetiam advenere, ſolaque excepta Papia, quae trium annorum, & aliquot menſium obſidionem paſſa eſt, caeteras SubAlpinas urbes haud magna armorum vi primo impetu invaſere, in reliquam

poſt

Digitized by Google

poſt regionem uſque Tuſciam excurrentes, *atque obtinentes omnia, praeter Romam, & Ravennam, vel aliqua Caſtella, quae erant in littore Tyrrheni maris conſtituta.* At Conſtantinus eos, velut de coelo lapſos, Beneventum perhibet primum perveniſſe, ac ne virtute quidem, nec numero admodum validos: & Benevento Papiam progreſſos, ſolaque CisTyberinas ad mare poſitas ſeptem numero urbes, non obtinuiſſe. Nec quod ille de Civitate Nova ad moenia Beneventi condita habet, ex alio mutuatus videtur Auctore, quam ex vulgi, ſive Graeculi, ſive Beneventani rumore; quandoquidem, ut adfirmat ex noſtratibus de re noſtra utique doctior Oſtienſis lib.1. cap.12. eam *Princeps Arichis Francorum*, hoc eſt Caroli Magni, *metu perterritus Benevento addidit*; poſt annos ſcilicet ab communi Langobardorum in Italiam adventu plus minus biſcentum; idemque innuit Erchempertus num.3. eidem Arichi ab annis centum aetate proximus, tradens eum Principem a Carolo ſibi praecaventem *Beneventum ſic* (nempe ut Erchemperti habebatur aevo) *fortificaſſe*. Quocirca haud priſcis illis Langobardis, ſed Arichi opus Novae Urbis eſt contradendum, qui amplioribus, firmioribuſque muris Beneventum munivit, & loca novo concluſa ſepto *Novae urbis* nomine adpellavit. Quod ne dum ad Conſtantini tempora, ut ipſe declarat, ſed ad Falconis Judicis Beneventani, & quod excurrit, manſit aetatem, ſicut obſervare licet in ejuſdem Chronico ad annum 1119. Perſpicue igitur liquet quod ingerebam, majores noſtros parum explorata notitia calluiſſe, tradidiſſeque primordia Ducatus Beneventani, atque ex hoc vulgus interim in varios, ac fabuloſos abiiſſe ſermones. Verum enim vero cum fabellae ſaepenumero aniles nihilo ſecius, ac Poetarum figmenta ex non fabuloſis emerſerint, ſuccreverintque ſeminibus, operae erit pretium in hac Conſtantini enarratione adhuc ſubſiſtere, ac perveſtigare, an veri aliquid in ea latere poſſit, quod ſomniantis vulgi deliramentis obfuſcatum fuerit, alioque detortum.

Et

Digitized by Google

Et quidem non immerito interpretari poſſemus, *Arichim Novam urbem Benevento addidiſſe*, quam non ipſe exſtruxiſſet, ſed novo, ſimplicique murorum ambitu utramque concluſiſſet. A qua explanatione videtur ſtare Erchempertus, tradens *Beneventum ab eodem Principe ſic fortificatam*: ideſt ab hoſtium incurſu ſecuriorem redditam, quibus gemina cum eſſet urbs, pervia certe fuiſſet magis. At ſi iſthaec interpretatio congrue rei quadrare cenſebitur, jam Novam Urbem a Langobardis conditam, qui primum illuc pervenere, caeteraque ea ratione contigiſſe, qua Conſtantinus facta perhibet, cur negem, non habere me argumenta profiteor; uno illo excepto, Beneventanos Langobardos inde in reliquam Italiam uſque Papiam excurriſſe, quod ſtare nulla poteſt ratione. Verumtamen hoc quoque ſi apta pariter explicatione exciperetur, integram rem geſtam multa hactenus caligine obductam lucide nobis declarare poſſe non diffido. Namque opinari quid prohibet, vere aliquam Langobardorum centuriam ad Beneventum coiviſſe, atque invaſiſſe urbem aliquanto prius quam gens illa omnis a Narſete advocata adveniſſet, ex quo emerſiſſet fermo, factam hinc excurſionem in reliquam ad Occidentem Italiam? Profecto talis expoſitio perbelle congruit annorum ſupputationi ab Oſtienſi, aliiſque productae, quos alioquin in re clara per quam foede caecutiſſe foret aſſerendum, atque neſciviſſe ab anno 891. ſi tercentum triginta anni detrahantur, annos remanere 561. quam ejuſmodi calculi ducendi rationem eos latuiſſe, nullum ſanae mentis hominem admiſſurum puto. Langobardos autem ante communem in Italiam tranſmigrationem, ac annum 568. quo e Pannonia diſceſſerunt, cis Alpes viſos haud indicta, novaque eſt enarratio; Procopius enim tradit in Hiſtoriae Gothicae libro extremo, cui accinit Hiſtoria Miſcella lib. 16. Paulus Diac. lib. 2. cap. 1. & Ignotus Caſſinenſis a me editus num. 2. Narſetem Graecum Patritium ad delendos in Italia Gothos

thos auxiliares eos adſciviſſe, habuiſſeque complures (a); quos ille non dum omni confecto bello dimiſit, anno ſcilicet, ut ex eodem Procopio varie computant recentiores vel 552. vel 553. Eodem igitur tempore accidiſſe opinandum eſt, ex militari illo coetu palantes aliquot Langobardos regionis amoenitate detentos, ad patriam redire recuſaſſe, atque aliquandiu praedonum more hac illac oberrantes tandem ſive ſponte, ſive Narſetis imperio coercitos, ejuſdemque permiſſione ad Beneventum conſediſſe, & in anno poſtmodum 561. eam urbem occupaſſe (1), atque ad annum uſque 891. indefinenter detinuiſſe; perpetuis ſcilicet annis tercentum triginta, ut Oſtienſis, ejuſque tradunt collegae. Quo pacto Langobardos Beneventani Ducatus auctores utique a Narſete fuiſſe accitos, urbemque obtinuiſſe Beneventum ante communem gentis tranſmigrationem, & Oſtienſi, & Porphyrogennetae concedendum eſſet: etſi iſte priorem hunc adventum ab altero inepte non diſcriminavit; ille vero non ab pervaſa Beneventana urbe, ſed a Zottone inſtituto Duce, quod interjecto aliquo temporis ſpatio accidiſſe putandum videtur, ut mox dicam, annos enumeravit

(a) Grégorius Turon. Hiſtor. l. 4. c. 35. Alboinum dicens cum 4. mill. Langobardis petiiſſe Italiam, ni ſit in numeris depravatus, haec auxilia Narſeti praeſtita, totiuſque gentis adventum in unum foede mi ſcuit.

(1) In villis fort. aut Pagis Urbi proximis domicilium habuiſſe uſque ad a. 568., quo alii Langobardi e Forojulio tranſverſa Italia Beneventum profecti ſunt ad eorum compopulares inviſendos. Quo factum, ut ad dies adjuncti ſocii ad Urbem proximam occupandam excogitaſſent, eo magis quod tunc temporis nulla Campaniae Urbs munita erat, quum ex Gothorum, Wandalorumque incurſionibus pene ad ſolum proſtratae videbantur. Quid ſi dicas, nomine *Civitatis Novae* appellata olim Civitatis ſuburbia novis muris cincta, vel omnino de novo excitata ad ſuſtinendos primos hoſtium impetus, diſtinendoſque? Nam Panormus etiam apud Gaufredum Mal. lib. 2. c. 45. ex conſimili Civitate conſtabat exteriori, quae a Guilielmo Apulo l. 3. *Nova Civitas* nuncupatur: & Salernum quoque duplex fuit, aliaeque urbes perplures. Quid, inquam, ſi Beneventi *Nova Civitas* ejuſmodi etiam fuit? Ipſe viderit Porphyrogenneta, & qui annos 330. a Zottone ad annum 891. ſupputarunt.

Digitized by Google

ravit 330. At eam Conſtantini narrationem praeſcripto expoſitam modo actis tunc rebus mirifice conſonare, ejuſdem Procopii teſtimonium ſatis opportune demonſtrat, ſcribentis Langobardos feſtinato a Narſete dimiſſos, quoniam ſociorum tum aedificia incenderent, tum mulieres ad Templa refugientes conſtuprarent. Qua quidem ratione Beneventani Langobardi ab eo anno 561. aliquandiu obtemperantes Graeco Imperatori, qui Italiam obtinebat, eiſque ex antiquo erat foederatus, ſub proprio non fuiſſent Duce; ſed tunc ſibi ex propria gente Zottonem praefeciſſent, cum Langobardi omnes ad Italiam advenerunt: atque tunc quoque ſive numero plures, ſive audentiores redditi a Graecis rebellaſſent, & in conterminam excurrere coepiſſent regionem; hoc eſt in exitu anni 570. nam Paulus Diac. cui de ſingulorum Beneventanorum Ducum intervallis ſtandum eſſe non ambigo, non ex vulgi rumore Zottonem perhibuit omnium primum Dynaſtiam hanc tenuiſſe annis viginti, quos enumerandos eſſe ab exordiente anno 571. ſubſecutorum Ducum exigit Chronologia.

At ſermo iſte ſi rationabili reputabitur inniti conjectura, conſentiendum quoque erit Regem Autharim in extremam, CisTyberinamqne Italiam adveniſſe (nam adveniſſe haud quidem video cur negem) ut cum Zottone, qui ſuae tunc Dynaſtiae plures tranſegerat annos, de ſolvendo ſibi cenſu componeret, quem caeteri omnes Duces ei pendere tunc coeperant, atque inſtituerant: & quidem Langobardorum Reges etiam poſt longa annorum ſpatia vectigales habuiſſe Beneventanos Dynaſtas, vel unus, ut alios praeteream, abunde probat Erchempertus num. 6. Autharim vero, nec incongruum eſt, tunc Beneventum ſibi adſerere, vel novo contradere Duci renuiſſe, morem nempe ſuae gentis, opportunumque ſane conſilium ſecutum, namque eodem Paulo Auctore lib. 2. cap. 6. Langobardi Italiam poſſeſſuri ſocios advocarunt, habueruntque aliquantiſper Saxones, quibus demum, ut idem perhibet lib. 3. cap. 3. ſive 6. cujus do

verba: *Quoniam permiſſum non eſt in proprio jure ſubſiſtere, ideo aeſtimantur ad ſuam patriam repedaſſe*. Itemque idem Paulus lib. 5. cap. 11. ſive 29. tradit, Bulgaros Langobardorum *Regi Grimoaldo ſe ſervituros promittentes, in Beneventanam regionem ab eo directos fuiſſe, locaque ad habitandum ſpatioſa, ſed tunc deſerta, ab Duce ejus filio Romualdo obtinuiſſe: ſcilicet Sepianum, Bovianum, & Iſerniam, & alias cum ſuis territoriis Civitates*. Cum igitur Langobardi peregrinos in ſocietatem adſcire, modo eos haberent obnoxios, conſueverint, utique Autharis lege Zottoni, ejuſque Populo, nec quidem alienigenis, de more indicta, ne dum utriſque partam propria virtute Dynaſtiam permiſiſſe videtur, ſed auxiliares quoque copias contradidiſſe, putandus eſt, ut inſtituti ſcilicet Ducatus aeque tueri, ac propagare valerent fines. Verumtamen an hoc pacto conciliari, exponique non inepte poſſint diſcordes invicem, receptiſque hiſtoriis pugnantes Pauli Diaconi, Oſtienſis, & Porphyrogennetae ſententiae, indicare erit peritiorum; quorum judicare erit pariter, num Paulus cenſeri debeat iſta ſic peracta conſulto reticuiſſe, confictamque a Beneventanis fabulam ſubpoſuiſſe; idque eo perſuaderi valeat argumento, quoniam, teſte Erchemperto num. 1. ille putaverit, *Hiſtoriographi doctoris eſſe, maxime de ſua ſtirpe diſputantis, ea tantummodo retexere, quae ad laudis cumulum pertinere noſcuntur*. Quem ſane ignominioſa ſuae gentis facinora praeteriiſſe, & olim Erchempertus ibi, & recentiſſime Bernardus Saccus in Hiſtoriae Ticinenſis lib. 10. cap. 17. qui Erchempertum haud vidit, atque Baronius ad annum 585. num. 2. perite obſervarunt. Nec alio ille quidem conſilio perſuaſus, quam ut Beneventanis Langobardis placeret, quos ſuae Dynaſtiae parum decora ſenſerat pudere principia, Ducum, ac Zottonis epocham deformiſſimo metachroniſmo, ſicut patet in Chronologia, in anno fixit 585. namque hac ratione viſus haud dubie ſibi eſt, omnem actae rei ordinem obfuſcaſſe, nullumque tam praecocis inſtitutionis ve-

veſtigium reliquiſſe, quod nihilominus, ſed non advertentes, Auctores prodiderunt recentiores. Verum ſin minus haec mea probabitur divinatio, haud iniquo id feram animo, qui rationabiliori interpretationi ſubſcripturus ſum non invitus, nil antiquius habens, quam in nullum meae mentis ſenſum jurare. Nam egometipſe jam olim credidi Oſtienſem, caeteroſque aſſertae ab eo ſupputationis Chronologos, ab Zottonis Ducatu ad annum Chriſti 891. annos quidem 330. computaſſe, nec tamen ſenſiſſe Beneventanae Dynaſtiae primordia fuiſſe exorta in anno 561. atque priuſquam Langobardorum gens univerſa ad Italiam perveniſſet; quippequi eam annorum ſummam ex ſingulorum Dynaſtarum intervallis collegiſſent, qui multoties annos habuere communes, nec eos, ut decebat, advertiſſent intercalare; atque hac ratione contigiſſe, ut qui 320. computandi fuerant, 330. dinumerati ſint anni. Sed poſtmodum opinionem abjeci, judicans nequiviſſe eos omnes deformi adeo oſcitantia in re hallucinatos eſſe tam clara alteramque praemonſtratam concordandarum diſcrepantium opinionum viam ingrediendam eſſe duxi, ſique tuus adſit favor, minime poenitendam. *Quae ad Ducatus Benev. inſtitutionem heic addi debuiſſent, plenius ſupra, atque To. I. hujus operis expoſuimus* Prat.

Digitized by Google

DISSERTATIO II.

DUCATUS BENEVENTANUS CUR INSTITUTUS.

Ducatus nomen a ducendo quod ſumat etymon, ipſum ductandi actum primitiva ſignificatione deſignat; ſicut pari ratione Dux dicitur is, atque ductor, qui alios ducit, arbitrioque ſuo regit, ac moderatur. Sed id quoque quodcunque, ſive animatum, ſive ſit inanime, quod regitur, & ducitur, Ducatus pariter nomine demonſtrari, adeo clara res eſt, ut probatione non egeat ulla: itemque Ducem dici, qui alios ducendi, regendique collatum ſibi munus firmiter obtinet, ac velut jus quoddam proprium ex gentium conſenſu, vel ex majoris Dynaſtae conceſſione transfert in filios. Ducatus igitur Beneventani vocabulo dum quaero, Cur ille fuerit inſtitutus, hoc volo: Qua ſcilicet de cauſa Langobardorum Reges omnem gentem ſuam Italiam incolentem CisTyberinam, eandemque latiſſimam regionem uni Beneventano Duci regendam, ducendamque permiſerint? Itemque cur Beneventanae potius urbi, quam alteri talis fuerit dignitas adtributa? Quae ſcitu digna, nec dum a quopiam decertata quaeſtio unico illo, eodemque pronunciato ſolvi facile poſſe arbitror, quo altera de tempore inſtituti Ducatus eſt reſoluta: caſu ſcilicet paucos numero Langobardos ad Beneventum convenientes, aeque caſu exigua magnae Dynaſtiae, qualis poſt fuit, primordia ſtraviſſe, nullo tunc nec ſapientiori ſuo conſilio, nec alterius celſioris poteſtatis arbitrio ductos, ſicut haud diſparibus initiis primariae urbes multae, ipſaque domina gentium Roma, ſua exordia ex parvis habuere. Super exigua autem iſta fundamenta ſenſim dein extructam fuiſſe Politiam, ac rationem regendi Ducatus, qui in dies amplior redditus fuerit, quiſquis facile conſen-

Digitized by Google

ſentiet, qui antedictis conſentiendum putaverit; idemque haud invitus adfirmabit, magnae Dynaſtiae ſedem in eadem urbe poſtmodum firmatam, quod ſic perſuaſerit, tum ejus loci amor, & conſuetudo, tum ubertas, atque opportunitas ad circumpoſitam pervadendam, administrandamque regionem (1). Quod ſane tunc firmius ſediſſe arbitror conſilium, cum ex SubAlpina in CisTyberinam Italiam per Spoletium novi advenerunt Langobardi, regnante Authari, ut apud Paulum Diac. relato lib. 3. cap. 16. ſive 33. verus in hoc populi rumor teſtatur. At cum iſta eo ordine, quo dictum eſt ſuſpicer contigiſſe, longe aliter alios ſenſiſſe comperio recentiores, qui vel ſtatum, vel conſuetudinem ſuorum temporum contemplantes, relatam, rejectamque jampridem Pauli narrationem non ancipiti adſenſu excepere, quinimmo eam paraphraſi quadam ſunt interpretati in hanc, quam Caroli Sigonii verbis de Regno Italiae lib. 1. ſententiam reddo: *Rex Autharis*, inquit, *exercitu ad has regiones ex improviſo adducto, cum alia oppida, tum caput ipſum Provinciae Beneventum ad deditionem adduxit; ubi Zottonem Ducem inſtituit, ac reliqua omiſſa Italia, Samnium in formam Ducatus redegit; ſicque ad duos Ducatus inſignes ForoJulienſem, & Spoletanum, tertius Beneventanus eſt additus.* Haec ille, Beneventum perhibens ſedem Du-

(1) Capuam profecto, quamvis totius Provinciae Caput, neutiquam eo temporis Sedem facere potuerunt: quippe Neapoli, ejuſque agro finitima, & quae muris, turribuſque ſuis a Barbarorum incurſibus, incendiis, quae penitus devaſtata, nullimodo aut ſeipſam defendere, aut alios offendere valuiſſet, immo ab Graecorum Praefectis perpetuo inſeſtata, facileque reciperata fuiſſet. Neque revera tam cito Langobardos Capua potitos fuiſſe cenſeo, niſi poſtea quam ipſi ulterius ſuam diſtendere potuerunt dominationem, nimirum poſt Autharis Regis in Campaniam adventum, qua occaſione, & Neapolis obſeſſa A. 580. & Capua deinde ſubacta. Id profecto ex Juſtinae Abbatiſſae marmore ſub Juſtino II. A. 573. patere poſſe judico, quum eo utique anno Juſtina Capuae depoſita fuerit in ejus Monaſterio Graecarum Sanctimonialium ſub S. Baſilii Regula militantium (non autem S. Benedicti ut aliqui cum Cl. V. Mazochio in kal. Neap to. 1. ubi praedictae Juſtinae epitaphium expoſult, credunt) quod adhuc exiſtebat, Graeciſque Monachis ejusdem Ordinis ſubditum, ut ex Charta quadam alibi depromenda patefaciam.

Digitized by Google

Ducatus inſtitutam a Rege, quoniam eadem urbs olim quoque fuiſſet Provinciae caput. Cujus dicto idem Paulus lib.2. cap.11. ſive 20. favere videtur, Italiam deſcribens in XVIII. Provincias ex antiquiori inſtitutione, quam adventus contigerit Langobardorum, tributam, Beneventanamque urbem in Samnio locans, quam *circumpoſitarum Provinciarum caput ditiſſimam* adpellat. Verumtamen hujus praeclarae quidem urbis dignitati cum ego haud detractum quidquam velim; quin potius hiſce meis lucubrationibus celebriorem eam reddere cum pro virili coner: aequi, bonique faciant Beneventanos cives exoro, qui ſuum in caeteras CisTyberinas urbes primatum non ab antiquiori, quam ab Langobardorum inſtitutione deducere me comperient. Quod plane ſic ſe habere non Pauli auctoritas inficiatur, qui Italiam relato loco ad eam fere normam deſcripſit, qua in notitia utriuſque Imperii, & ſub Theodoſio juniore, hoc eſt circa annum Chriſti 440. habebatur; nam de Benevento, quod prodidit, non ad alia, niſi ad ſua certum eſt convenire tempora, quando Ducatus ſedes ampliſſima, ditiſſimaque ea erat urbs, atque non unius, ſed, ut Paulus habet, circumpoſitarum Provinciarum caput exiſtebat: nempe Samnii, Campaniae, Apuliae, Lucaniae, & Brutiorum, ſive ex toto; ſive ex parte, quod in ſubſequenti Diſſertatione conſtabit. Samnio autem dum ille eam tribuit, haud ex coaeva Langobardis, ſed ex antiquiori id facit; & a priſcis Samnitibus obſervata deſcriptione; ſiquidem Plinius auctor eſt lib.3. cap.11. Auguſtum Apuliae contribuiſſe Beneventum, quam urbem a recentiori alio Imperatore, qui Italiam iterum deſcripſerit, idque non ſemel contigit, Campaniae contraditam fuiſſe ambigendum non eſt; quippe quae in Actis S. Januarii ejus Epiſcopi, qui paſſus eſt ſub Diocletiano, ad Praeſidis Campaniae regimen ſpectaſſe deprehenditur: Nec non ab Auſonio in De his, qui ſexum mutarint, *Campana urbs* dicta reperitur

„ *Nec ſatis antiquum, quod Campana in Benevento*
„ *Unus*

Digitized by Google

„ *Unus ephoeborum virgo repente fuit.*

Qua etiam ratione in Itinerario, quod tribuitur Antonino, Campaniae Limes figitur ad Equum Tuticum, vulgo nunc *Ariano* (1), ex Philippi Cluverii obſervatione in Antiq. Ital. lib. 4. cap. 8. hoc eſt ad urbem Benevento ulteriorem. Verba ſunt Itinerarii: *A Capua Equo Tutico M. P. LIIII. ubi Campania limitem habet. Caudis M.P.XXI. Benevento M.P.XI. Equo Tutico M.P.XXI.* (*a*). Nec alia mente antiquus Horatii Scholiaſtes Porphyrio ad Satyr. 5. lib. 1. Trivicum eodem tractu ſitum in fine dicit eſſe Campaniae. Atque huc etiam referendum eſt Beneventanos ſua in urbe complura in lapidibus Elogia Conſularibus Campaniae poſuiſſe, ſicuti pari modo conſimilia monumenta iiſdem Praeſidibus Campani, Neapolitani, aliique ejuſdem regionis municipes dicaverunt, quae videre eſt in operoſiſſimo Inſcriptionum totius Orbis vere Theſauro. Ex quibus documentis aperte etiam conſtat, cur Januarius Beneventanus Epiſcopus, qui Concilio interfuit Sardicenſi in anno celebrato 347. ibi ſubſcripſerit, ſicut nonnulli habent editi Codices, hac forma: *Januarius a Campania de Benevento*, namque Epiſcopis ea tunc fuit ſubſcribendi conſuetudo, nomen ſcilicet propriae urbis, & Provinciae profitendo; qua eidem ſubſignaſſe Concilio comperiuntur: *Maximus a Tuſcia de Luca. Lucius ab Italia de Verona. Fortunatus ab Italia de Aquileja. Stercorius ab Apulia de Canuſio. Severus ab Italia de Ravenna. Urſacius ab Italia de Brixia. Protaſius ab Italia de Mediolano*, &c. Quibus in ſub-

(a) Itinerarium etiam Hieroſol. fines Apul. & Campaniae notat *ad Equum Magnum*, dictum; *Tuticum* Antonino. Atque hoc pacto Pelagianus *Julianus Epiſcopus Eclanenſis* depravate aliis dictus: *Atelanenſis* utique *Campanus* fuit: hoc eſt, *ex Campania*; nam *Eclanum*, ſive *Aeculanum*, modo *Frequentum*, in eodem Ariani, & Trivici eſt tractu ſitum. Eſtque ad Frequentum Ampſancti *vallis*, quam Servius *in latere Campaniae & Apuliae*, *ubi Hirpini ſunt*, locat.

(1) Fallitur Peregrinius, quum Equotuticum in Apulia ſitum fuiſſe prope Aſculum oſtendi in lib. III. Appiae Viae, quem conſule.

Digitized by Google

ſubſcriptionibus, ut hoc obiter notem, Italiae adpellatione non omnis demonſtratur Italia, Supero, Inferoque mari, & Alpibus circumcluſa, ut eſt manifeſtum; ſed ejus quaedam Provinciae, quae Magiſtratui parebant Vicario Italiae nuncupato; qua ſpeciali acceptione id vocabulum extat etiam apud Erchempertum initio num. 2. atque apud Anaſtaſium Bibl. in Zacharia, in Stephano II. & in Stephano III. alioſque; licet non ſemper omnimode eadem locorum deſignatione.

Sed his omiſſis, iterum ad Sigonium, ac ad Beneventi redeo primatum, qui plane ad Langobardorum inſtitutionem referendus ob id quoque videtur: quoniam ea urbs ſub illorum adventu haud priſcam tuebatur dignitatem, cujus muros a Gothorum Rege Totila dirutos fuiſſe teſtatut Procopius libro extremo. At reliquam Sigonii in praeſcriptis verbis ſententiam de triplici inſigni Ducatu a Langobardis conſtituto, cum nullius noverim nec antiqui, nec idonei Auctoris auctoritate fulciri, eam tamen pleroſque recentiores, quos praeterire juvat, amplexatos eſſe, comperio: quibus ſane peritius, ſicut aetate prior Matthaeus Palmerius in Chron. ad ann. 776. de Langobardorum imperio, & Ducatibus hiſce tribus, ſic habet: *Regia eorum*, inquit, *apud Ticinum conſtituta, varios praeterea Principatus per Italiam habebant, quibus gentium ſuarum praeponebant Duces: inter quos praecipui, & per ſucceſſiones obſervati ſunt, unus apud Forum Julii in ipſo Italiae ingreſſu: alius apud Spoletium, & in media pene Italia: tertius Beneventi ad inferiorem Italiae partem regendam*. Haec Palmerius, & quidem congrue (1) *hos praecipuos, ac per ſucceſſiones obſervatos* dicit, non autem eos ſolos inſtitutos: quoniam in ipſis Langobardorum primordiis multo plures fuerant Duces, & Ducatus, hoc eſt numerum complentes Ducum

(1) Immo male, & incongrue: Beneventanus namque Ducatus Spoleti Duc. praeceſſit, ut in princ. To. I. hujus operis clariſſime demonſtratum.

Digitized by Google

cum triginta ſex, totidem, quas perſuaſerant, obtinentes urbes, ut Auctor eſt Paulus Diac. lib. 2. cap. ult. quippe quod aeque in totidem Tribus, ſive turmas gens illa omnis diſtributa haud dubie tunc habebatur. Verba ſunt Pauli: *Poſt mortem*, inquit, *Regis Cleph Langobardi per annos decem Regem non habentes, ſub Ducibus fuerunt; unuſquiſque enim Ducum ſuam Civitatem obtinebat: Zabam Ticinum, Uvallari Bergomum, Alachis Brixiam, Evin Tridentum, Giſulfus ForumJulii, ſed, & alii extra hos in ſuis urbibut triginta Duces fuerunt*. Haec ille. Ex quibus hoc habes amplius, non triginta ſolummodo, nec tunc primum mortuo Cleph, fuiſſe ordinatos Duces, quod Langobardi Regiam abominarentur poteſtatem, ſicut recentiores fere omnes perſuaſum habuere; ſed extra praeſcriptos ſex Duces, alios triginta, quos olim Rex Alboinus, atque Cleph pervaſis praefecerant urbibus, ad Comitia pro novo Rege eligendo convenire differentes, ſingulos interim ſingulas moderaſſe adtributas ſibi Langobardorum turmas, *Regem*, ut Paulus tradit, *per annos decem non habentes*: quibus tandem tranſactis, Autharim communi omnium voto Regem eſſe ſalutatum, idem habet Auctor lib. 3. cap. 8. ſive 16. qui addit *ad ejus, & ſucceſſorum Regum uſus Duces, qui tunc erant, omnem ſubſtantiarum ſuarum medietatem tribuiſſe*. At *Qui tunc erant*, dixit; namque ad praeſcriptum numerum haud diu permanſere, ſicut agnoſcere eſt ex eodem Paulo nullos alios Duces, nec Ducatus per ſubſecutos annos in reliqua Hiſtoria commemorante, praeter Tridentinum, Taurinenſem, Bergomenſem, Brixianum, Spoletanum, ForoJulienſem, atque hunc ipſum Beneventanum, quos nec omnes perennaſſe, certum eſt, ita ut verum probetur Palmerii dictum, poſtremos hos tres ſolos *inter plures Langobardorum Ducatus praecipuos, & per ſucceſſiones eſſe obſervatos*. At ille ſubmurmuraſſe quoque videtur, eos non caſu, ſed a Regibus, qui caeteros, ut par eſt credere, deſueviſſe voluerunt, praecipuo quodam conſilio fuiſſe ſervatos; nempe quod iis

Digitized by Google

universae Langobardorum Reipublicae bene iretur consultum; quandoquidem sic per Italiae longitudinem distributi haberentur, ut tum ad hostes repellendos, tum ad Regni fines producendos opportunissima futura essent propugnacula: hoc est ForoJulienſis ad externos repellendos incursus: Spoletanus ad Romanos, atque Graecos ex Ravenna: Beneventanus autem ad eosdem Romanos, & ad Graecos CisTyberinos, quibuscum perpetua Langobardi exercuere bella, eorumdemque assidue incursavere, perstrinxereque regiones. A qua Palmerii sententia recedendum minime puto; siquidem praescriptum triplicem Ducatum obnoxium iisdem Regibus semper fuisse, notum est satis; atque adeo rationi maxime congruit, & Duces eos, & Reges, dum avita libuit foedera, & leges servare, in unam pariter consensisse Rempublicam, easdemque Dynastias hoc pacto magis, magisque in dies firmatas, redditasque esse celebriores, quas praeterea suos fines sensim dilatasse, certa est Historia: nosque de Beneventana statim aperiemus, secus ac Sigonius existimasse videtur, submurmurans eas incunabulis, & ex institutione praeclaras semper fuisse, atque insignes. Verumtamen ille suae insistens opinioni aptius dixisset *Insigniores*, qui noverat ex Paulo Diacono plurimos in ipso Langobardici Regni exordio ordinatos Duces, tradideratque eodem lib. 1. *in omnibus receptis oppidis Duces, & valida praesidia Langobardorum imposita*. Ni, forte, hos voluit militaris tantummodo, ac temporanei muneris honore fuisse decoratos (1), ForoJulienſi excepto, atque Spoletano, & Beneventano; quorum *ForoJulienſem perpetuam in Italia ditionem primum esse adeptum*, perite observavit. Sed triginta sex omnes illos primitivos Duces, inter quos Beneventanus perperam a multis ponitur, & quidem Pauli Chronologia repugnante, perpetuas pariter, & in diem vitae semel sibi adtributas retinuisse

(1) Vere hos Duces, militares tantummodo Praefectos in Urbibus praeesse pene omnium est sententia, tribus iis exceptis a Sigonio numeratis.

Digitized by Google

nuiſſe Dynaſtias, nec ratio ſane, nec Auctor ſuppetit, qui magnopere ſuadeat negandum. Pares igitur dignitate, ac ditione fere pares, ſicuti munere omnino haud diſpares, a primis Langobardorum Regibus trigintaſex fuere inſtituti perpetui Duces, qui gentem omnem, velut in totidem Tribus diviſam, perque pervaſas Italas urbes diſtributam, ducerent, regerentque; quorum praecipui lapſu temporis obſervati ſunt ForoJulienſis, Spoletanus, & qui ſeorſim ab omnibus ſua habuit initia, Beneventanus, ut eſt dictum.

Digitized by Google

DISSERTATIO III.

DUCATUS BENEVENTANUS QUAM LATE PATUIT.

TErminos Ducatus Beneventani vel ab ejus primordiis late protenſos, haud pauciores duodecim, ſive urbes, ſive oppida concluſiſſe, eopſe Ducatus, & Ducis vocabulo norit, qui Duces novit, velut ex lege quadam, totidem urbibus praefici conſueviſſe; quod praeclare Petrus Pithoeus ex Appendice ad Aimoinum obſervavit in Adverſ. ſubſec. lib. 1. cap. 8. Verba Auctoris ab eo laudati haec ſunt lib. 4. cap. 61. *Pipinus*, inquit, *domum reverſus Grifonem more Ducum duodecim Comitatibus donavit*, & lib. 5. cap. 11. *Baldrico Duci ForoJulienſi dum obiiceretur, & probatum eſſet, ejus ignavia, & incuria vaſtatam a Barbaris regionem noſtram fuiſſe, pulſus eſt Ducatu, & inter quatuor* (hoc eſt duodecim) *Comitatus eſt ejuſdem poteſtas diviſa*. Atque hoc adeo eſt verum, ut Robertus Guiſcardus, qui Apuliae, dum eam ſolam obtinebat, dicebatur Comes, poſtquam Brutiis, ſive Calabria potitus quoque eſt, amplioriſque Dynaſtiae factus eſt compos, appellari voluerit Dux, ut tradit Oſtienſis lib. 3. c. 10. & 16. licet jam pridem potuiſſet hoc nomine decorari, quippe qui ſub ſe duodecim ad minus Dynaſtas habebat, quot pariter habuerant ejus deceſſores Comites, teſte eodem Oſtienſi lib. 2. cap. 63. ſed haud Duces nuncupati ſunt: quoniam, ut reor, ſive ejus nominis invidiam declinare elegerunt, minoris dignitatis alterum ſuſcipientes: ſive olim uſurpatum dimittere nefas putarunt, quod illorum I. Gulielmus acceperat a duodecim ſibi ſubjectis, at non magnarum copiarum Capitaneis, qui tercentos in ſolidum, nec plures milites, vel dicas equites ſub ſe habebant, ut eodem loco idem habet Auctor: viginti quinque ſcilicet militibus cuilibet Ca-

Digitized by Google

Capitaneo tributis (1); idque ex consueto apud eam gentem more, si probe capio tum Leonem ibi iterum eundem militum numerum alia occasione enunciantem, tum ejus coutinuatorem Petrum Diaconum lib.4. c.39.& 61. Atqui Duces quoque nil minus pluribus oppidis, quam pluribus Comitibus praepositos fuisse, qui singulas singuli administrarent, obtinerentque urbes, multis etiam probari potest exemplis; quorum unum Gregorii Turonensis, sive ejus Appendicis lib.11. c.78. dare sat erit; qui innominatus Auctor Dagoberti Regis Francorum exercitum recensens, in eo conveniisse ait decem Duces, *exceptis Comitibus plurimis, qui Ducem super se non habebant*. Ita ut congrue observasse quis dixerit Gulielmum Durandum iu Ration. Divin. offic. lib.2. cap.1. num.15. Duces Archiepiscopis, Comites Episcopis respondere; atque Aimoinum in vita S. Abbonis Floriacensis cap.16. juxta eandem hanc legem adpellasse *Guillelmum Sanctionis filium Burdegalensem Comitem, ac totius Guasconiae Ducem*, a qua plane interpretatione stat Jacobus Sirmondus in Notis ad Sidonii epist. 17. lib. 7. eamque aliis firmat exemplis: tu illum vide. Non igitur primus Beneventanus Dynasta, qui sub Ducis nomine, munere, & dignitate fuit institutus, hac oportuisset adpellatione, atque titulo decorari, ni quae propria erant Ducum, hoc est duodecim ad minus urbes, obtinuisset. Verum cum satis eonstet, quod adnotavit T. Livius lib. 1. *urbes quoque ut caetera ex infimo nasci, deinde quas sua virtus, ac Dii juvent magnas opes, magnumque nomen sibi facere*, etsi omnis sileret Historia, ex hoc solo communi rerum universarum ordine inferendum videretur, Beneventanum Ducatum haud ex aliis, quam ab exiguis primordiis in magnam excreviisse ditionem.

At Historiae non desunt multae, quibus post parva incunabula in dies majora incrementa eum suscepisse doce-

(a) Nec olim quaelibet legio plures habuit equites in decem turmas tributos.

Digitized by Google

docemur, ut post dicam. Nec sane Ducis, & Ducatus vocabulo multarum semper urbium demonstrari consuevit Dynasta, nec Dynastia; sicut in re nostra clare est videre apud Paulum Diacon. enumerantem, ut dictum est, trigintasex Langobardorum Duces, & Ducatus totidem utique urbibus attributos, tuncque non ultra Tusciam porrectos (a), qui quidem singuli alias urbes ad duodenarium usque numerum sub se habere haud potuerunt; nam quadrigentarum triginta duarum Civitatum summam, quae ex 36. per 12. ductis consurgit, nec scimus, nec putamus in ea unquam fuisse Italia. Qui igitur singulas urbes, gentiumque turmas regendas tnnc obtinuissent, Ducis nomine adpellati primitus fuere; sique Blondo est fides Historiarum lib.8. id instituit Longinus Italiae Exarchus, eodem propemodum tempore, quo advenere Langobardi; namque, ut allegatus ait Auctor, *in administratione urbium, quae in Justini Imperatoris partibus cum Roma, & Ravenna duraverant, hunc primus servavit morem, ut non provinciae, aut regioni praesset Praeses, sive quispiam Magistratus; sed singulae urbes, singula oppida a singulis custodirentur; regerenturque Magistratibus, quos appellavit Duces; paremque faciens urbem Romam aliis Italiae urbibus, vel oppidis, hac una in re illam honoravit, quod impositum tunc Magistratum, Praesidem appellavit, sed qui successerunt appellati sunt Duces, ut postea per multos annos sic Romanus appellaretur Ducatus, sicut Narniensis, &c.* Haec Blondus. Verumtamen sive Langobardi hunc acceperint morem a Graecis, sive hi ab illis, sive altius sit rei origo ducenda, plane constat posterioribus quoque temporibus, quando usus invaluerat, ut Duces dicerentur, qui pluribus praessent Comitibus, urbes tunc apud nos pleraque haud admodum amplam ditionem obtinentes, Dynastis tamen paruisse Ducum nomine insigni-

(a) Rex Alboin. non ulterius pervenit, ut constat ex eodem Paulo lib.2. c.12. sive 26.

Digitized by Google

ſignitis : nempe Amalfim, Surrentum, Cajetam, & ipſam modo caput rerum Neapolim. Et Romani quidem Ducatus plurima eſt mentio in Anaſtaſio Bibl. qui & Firmani, & Auximani, & Anconitani in Hadriani vita; & Ariminenſis, & Ferrarienſis, & Nepeſini, & Peruſini, & Cluſini, & Firmani, & Ravennatis, aliorumque meminit aliis in locis; quos manifeſta res eſt, nec omnes duodecim ſub ſe, ſive plures, ſive pauciores habuiſſe urbes; ut hinc dilucide jam agnoſcere valeamus ſatis fuiſſe, ut quis Ducis nomine inſigniretur, ejuſque ſedes adpellaretur Ducatus, modo alios ducendi, regendique jus obtineret. Etſi, ut nihil diſſimulem, hoc quoque accedere oportebat amplius, ne in annum, vel ad nutum, ſive Populi, ſive majoris Dynaſtae, qua lege tunc Comitibus Civitates committi conſueverunt, praeficeretur Ducatui: ſed illum firmiter obtineret, pro quo alteri deſerviret quidem, ſed laxiori quodam imperio adſtrictus: Nomine autem Ducatus aliquando etiam dictam cogita cujusque urbis ditionem, quae licet minime ab ejuſmodi Duce poſſideretur, iſtud tamen vocabulum proportione quadam apte ei conveniret; ſicuti Comitatus quoque dici conſueverunt tum Civitates, earumque territoria, quibus Comites praeeſſent, tum caeterae omnes paris nempe conditionis, quae nullis Comitibus obedirent. At de his commodus praeſens non eſt latius diſſerendi locus, cumque iis alia, quae huc faciunt, omitto. Sed noſcant hinc opus eſt, qui aliter credidere, Ducis adpellatione non liberae tantummodo, ſed cujuſcumque urbis Praeſidem olim demonſtratum, quem Italicus vulgus ex affinitate litterarum, dialecto variante, de quo aliquid adnotavi ad Stemmata Principum Beneventi dixit, *Duca*, & *Doge*. At Beneventanae Dynaſtiae terminos in dies, ut praedixi, nova circummanentium urbium adjectione a ſuis Ducibus fuiſſe diſtentos, quibus tamen fuerit aliquando detractum, ex ſubſequentibus licebit obſervare; namque ſingillatim ejus adnotatum imus fines ut quam latiſſimos unquam extitiſſe arbitramur.

DIS-

Digitized by Google

DISSERTATIO IV.

FINES DUCATUS BENEVENTI AD OCCIDENTEM.

BEneventani Ducatus quadrifariam diſpartientes deſcriptionem (ad caeleſtis aſpectus ſcilicet normam nec tamen exactam, nam illa cui eſſet bono?) ut Geographorum more ab occidentali plaga ducamus exordium, explorata conſtat obſervatione, illum ex hoc latere cum Romanae urbis ditione, cumque altero Langobardorum inſigni Ducatu concurriſſe, hoc eſt Spoletano, qui & ipſe Romanum, ſed a meridie Ducatum contingebat. Quocirca Anaſtaſius Bibl. in Gregorio II. utroſque Langobardos Dynaſtas haud dubie demonſtravit verbis illis: *Hinc inde Duces*, inquit, *Langobardorum circumdantes Romanorum fines*; & infra iterum: *Munera tunc hinc inde Ducibus Langobardorum, & Regi pollicentes plurima*. Quem quoque finem ad Occidentem innuiſſe videtur Conſtantinus Porphyr. De Admin. Imp. c.29. *Saracenos*, dicens, *a Bario Langobardiam omnem Romam uſque annos quadraginta*, (an caſtigandum *triginta*?) *tenuiſſe*, ſiquidem ille CisTyberinam Italiam adpellavit *Langobardiam*, ab incolentibus Beneventanis Langobardis, lateque regionem obtinentibus, de qua nominis uſurpatione infra uberior erit diſſerendi occaſio. At quam prope Romam hi ſuos protenderint fines, non ſatis conſtat. Nicolaus Alamannus in Diſſertatione de Parietinis Lateranenſibus reſtitutis cap. 15. non abnuit ad quatuor, & viginti ſtadia juxta eam urbem productos, hoc eſt ad milliaria tria: ad ſubnotata enim verba Romani Pontificis Gregorii II. ſcribentis Imperatori Leoni Iſaurico, quae in priori ejus ſunt epiſtola graece, & latine edita a Baronio ad ann. 729. *Scis*, inquit Gregorius, *Romam Imperium tuum ulciſci non poſſe, viſi forte ſolam*

Urbem

Digitized by Google

Urbem propter adjacens illi mare, & navigia. Sed ſi ad quatuor, & viginti ſtadia Roma fuerit egreſſus Papa, nihil tuas minas extimeſcit. Ad haec inquam verba ſic ille commentatur: *Hoc non de coemeteriorum latebris, ut docti viri opinantur, Gregorius dixit, ſed de Beneventani Ducis praeſidio, de quo in epiſtola meminit, quam ad Carolum Martellum dedit, & in hac ipſa ad Leonem declarat. Ad quatuor, inquit, & viginti ſtadia ſecedet in regionem Campaniae Romanus Pontifex, tum tu vade ventos perſequere.* Haec Alamannus. Et quidem, ut Pontificem locutum credamus de Beneventani Ducis praeſidio, qui eo tempore erat Romualdus II. ſi Pauli Diac. ſtat ſupputatio, ſin mea, quam ſuo loco aperiam, Gregorius Dux erat Papae cognominis, valide facit Campaniae, ſcilicet Romanae, deſignatio, ad quam manifeſtum eſt, Beneventanum perveniſſe Ducatum. Atqui tam arcte perſtrictam tunc Romam, quis credet? quae conſentit Hiſtoria? Numerum tamen ſtadiorum bis intente repetitum haud putare nobis licet a librariis corruptum ſive a Pontifice per quendam exceſſum prolatum. Nodum tamen facile ſolves, ſi 24. ſtadia non ab Roma, ſed ab Romanae ditionis finibus ad eam, quae primo occurrebat loco, munitaque habebatur hujus Ducatus urbs, dinumeranda eſſe cenſeas (1): namque Romam pro Roma-

(1) Cl. Peregrinii explicationem arguo. Quid enim vetat, quin eo temporis, quo Gregorius II. iſthaec ſcribebat, tam dire perſtrictam Romanam Urbem fuiſſe cenſeamus? Certum enim profecto eſt, epiſtolam illam Leoni Iſaurico poſt Septembrem A. 730 (quo Indictio XIII. coepta Sept. A. 729. decurrebat) inſcriptam, ipſaque XII. Ind. ut teſtis eſt Anaſtaſ. Bibl. Langobardi uſque ad Romae portas omnia circumquaque tenebant. Cur igitur nequiverat Pontifex inſequenti anno adfirmare: *Si ad quatuor, & viginti ſtadia &c.*? Rex namque Langob. Liutprandus, Duceſque Beneventi, ac Spoleti omnia circum Romam loca occupabant. Neque aliud ejus verba deſignaſſe autumo: *Si Roma egreſſus fuerit*; non autem (ut ipſe adſerit) *ſi e Romana ditione*. Quod autem ſubdit: *ſcis Romam ulciſci imperium tuum non poſſe, niſi forte ſolam Urbem propter adjacens illi mare, ac navigia*, non aliud utique praeſignat, niſi Romanum Ducatum eo modo arctatum undequaque fuiſſe. ut Tiberina verſus oſtia ſolummodo aditis iis patere libere potuiſſet, quum Langobardis pervius reliqui Romani Agri excurſus fere paſſim patefieret.

Digitized by Google

no agro idem Pontifex usurpavit in praescriptis verbis: *Scis*, inquit, *Romam Imperium tuum ulciſci non posse, nisi forte solam Urbem propter adjacens illi mare, & navigia*: sicut Salernum pro Salernitano, Beneventum pro Beneventano, Capuam pro Campano, Neapolim pro Neapolitano, & similia, tum Erchempertum num. 20. & 35. tum alios communi loquendi more dixisse, certa observatione est manifestum.

Verumtamen quae tunc nostratium Langobardorum ea fuerit urbs, quae prae aliis ad Romanam adcesserit ditionem, me nondum comperisse, ingenue fateor; nam silentibus antiquis, temere Soram fuisse adfirmarem; tametsi Beneventanum Ducatum non alibi legerim, nec Principis Radelchisi Capitulare num. 9. consentiat ulterius unquam productum; certeque Sora, & confinia nonnulla oppida, ut idem Erchempertus perhibet num. 21. & 25. Ignotusque Cassinensis num. 23. aliquando a Campanis Langobardis administrata fuerint, quod perinde est, ac dicere ad Beneventanam spectasse regionem, a qua tandem subtracta, transierunt ad Spoleti Ducem genere tunc Francum: eaque jam olim invaserat, ut Paulus Diacon. tradit lib. 6. cap. 9. sive 27. Beneventanus Dux Gisulfus decessor praemorati Romualdi. Sunt ejus verba, sicut excerpta habentur in scripto quodam, & antiquo membranaceo Codice Monasterii Monialium S. Mariae Campanae urbis, atque ut ea recensuit Philippus Cluverius in Antiq. Ital. lib. 3. c. 8. ubi de oppido Arce, sive Arcano: *Hac denique aetate*, inquit Paulus *Gisulfus Beneventanorum Ductor Soram, Romanorum Civitatem, Arpinum, Arcem, atque Aquinum* (deficit *Aquinum* in praefato antiquo Codice) *pari modo oppida cepit*. Sed processerant quoque jam pridem Langobardi: ac, ni fallor, himetipsi Beneventani ad loca circa Soram posita pervadenda, quod S. Gregorius Magnus Dialog. lib. 4. cap. 22. his verbis demonstrat: *Hoc Langobardorum tempore*, inquit, *in hac Provincia, quae Sora nominatur, quidam Monasterii Pater vitae venerabilis Sora-*

Digitized by Google

ranus nomine fuit, qui captivis advenientibus, atque a Langobardorum depraedatione fugientibus, cuncta quae in Monasterio videbatur habere, largitus est; & infra: *expensis vero rebus omnibus, Langobardi ad eum subito venerunt, eumque tenuerunt, & aurum ab eo petere coeperunt*. Haec Sanctus Pontifex, qui tunc quoque Aquinensem urbem eo deveniſſe tradit Dialog. lib. 3. cap. 8. ut poſt mortem Epiſcopi Jovini in ea, *nec quis Epiſcopus fieret, nec quibus fieret, inveniretur*, immani tunc quoque lue in ejus populum graſſante, quae eodem Paulo Diac. Auctore lib. 2. cap. 4. & 12. ſive 26. univerſam delevit Italiam. Per quae etiam tempora, & ſub Romano Pontifice Pelagio, qui diem obiit anno 590. Langobardi non admodum inde diſſitum *Coenobium B. Benedicti Patris* (verba ſunt praefati Pauli lib. 4. cap. 6. ſive 18.) *quod in Caſſino Caſtro ſitum eſt, noctu invaſerant, ac diripuerant*; ſicut recte tempora adnotavit Oſtienſis lib. 1. cap. 2. quamvis Sigebertus in Chronico id factum ponat in anno 596. ejuſdemque Pauli ſupputatio poſt annum ſexcenteſimum contigiſſe expetat, de quo dixi in Chronologia. Devaſtationem vero tam praeclari Coenobii a ſancto viro conſtructore adhuc inter vivos agente praeviſam, ibique direpta tunc omnia, ſed ne unum quidem hominem detentum fuiſſe, praedictus Gregorius teſtatur Dial. lib. 2. cap. 17. ſuper quam amariſſime illum fleviſſe tradit: etſi, ut eventus docuit, ea futura erat minor altera, qua idem Monaſterium a Petronace reparatum iterum *invaſum deſtructum, atque incenſum eſt a Saracenis Prid. Non. Septembris Anno Incarnationis Dom.* 884. *Abbate quoque Berthario juxta Altarium B. Martini gladio tunc trucidato*, ut Oſtienſis habet lib. 1. cap. 43. revelata namque caeleſti viro fuit calamitas loco inferenda a ſe conſtructo, non altera, qua Petronacis opus erat periturum, deque ea indolendum illi eſſe haud congruum duxit Divina Sapientia.

At Langobardi, ut unde diſceſſeram me reducam, ea forte tunc non retinuerunt, ſed popularunt tantum

Digitized by Google

loca, utpote ſuam exuperantia non habendi cupidinem, ſed facultatem ſervandi, dum gens deficiebat, nec adhuc ſuccreverat, ut poſt fuit, quae ampliſſimas regiones cuſtodire, atque incolere ſat eſſet. Immania autem iſta in Caſſinenſe Monaſterium, in Aquinenſem Urbem, & in Soranam Provinciam noſtratibus Langobardis ea ratione adſcribere me cogita, ut ſi quis a Spoletanis potius, ſive docuerit, ſive putaverit fuiſſe commiſſa, haud valde ſim pugnaturus: etſi recentiores nonnulli direptum Caſſinenſe Coenobium a Beneventanis firmiter credidere runt, hac, ni fallor, conjectura perſuaſi, quoniam illud intra hujus Ducatus fuit confinia. At id utcumque ſe habeat, certe Giſulfus Beneventanus Dux centeſimo poſt anno ab Zottone Soram uſque & ad proxima oppida terminos ſuae Dynaſtiae promovit; *qui tempore Joannis Papae* ulterius quoque eos producere eſt aggreſſus, & *cum omni ſua virtute* (verba ſunt Pauli Diac. lib. 6. cap. 9. ſive 27.) *Campaniam venit, incendia, & depraedationes faciens, & uſque locum, qui Horea dicitur, caſtrametatus eſt, nulluſque ei reſiſtere potuit. Ad quem Pontifex miſſis Sacerdotibus cum Apoſtolicis donariis, univerſos captivos de eorum manibus redemit, ipſumque Ducem cum ſuo exercitu ad propria repedare fecit*: Nempe obtinuit, ne Giſulfus, cui nullus obſiſtere valebat, ulterius progrederetur, ſed Beneventanos teneret, ſervaretque fines. Poſt quae damna Romanos Pontifices, Beneventanoſque Duces qui Joannem, & Giſulfum ſubſecuti ſunt, mutuam coluiſſe amicitiam, inferendum videtur ex Caſſinenſis Coenobii reſtauratione, de qua Paulus Diaconus lib. 6. cap. 13. ſive 40. & Oſtienſis lib. 1. c. 4. namque eam curavit Petronax Brixianus civis ſuaſu Gregorii II. ab anno Chriſti 720. ut in Chronologia; ſacerque ille locus intra fines erat Beneventanos, ut dixi. Quo etiam foedere, & amoris vinculo idem Pontifex fretus, ſecurum ſe fore confidebat ab Imperatore Leone Iſaurico, ut in epiſtola ad eum data poſt annum 726. de qua actum eſt paulo ante. Quocirca cenſendum videtur, hujus Dy-

na-

Digitized by Google

naſtiae terminum cis Hoream (1) conſtitiſſe, quae trans Soram certe fuit, ut ex eo intelligimus, quod hanc noſtrates Langobardi, ut ſuperius obſervatum eſt, longa aetate obtinuerunt, qua noviſſime amiſſa ſub Ludovico Lotharii filio, fines retroceſſerunt ad proximam Aquinum, urbem ſub jure adhuc perſeverantem Capuae Comitum, ſicut aperte docemur ab Ignoto Caſſinenſi num. 26. Atque huc referendum putamus, apud Erchempertum num. 32. praefatum Imperatorem *Beneventi fines per Suram*, hoc eſt Soram; non autem *ad Soram* intraſſe. Sed hic quoque nobis claudetur terminus iſte, Romanos contingens fines.

DIS-

(1) Adhuc oppidum ibidem extat, qui *Morrea* vocatur.

Digitized by Google

DISSERTATIO V.

FINES DUCATUS BENEVENTI AD MERIDIEM.

MEridionale Beneventani Ducatus e finibus Cajetanis ad Orientem longe porrectum latus, ac velut pectinatim Tyrrheno finitum mari, ordine nunc describam ejusdem maritimae orae servato. Cajetam sane nostratibus Langobardis nunquam cessisse Constantinus Porphyr. tradit de admin. Imp. cap. 27. verbis alias relatis: *Langobardi*, inquit, *e Benevento excursione in omnem ditionem facta, subjecerunt eam Themati Langobardiae, & Calabriae usque Papiam excepta Hydrunte, Callipoli, Rusiano, Neapoli, Cajeta, Surrento, & Amalphe*. Ejusque dictum verum arguit Auctor Itinerarii S. Willibaldi apud Surium die 7. Julii; qui Sanctum illum virum Roma digressum (a) *Tarracinam in Oriente*, deinde ad *urbem Cajetanam*, & illinc marino itinere *Neapolim* pervenisse dicens, addit: *Istae civitates sunt Romanorum: in Beneventanis sunt, sed tamen Romanis sunt subditae*. Graecis nempe, quos Graecorum more ob novam Romam, scil. Constantinopolim, appellat Romanos. Et sane Tarracinam, ad quam Procopius de bello Goth. lib. 1. ex observata ante Langobardorum tempora Provinciarum Italiae descriptione, fines statuit Campaniae, & Romanorum, quorum Urbem tunc etiam Tusciae adscriptam scimus, Graecis a Carolo Mag. ademptam, Romanaeque Ecclesiae contributam, iterumque ab iis consilio Arichis Princ. Beneventi receptam, ex Hadriani Papae ad eundem

(a) Sic ibi legendum: non *Daterinam*, ut modo habet: ubi vel ipse exterus Auctor, vel imperitus librarius in *Nebulem* etiam detorsit *Neapolis* nomen.

Digitized by Google

dem Carolum constat (a) epist. 64. Qui insuper tum eam tum Cajetam Graecae partis diserte faciat epist. 73. *Et hoc*, inquit, Carolum similiter alloquens, *cognoscat a Deo protecta Excelleentia Vestra; quia aliquantas civitates nostras Campaniae* (Romanae) *operantes aemuli vestri atque nostri nefandissimi Beneventani, ipsi nostro Populo persuadentes subtrahere a nostra ditione decertant, una cum habitatoribus Castri Cajetani, seu Tarracinensium: obligantes se validis sacramentis cum ipso Patritio Siciliae, qui in praedicto Castro Cajetano residet; & decertant a potestate, & ditione B. Petri, & nostra eo:dem Campanos usurpare, & Patritio Siciliae subjugare*, &c. Patritio nimirum Siciliae; qui unus tum Siciliam, tum pleraque alia citra Farum loca, ut aliunde constat, sub potestate tunc habebat. At Cajetam, & perinde adjacentia ei oppida (ad ostia scilicet Liris usque & Trajectum, quod Joannis VIII. aperitur Epist. 69. & 74.) labentibus annis, nec sane multis, Romano Pontifici plene, ac firmiter accessisse, ex Erchemperto dignoscimus num. 65. Sed clarissime ex Ostiensi lib. 1. cap. 42. perhibente, Pandenolfum Capuae Comitem, sive Gastaldum, rogasse modo dictum Joannem VIII. *ut subderet dominatui suo Cajetam; nam Cajetani eo tempore Romano tantum Pontifici serviebant*: Ducem tamen habentes quendam Docibilem; quem Joannes, ut Pandenolfum voti compotem faceret, e suo munere, ni fallor, haud amovit; Quandoquidem Arichim quoque Princ. Beneventi non absimili exemplo ab Imp. Costantino Irenis filio petiisse, obtinuisseque Ducatum Neapolitanum (sed rem mors ejus turbavit) laudatus exponit Papa Hadrianus epist.

(a) His ne putes obstare; quod Francorum Rex Pipinus Paulo Rom. Pontif. denunciarit, se *Desiderium admonuisse Regem, Neapolitanos, ac Cajetanos constringere ob restituenda patrimonia*. &c. (sic lege in Ep. 15. Pauli ad Pipinum non *Reges Neapolitanos, ac Cajetanos*; qui plane nulli) Nam Langobardorum demonstrabat Regem Desiderium, amicitia tunc apud Graecos pollentem, ut ex ejusdem Papae liquet. ep. 4. Qui etiam vi, & armis Arichis Ducis Benev. non ita pridem a se instituti, compellere illos potuisset, si renuissent.

Digitized by Google

epist. 44. etsi eundem tunc detineret Ducatum Stephanus Episcopus, & simul Dux, consiliorum Arichis conscius, quin etiam consors, eique, ut ex praefata Hadriani epistola est intelligere, arctissime foederatus. Sed Cajetam haud prorsus amissam tunc Graecis fuisse Impp. antiquae docent chartulae, eorundem nominibus postea inscriptae, quam tandem Duces alii possederunt, Campanis Dynastis consimili ratione obnoxii, de quo opportunius alibi dicendum erit.

Sequens vero litus importuosum Cumas usque quod *in Capuana fine*, ut Capitulare habet Princ. Sicardi Num. 13. flumina accipit *Minturnum*, id est Lirim ad oppidum olim Minturnas; *Volturnum*; *& Patriam*, priscis *Clanium*, Beneventanos manifestum est obtinuisse Duces; Siquidem ii & Capuam tenuere, perque Comites administrarunt vel ab tempore Ducis Grimoaldi: illius nimirum, qui ad Regnum Langobardorum ope, & opera Campanorum Comitum obtinendum est usus, exercitumque Imp. Constantii attrivit. Quorum etiam facinore, ni fallor, *Cumanum* proxime post Patriam sequens *Castrum a Langobardis Beneventanis, superstite adhuc D. Papa Gregorio Romanae sedis, pervasum est*; quod perhibet Paulus Diac. lib. 6. cap. 13. sive 40. Beneventanorum sane Langobardorum nomine eos, qui proximam Cumis Capuam tenebant, haud ambigue demonstrans; quandoquidem Beneventanos frequenter etiam dictos fuisse quoscunque in Beneventano Ducatu degentes, sive indigenas, sive Langobardos, certum est. Qua mente sunt Anonymo Salernitano *Beneventani Episcopi*, *& Antistites*. Sed Cumas Anastasius Bibl. in Gregorio II. pervasas ait *per Indictionem quintamdecimam*, atque adeo in anno sive 3. sive 4. praefati Pontificis, qui ad ineuntem advixit annum Christi 731. Ex cujus dicto Paulus haud rectam videtur servasse temporum rationem, tradens id patratum *superstite adhuc B. Gregorio*: quod est, extremis ejus vitae diebus. Nam tametsi ad annum ille perveniisset 732. quo novo Indictionem cyclo revoluto, quintade-

tadecima rursus Indictio censebatur, minime quidem paucorum dierum spatio peragere ea potuisset, quae pro memorati Castri recuperatione Anastasius in haec verba fusius ibidem narrat (a): *Cumanum*, inquit, *etiam Castrum ipso fuerat tempore a Langobardis pacis dolo peruasum. Quo audito, omnes sunt redditi tristes. Adhortans etiam sanctissimus Pontifex, & commonens Langobardos, ut redderent, qui si non acquiescerent, in iram se divinam incidere pro dolo, quem fecerant, suis scriptis detestabatur; nam & munera eis dare, ut restituerent, voluit multa; sed illi turgida mente, neque monitis audire, neque reddere sunt passi. Unde nimis idem sanctus indoluit Pontifex, seseque spei contulerat Divinae, atque in munitione Ducis Neapolitani, & Populi vocans Ducatum eis qualiter agerent, quotidie scribendo praesentabat. Cujus mandato obedientes, consilio initio, moenia ipsius Castri virtute sub nocturno ingressi sunt silentio; Joannes scilicet Dux cum Theodimo Subdiacono, & Rectore, atque exercitu; & Langobardos pene trecentos cum eorum Castaldione interfecerunt, vivos etiam amplius quingentos comprehenderunt, captos Neapolim duxerunt, & sic Castrum recipere potuerunt; pro cujus redemptione septuaginta auri libras ipse sanctissimus Papa, sicut promiserat antea, dedit*. Hactenus Anastasius. At Langobardi nec proximum Misenate Castellum a Sicardo Principe Langobardorum (verbis dicam Joannis Diaconi Neapolitani de Transl. S. Sosii apud Surium) *post innumera mala, quibus urbes nostratium afflixit*, oppugnatione subversum, tenuerunt. In quo notandum *nostrates* dictos a Joanne urbium incolas, quae in Campaniae

(a) Etsi Neapolitani Ducatus urbs erant Cumae, Langobardorum tamen progressibus contristatus Gregorius, suaeque etiam timens Romae, preces, & praemia multa fudit. Quem exemplo praeivit Gregorius Magnus de quo infra. Estque etiam subsecutus Ioannes VIII. qui aliena commiseratus damna, instantissimis literis, donariis pluribus, praesentiaque sua de Saracenis hinc depellendis apud Dynastas cis Tyberim omnes vehementer egit.

Digitized by Google

littore ſub Neapolitano Ducatu diu permanſerunt.

Neapolitani autem, ad quos tranſeo, quamvis nec Beneventanis Dynaſtis, nec Campanis Comitibus unquam ceſſerint, Beneventano tamen Principi jam dicto Sicardo *Collatam, & Priſtinam* (hoc eſt tributi quoddam genus) *conſueti fuerunt dare*, & perſolvere, ſicut ejuſdem Principis aperitur Capitulari num. 2. ſolviſſeque tributa Impp. Occidentis Ludovico Pio, Lothario ejus filio, ejuſque nepoti Ludovico II. Erchempertus auctor eſt n. 10. ipſeque prodit junior Ludovicus in Epiſt. ad Imp. Baſilium, quæ ab uno ſervata inedito Anon. Salern. publici juris facta eſt a Baronio ad an. 871. num. 54. & ſeqq. ejuſque verba, quae huc faciunt, dabo infra. Neapolitanos autem Graecis Impp. per haec, quae tractamus Langobardorum tempora, ex directo, & antiquo jure ſubjectos fuiſſe, diuque ſic manſiſſe, teſtis eſt luculentus Conſtantinus Porphyr. De Admin. Imper. verbis ſupra relatis, (verba nec nunc repetam Itinerarii S. Willibaldi ibidem producta, rem quae iſtam & juvant) inſuperque his aliis: *Neapolis*, inquit, *Amalphe, & Surrentum, ad Romanorum Imperatorem* (Graecorum ſcilicet, ut jam expoſui) *ſemper pertinuerunt*. Sed hoc libet minutius demonſtrare, a Blondo male traditum, qui Dec. 1. Hiſt. lib. 8. ait, *ſe ſcire Langobardos haud multo poſt tempora trigintaſex Ducum in ſuis partibus habuiſſe Neapolim*. Atqui non ne ipſum nomen: *Magiſter Militum*, ut hinc exordiar, quo Neapolitanos Praeſides per omne Langobardorum aevum nuncupatos obſervamus, urbem eam probat Langobardis non ceſſiſſe unquam, quos nunquam ſive inter militares, ſive inter civiles Magiſtratus Magiſtros Militum habuiſſe, firmiter tenemus? idque ſane vocabulum frequentius audiri coepiſſe poſt Imperii declinationem, & ab Imperialibus potiſſime exercituum Ducibus uſurpatum, quando *& Mngiſtri Peditum* quoque, & *Magiſtri utriuſque Militiae* apud eoſdem inualuere nomina? Equidem haud vereor ex hac Neapolitani Praeſidis nomenclatura conijcere me poſſe Neapolita-

nae

Digitized by Google

nae urbis Duces perpetuos fuisse in his maritimis Campaniae locis Graeci Imperii propugnatores, quos non *Magistros Militum Neapolis*, ut recentiores fere omnes credunt, sed absolute, *Magistros Militum*, a priscis, probatisque auctoribus nuncupatos scimus (1). Erchempertum vide num. 26. 27. 39. & 44. Capitulare Principis Sicardi num. 1. Epistolas Sancti Gregorii Magni, & Joannis Papae VIII. pluribus in locis, aliosque multos. Hoc autem de Graecorum Imperatorum in Neapolitana urbe dominatu adhuc firmat, sed ut solet, vera falsis admiscens, temporumque & rerum ordinem perturbans, idem qui supra Porphyrogenneta, tradens loco jam dicto, *post translatam Constantinopolim Imperii sedem, ad Italiam missos ab Imperatore Constantinopolitano Patricios duos; quorum unus Siciliae, Calabriae, Neapoli, & Amalphae praeerat: alter vero Benevento, Capuae, Papiae cum reliquis; & tributa quotannis Fisco Imperatoris pendebant*; & infra iterum: *Neapolis antiquum Praetorium erat Patriciorum, qui mittebantur: & illam qui tenebat, idem in potestate Siciliam quoque habebat. Cumque Patricius Neapolim appelleret, Dux Neapoleos in Siciliam abibat*. Haec Constantinus. Cui in his, quae probamus, consentit Sanctus Gregorius M. lib. 2. Ind. 10. epist. 32. ad Joannem scribens Episcopum Ravennae; apud quam urbem Imperialis Exarchus, hoc est primarius tunc Graeci Imperatoris in Italia Magistratus, sedem habebat. Verba sunt Gregorii: *De Neapolitana vero Urbe*, inquit, *Excellentissimo viro Exarcho instanter imminente vobis indicamus, quia Arechis* (Dux scilicet Beneventi hujus nominis primus) *ut cognovimus, cum Arnulfo* (Duce Spoletii) *se fecit, & Reipublicae contra fidem venit, & valde insidiatus est eidem Civitati; in quam si celeriter Dux non mittatur, omnino jam inter perditas habetur*. Sic Gregorii epistola, quae data cum fuerit Ind. decima, anno convenit 592. quo Neapolim Duce destitutam man-

(1) Conser. quae dixi in Chron. Duc. Neap. tom. III.

Digitized by Google

fisse docemur; sed ex altera, quae est 74. lib. 7. Indict. 2. in anno scilicet data 599. intelligimus, haud multo post id muneris fuisse missum Maurentium, quem Pontifex scribit, adeo urbis custodiae invigilasse, ut etiam *Theodosium Abbatem in murorum vigiliis ultra vires suas vehementer affligeret*; adeoque eandem pariter urbem, ut ex epist. habetur 107. praefati lib. 7. Ind. 2. armatis militibus muniisse, ut eos in Monasterio etiam hospitaretur Angelae Abbatissae. Neque hunc Ducem ab alio dices missum, quam ab Graeco tunc Imperatore Mauritio, qui Neapolitanorum jura super possessione adjacentium Insularum *elicita jussione post alios retro Principes ita stricte muniverat, ut ii non haberent, unde juste possent formidare*, quod certo se nosse adserit idem S. Pontifex lib. 9. Indict. 4. epist. 53.

Firmiter igitur tenendum est, Duces a Graecis Imperatoribus Neapoli datos; ad quorum utilitatem eam servatam ex eodem intelligimus Gregorio lib. 12. Ind. 7. epistola 24. qui pro communi tunc temporis quoque invigilandum esse sentiebat, ne reliqua Graeci Imperii in Italia portio, ac ipsa tandem Roma Langobardis accederet, *Constantinum Tribunum custodiae inibi cum deputasset, Episcopis* scripsit *Neapolitanis, ut praedicto Magnifico viro Tribuno omnem deberent pro Serenissimorum Dominorum utilitate, vel conservanda Civitate obedientiam praestare*. Quo loco *Neapolitanos Episcopos* dictos putamus Antistites urbium Campani littoris, quas Dux Neapolis in unam velut Provinciam redactas, vulgo appellatam, *Campaniam*, pro Graeco Imperatore curabat: qua significatione eidem Pontifici lib. 2. Ind. 11. Epist. 1. 2. & 15. dicitur *Scholasticus Judex Campaniae*, & lib. 8. Ind. 3. Epist. 12. *Gudiscalcus Dux Campaniae*; nec alio sensu Paulo Diacon. lib. 5. cap. 6. sive 12. sunt *Partes Campaniae* (a); nescioque an eodem in epigraphe Epist. 3. Papae

(a) Sic quidem, nam laxior illa Equum Tuticum pertingens, ac Trivicum, haud jam manebat Campania, quae tum Langobardis cesserat, tum

pae Pelagii ſcriptae: *Dilectiſſimis, atque clariſſimis fratribus univerſis Epiſcopis, & cunctis ſpecialiter per Campaniae, & Italiae Provincias militantibus*: atque apud Acta Sancti Antonini Surrentini, de quibus infra. Sed Neapolis etſi poſt D. Gregorii M. tempora Graeco Imperio eſt aliquando amiſſa, tandemque omnino deperdita, eam plane non alii, niſi quibus ejus adminiſtratio demandata, ac concredita ab ipſis Imperatoribus fuerat, uſurparunt; de quo ſat eſſe poteſt unicum ex praememorati Pauli Hiſt. lib. 4. cap. 10. ſive 35. depromtum exemplum, quod verbis referam Anaſtaſii Bibl. in Deusdedit, ut ea e mendo expurgem, & explanem: *Eleutherius*, inquit, *Patricius, & Cubicularius egreſſus Roma, venit Neapolim, quae tenebatur a Joanne Compſino intarta* (ſcribo, *antarta* (a), ut habet Abbo Floriacenſis; quae vox, aliis non intellecta, ſonat *rebellem*; unde apud eundem Anaſtaſium in Theodoro, *intartizare*), *Qui Eleutherius pugnando ingreſſus eſt Neapolim, & interfecit Tyrannum*. Ejus autem rebellis vindicem haud ſibi, ſed Graeco Imperatori, tunc Heraclio, apud quem Patriciali dignitate, & Cubicularii munere ille erat decoratus, eam adſeruiſſe urbem, opus non eſt, ut aliis probem documentis, quam hac una Hadriani Romani Pontificis Epiſt. 44. ad Carolum Magnum data, editaque a Gretſerio, qua aperitur, Neapolim adhuc ſub Graecorum Imperio manſiſſe, expetitamque eſſe a Beneventano Duce Arichi II. vel poſt annos biscentum ab triginta ſex Langobardorum Ducum tempore, ſecus ac Blondus opinatus, certoque ſe ſcire eſt profeſſus. Epiſtola vero Hadriani, qua Regi Carolo occultam conſpirationem ſibi proditam a Gregorio quodam Capuae Presbytero enarrat, ſic habet: *Cum a nobis*, inquit, *enucleatius*

tum retroceſſerat ad mare, quo regionis incolae, tanquam in loca tutiora ſeceſſerant, eamque (ſerio dicam) contraxerant.

(a) Vide Feſtum in verbo *Antarium*, & Scalig. Gloſſas quoque, editas ab Henrico Steph. aliiſque.

Digitized by Google

tius ſciſcitatus fuiſſet Presbyter ille Gregorius, *retulit nobis dicens; quod dum Domnus Carolus Magnus Rex praeterito anno a Capuana Urbe reverſus fuiſſet* (hoc eſt in anno 787.) (a) *Arichis Dux ſuos ad Imperatorem, Deo ſibi contrario, emiſit Miſſos, petens auxilium, & honorem Patritiatus una cum Ducatu Neapolitano ſub integritate*, cum omnibus nempe integris locis ad eundem Ducatum ſpectantibus; ſive integre, atque omnimoda tradita poteſtate, ut non ſemel id verbi eſt apud Hugonem Falcandum, *ſimul, & ſuum cognatum Athalgiſum* (filium Regis olim Italiae Deſiderii, qui capto ejus patre a Carolo Conſtantinopolim confugerat) *cum manu valida in adjutorium ſibi dirigi, promittens ei tam in tonſura, quam in veſtibus uſu Graecorum perfrui ſub ejuſdem Imperatoris ditione. Haec audiens autem Imperator, emiſit illi ſuos Legatos, ſcilicet Spatarios duos in ditionem Siciliae ad Patritium eum conſtituendum, ferentes ſecum veſtes auro textas, ſimul & ſpatam, vel pectinem, & forcipes, ſicut illi praedictus Arichiſius indui, & tonderi pollicitus fuerat: petentes Romualdum ejuſdem Arichiſi filium in obſidiatum* (ſive obſidem datum) & caetera digna quidem ſcitu, ſed a noſtro inſtituto aliena; ex quibus unum illud excerpere eſt viſum, Neapolitanos in ſuam urbem ſuſcepiſſe Graeci Imperatoris Legatos, ac duos praeſcriptos Spatarios *cum Bandis, & Signis*: hoc eſt procedentes obviam eis ſolemniſſimo apparatu, qui poſtulata Arichis adimplere nequiverunt, nam ille in fata conceſſerat eodem anno.

Sed ne in Neapolitanorum, ac perinde Graecorum rebus diutius, quam par eſt, dum Langobardorum tracto Hiſtoriam, immorari videar, en tandem promiſſa epiſtolae portio Ludovici II. ad Baſilium Macedonem, quae velut praedictorum epilogus eſt, atque confirmatio: *Poſtremo*, inquit Ludovicus, *de Neapoli nobis in Chriſto fraternitas tua monuit, quaſi miſerimus populum*

no-

(a) Vide laudatos Auctores ad Anonym. Salern.

Digitized by Google

noſtrum ad incidendas arbores, & meſſes igne cremandas, & hanc ditioni noſtrae ſubdendam; cum licet ab olim noſtra fuerit, & parentibus noſtris piis Imperatoribus tributa perſolverit. Verum nos, praeter ſolitas functiones, nihil exegimus, niſi ſalutem ipſorum, &c. Haec Ludovicus ad Baſilium. Sed ex iis dijudicare facile quoque eſt, proxime poſt Neapolim in ejuſdem Tyrrheni maris urbes, Stabias, Surrentum, & Amalfim nec Langobardis in eorum primordiis, nec per plures alios annos ceſſiſſe; ſiquidem eas ſub regimine Neapolitani Ducis diu fuiſſe, Pontifices Gregorius Magnus, & Hadrianus ſuis in epiſtolis, quas recitavimus, innuunt, & palam aperit Capitulare Principis Sicardi initio. Et Stabias quidem *cum Langobardorum feritas omnia fere Campaniae oppida igne ſuccenderet, ferroque devaſtaret, S. Antoninus*, cognomine dictus nunc *Surrentinus*, tanquam in ſecuriorem, nec obvium hoſtibus locum, qualis maritimis ille tunc habitus eſt omnis tractus, ſeceſſit; *ac Parthenopes*, ut ejuſdem S. habent Acta, *ingreſſus agros* (nempe ejus Ducatum) *ampliſſimo Stabienſis Eccleſiae Praeſuli, nomine Catello, adhaeſit*, quod contigiſſe non admodum poſt Langobardorum adventum, jure me opinari poſſe exiſtimo; quandoquidem ex ingenti illa clade, quae in univerſam fere Campaniam eſt ab eis illata, nempe in mediterraneam, fugiſſe Antoninum oportet ad littoralem, a bello tunc immunem, & a Graecis ſervatam: Ni velimus in iis Actis eadem ſupra expoſita acceptione, Campaniam demonſtrari littoralem (1), quam Princeps Sicardus plane omnem iteratis vicibus tum ſolus, tum una cum patre Sicone divexavit, a qua interpretatione libens quoque ſtarem. At Sanctum virum e direpto a Langobardis Caſſinenſi Coenobio ſub Duce Zottone fuiſſe digreſſum, ſi quis potius judicandum duxerit (modo non majus obſtet impedimentum) ab opinione ſeduci non debet ſua ex hoc, quod Latii, non Campa-

(1) De Surrento, & Amalphi ſuper notatum.

paniae, urbs olim fuit Caſſinum; namque *haec regio a Tyberi prima Italiae ſervata eſt ex deſcriptione Auguſti*, ut perhibet Plinius lib. 3. cap. 5. qui Caſſinum in ea manifeſto locat. Verumtamen ejuſmodi pugnat ſane magis adſertioni, quod Caſſinenſes tunc Romam unanimi voto, ac fuga, omnes ſe receperunt, ut ſubindicat Oſtienſis lib. 1. cap. 2. quodque laudata Antonini Acta Monachum eum haud produnt tempore Stabienſis receſſus (a), ſed in clericali munere apud Epiſcopum Catellum primum manſiſſe, teſtantur: quae nihilominus tollit obſtacula Martyrologii Romani ſacra auctoritas ad diem 16. Kal. Martii: Antoninum adpellans Monachum Caſſinenſem, cui ſubſcribendum, adque ejus normam Sancti hujus viri geſta exponenda eſſe dijudico. Surrentum autem, quod proxime Stabias ſubſequitur, & poſt Surrentum in adverſo Promontorii latere Amalfim, ſub Graecis manſiſſe (1), ex Conſtantino Porphyrogenneta verbis ſupra relatis intellectum eſt; certeque ante ejus aetatem in Langobardorum jura conceſſiſſe haud proditum habetur; nam utramque ab iis olim, ſed fruſtra expetitam, noviſſime Salerni Princeps Guaimarius IV. armis ſubegit anno fere 1040. quod Oſtienſis adnotavit lib. 2. c. 64. atque in Chartis complura teſtantur monumenta: Surrentinamque ſane urbem a Principe Sicardo nullo profectu obſidione cinctam praeſcripta declarant Acta S. Antonini: nec non Amalfi ab Langobardo hoſte S. Gregorium Magnum timuiſſe, ſed timuiſſe tantum, epiſtola ejus docet 23. lib. 5. Indict. 14. Adverſus quam nec pariter profeciſſe Arechim II. ex altera epiſt. 18. Hadriani Papae ad Carolum Magnum aperitur, cujus verba ſunt: *Porro*, inquit, *veſtrae Regali potentiae innoteſcimus, quia Ari-*

(a) Equidem ex S. Greg. M. aliisque novi, Monachos ad clericalia munia aliquando tranſiiſſe: at id de S. Antonino Acta ſua non perhibent.

(1) Surrentum, Amalfia, Stabiae pluries a Langob. impetitae fuerunt, & aliquando ſubactae. Vid. To. IV. & III.

Digitized by Google

Arichis Beneventanus Dux juſtitias de hominibus ſuis quaerens, exercitum duxit ſuper Amalfitanos Ducatus Neapolitani, & undique eos circumvallans, incendit omnes poſſeſſiones eorum, atque habitacula foris poſita. Quo audito Neapolitani direxerunt in adjutorium ipſorum plures homines, vincentes eos, interfecerunt plurimam multitudinem Ducatus Beneventani; unde eum caeteros plures, tum optimates captivos apud ſe habent, &c. Iſta Hadrianus. Ex quibus firmari inſuper vides quod nec multo ſuperius obſervabam de Neapolitanorum Ducum diuturna prerogativa ſuper Amalfim, Surrentum, adiacenteſque alias hinc inde in ejuſdem maris ora ſitas urbes, quae nihilominus ſingulae peculiares interim obtinebant Praeſides, a quibus regebantur; ſed Neapolitanis Ducibus, dum antiqui juris norma cuſtodita eſt, haud dubie obnoxios, quos Amalfitani annuos habuerunt, Comiteſque (a) dixerunt (cur non ſic quoque Surrentini, ac caeteri?) ſi Anonymo Salernitano in Hiſtoria nondum edita habeatur fides. Per Sicardi autem Principis aevum, & quod excurrit, talem Politiae ordinem ſervatum adhuc fuiſſe, ejuſdem Sicardi declaratur Capitulari, a quo ſtat etiam Erchempertus num. 26. & 27. tradens, Magiſtrum Militum, atque Neapolis Ducem Amalfitanos in bellum miſiſſe in Campanos, illorumque Marinum Praefectum, ac filium in vinculis detinuiſſe, ut foederato ſibi Principi Salernitano gereret morem. Nec ducendus alio eſt ineditus praefatus Anonymus, qui Sicardum tradit ex Amalfi ab incolis ſibi prodita, ac *ſine humani ſanguinis effuſione populata*, multos tum per vim captivos, tum volentes traduxiſſe Salernum; qui ejus donis corrupti reliquos populares ſuos ad transfugiendum ſollicitarunt, ſed tandem a Langobardis apud Principem delati fuerunt, quod *Duci Parthenopenſi quidam eorum flecterent caput*: veritos namque Langobardos

(a) Comitis Miſeni, ſive Meſſenae utique meminit S. Greg. M. l. 11. Ind. 6. ep. 31.

Digitized by Google

ſubindicat Anonymus ille parum ibi conſtans, nec apertus Auctor, ne Amalfitani Salernum proderent Neapolitano Duci, cui ex congenita ſubiectione animo adhuc faverent. Sed de his ſatis.

Cur vero tum praeſcripta, tum alia loca Langobardorum valuerint manus diutius, vel effugere, vel repellere, non inepta ea videtur ratio reddi poſſe; nempe quod antiquiſſimo more caeterarum urbium ad mare ſitarum, quae expoſitae alioquin fuiſſent ad obvios, ſubitoſque pyratarum incurſus, arduis in locis, validisque propugnaculis munitae habebantur, cum caeterum noſtrates Langobardos haud admodum validam aluiſſe, ſive comparaſſe claſſem putandum ſit, qui nihilominus eam qualemcumque habuerunt, ſicut ex Erchemperto conſtat num. 8. & 9. At eis ad invadendas mediterraneas urbes, & loca promptiorem fuiſſe facultatem, par eſt credere; quandoquidem eorum omnium fere muri, vel jam pridem a Gothis conſulto diruti, ac diſiecti nulli extabant, vel aevitate ſeneſcentes, ac aerumnoſorum temporum infortuniis quaſſati tantum non deciderant: quorum quoque poſſeſſio cum longe laxior, fructuoſiorque maritima ora cenſeretur, potuit ſane hoſtes, quantumvis habendi cupidos abunde in illis rerum primordiis explere, nec numero adhuc, ſicut poſtquam apud nos ſuccreverunt, innumeros. Et quidem gens illa ab ſuo fere adventu interiorem Campaniam omnem, Capuamque metipſam totius regionis olim Caput, praeclaroſque ejus, ac latos campos, vel ſolo adceſſu obtinere valuerat, cum hic praeter Neapolim, Cumaſque non alia urbs, teſte Procopio Gothicae Hiſtoriae lib. 1. muris tunc munita eſſet. Sed Capuam, quam modo dixi (nam ad eam ex Amalfi recedo) Beneventani poſtquam occuparunt Langobardi (conſona enim Auctorum voce utique occuparunt) haud eam tranſactis ab Narſetis aetate annis centum, ſub triginta Ducibus deſtruxerunt, ut noſtratium rerum, poene dixerim, prorſus ignarus Blondus, & qui eum ſecutus eſt Leander Albertus ſuis in Italiis

ubi

ubi de Campania, tradiderunt: Nec abusque Vandalorum, sive Afrorum incendio penitus desolatam frequentare coeperunt, sicut perhibet Constantinus Porphyrogenneta (a). De Admin. Imper. cap. 27. Sed illam minus quidem felici tunc sorte utentem, eorundemque irruentium Langobardorum primis populationibus, nec negaverim, maxime attritam, novis paulopost inductis habitatoribus restaurarunt, validioremque reddiderunt, nempe aliquanto prius, quam Grimoaldus Beneventi Dux Regnum usurpasset in anno 663. qui praesignes Capuae Comites dedit, eosque administros habuit validos, ac prudentes, sicut declarat Paulus Diac. lib. 4. cap. 18. sive 53. & lib. 5. c. 4. sive 9. quos de more ex caeteris selectos libet credere tanquam ad proximos Graecos repellendos, debellandosque destinatos. Quibuscum quotidianas fere Campani Langobardi conferentes pugnas, adeo praeclaram ex armorum studiis gloriam reportasse censeo, ut manente adhuc antiqua urbe, Autchar ejus Episcopus suo in Tumulo, non admodum nuper deperdito, cujus tamen integrum, quod susceptum inde fuit exemplum, apud me extat, dictus jure merito sit,

„ *Antistes Populi multa virtute potentis.*

Atqui eodem pervasae Capuae tempore reliqua hinc inde mediterranea Campaniae loca, nec ullis tunc munita muris, Langobardis etiam cessisse, ambigendum non est: nempe ad Occidentem Teanum: ad Orientem vero Caudium (dictum alio nomine *Furculum* (1)) Sarnum, & Cimiterium, ideſt Nolam, hoc etiam celebriori tunc vocabulo demonstrari consuetam. Quarum urbium, & Capuae simul adpellatione omnem in Capitulari Principis Radelchisi num. 9. venire existimo antiquam Campaniam cum Latii parte usque Aquinum, Liri, & Sarno flumi-

 nibus

(a) Vacuae urbi certe dicendum non est Episcopos clari adhuc nominis unum post unum praesedisse: *Tiburtium*, *Constantinum*, *Alexandrum*, *Germanum*, *Victorem*, & *Probinum*.

(1) Diversum omnino a Caudio, Furculum erat.

Digitized by Google

nibus definitam, quae tandem, ut alio loco dicam, longe post praefatum Capitulare anno exaratum 851. atque sub nostris Regibus Nortmannis, nomen Terrae Laboris (1) obtinuit, quo ex vulgi consuetudine modo indigitatur.

Quod noto, ne quis S. Martini Romani Pontificis malesanam ad Elitherium epistolam, qualem editi hactenus Codices praeseferunt, obiiciat his, quae modo de universis antiquae Campaniae mediterraneis locis a Langobardis pervasis, pronuntiavi: nam ille enarrans quae passus sit, cum Roma captivus jussu Graeci Imperatoris Constantii marino itinere in anno 650. in Orientem duceretur, per terram quidem Laboris tunc subditam magnae Romanorum urbi, hoc est Constantinopoli, se transisse declarat; verumtamen omnem aliam, quam hanc inter Latium, & Picentinos regionem, certo certius animo concepit. Sunt ejus verba: *Pervenimus*, inquit, *Kalendis Julii Messenam, in qua erat navis, ideſt carcer: non autem Messenae tantum, sed in Terra Laboris, & non tantum in Terra Laboris, quae subdita est magnae Urbi Romanorum, sed & in pluribus Insularum, in quibus nos vel transmisissemus, peccata impedierunt: nullam compassionem adeptus sum, excepto dumtaxat in Insula Naxia, quoniam ibi annum fecimus*, &c. Haec Martinus; qui aperte cum separet *Messenam*, ideſt *Misenum*, sive dicas *Misenatem Urbem*, a Terra Laboris, seque ex illa ad hanc dicat perveniſſe, ac Insulas tantummodo ea navigatione trasmisisse, ad quas descendere vetitum ei fuit, nulla ambiguitate laborat, *Terrae Laboris* nomen in praescriptis ejus verbis haberi depravatum: quo non continens terra, qualis haec est, sed consimilis adpellationis Insula demonstrari, deprehenditur, per quam ex Miseno Pontificem solventem, Naxumque ductum oportuit pertransire? Siquidem *Messenae*, ut dixi, vocabulo, efferendi tunc recepto more, *Misenum* indigitatum disce-

(1) De hoc sup. To. III. in Dissert. de Liburia.

discere est ex S. Gregorio M. lib. 7. Indict. 2. epist. 26. & 27. & lib. 11. Indict. 6. epist. 30. & 31. quo etiam, sed per simplex S dicta ea urbs reperitur in ejusdem Sancti Martini Actis apud antiquum membranaceum Codicem Monasterii Monialium S. Joannis Baptistae Campanae urbis; sed afferam textum, in quo etiam est non obvia nominis Calabriae usurpatio: *Non autem*, inquit, *Mesenae tantum, quae in Calabria est, impedierunt Beatum Episcopum, sed & in aliis Insularum civitatibus sine humano solatio tribus mensibus eum retinuerunt, nullam compassionem ei adhibentes*, &c. Quibus verbis noluit Auctor *Misenum*, sive dicas *Mesenam*, vel *Messenam*, Campaniae urbem, esse *Messanam* Siciliae, Calabriaeque oppositam: nec Siciliam credidit aliquando Calabriam nuncupatam; sed quoniam Calabriae nomine omnia quandoque adpellata fuerant; quae a Graecis in Cis Tyberina Italia detinebantur loca, ut plenius dicam infra, littoralem Campaniam, & Misenum, a Graecis utique servatas, consueto more *Calabriam* nominavit. Sed, ut redeam ad Martini epistolam, nomen ibi *Terra Laboris*, ex *Terra Liparis*, depravatum esse, non prorsus futili persuadeor conjectura; namque Pontifex e Romano digressus portu; ac per Misenum vectus Naxum, necessaria, & consueta transfretatione ad Lipareas Insulas haud dubie divertit, sicut observare est, nedum ex locorum positu, sed ex pari apud D. Gregorium M. navigatione Dial. l. 4. c. 30. Verum *Miseni* genuino vocabulo cum *Messena*, & *Mesena*, *I.* in *E.* commutato, dicta sit urbs; pari ratione Terra quoque, sive Insulae, olim, atque nunc (a) *Liparis* dictae, *Leporis* etiam, varianteque dialecto, *Leporis*, videntur fuisse nuncupatae; quod sane imperiti librarii cum ignorarent, notissimum, quod jam increbuerat *Terrae Laboris* nomen subrogarunt, vel ex hoc

(a) Ex primaria Aeoliarum eas Insulas omnes dixit *Terram Liparis*, pari acceptione, qua Erchempertus n. 29. *Barium tellus*. & num. 81. *Rhegium tellus*, nosque dicimus, *Terra di Bari*, *Terra di Otranto*. &c.

Digitized by Google

hoc etiam non aliam putantes Terram ibi indicari, quod ſcilicet Miſeni eſſet mentio in contextu. Nec diſpari a Narciſſi Medici hallucinatione, qui apud Sebaſtianum Munſterum in Coſmographia lib. 2. ubi de Campania, *Terram Laboris* perhibet aliquando dictam fuiſſe *Terram Leporis*, neſcius in antiquis a ſe inſpectis monumentis hoc vocabulo non Terram, quae olim Campania fuit, ſed Lipareas Inſulas demonſtratas: & ſane haud offendiſſe in hoc videtur, qui ex Graeco Latinam fecit epiſtolam Anaſtaſius (1).

Sed de Terrae Laboris nomine, ejuſque origine, quam abſurdas alias plerique recentiores, & prae aliis Blondus, quique illius perpetuus eſt comes Leander Albertus, tulerint ſententias, abſtineo nunc aperire: ſuſcepta enim Be-

(1) Multipliciter heic hallucinatus eſt Peregrinius (ut poſt Pagium advertit doctiſſimus aeque ac mihi amiciſſimus Joſ. Aſſemannus tom. II. Ital. Hiſt. Script. c. 2.) *Meſſenam* cum *Miſeno* confundens ex epiſtolae S Pontificis (quae non utique ad *Elitherium*, id. *Eleutherium*, ſed ad *Theodorum* inſcribitur) contextu male intellecto. Ea namque verba, quae a corruptis Codicibus Peregrinius exſcripſerat, erroris ipſum accuſant: haec itaque ex emendatioribus codd. ſunt verba ipſius S. Martini in Epiſt. IX. ad Theodorum, quae ordine eſt XV. *Et pervenimus Kal. Julias Meſſenam, in qua erat navis, ideſt carcer meus. Non autem Meſſenae tantum, ſed & in Calabria; & non tantum in Calabria, quae ſubdita eſt magnae Urbi Romanorum; ſed & in plurimis Inſularum &c.* Ea pene ipſa leguntur in Cod. Monaſterii Monial S. Joannis Baptiſtae Capuae, quae Peregrinius mendoſe recitat, ſcil. *& Kal. Jul. pervenimus Meſſenam. . . . Non Meſſenae tantum in quae* (intra) *Calabriam eſt, impedierunt B. Epiſcopum, ſed & in aliis &c.* Illud *in Calabriam* fort. *intra Prov. Calabriae fines* Meſſanam tunc temporis includi, ejuſque Regionis Praefecto ſubjectam fore, innuit. Revera autem Τὸ *Terrae Liparis*, aut *Leporis*, quod ipſe legerat, etiam in Cod. ipſius Monaſt. nullimodo habetur. Excuſandus tamen diligentiſſimus Scriptor, cui mendoſos codices pervolutare ſolummodo datum fuit, eiſque fidem praeſtans, in hunc errorem contra votum inciderit. At utinam ex hoc non alii errores efluxerint! Epiſtolam iſtam Martini PP. non A. 650. in Orientem juſſu Conſtantis Imp. abductam fuiſſe ut ipſe ait cum Baronio, habemus; ſed A. 653. ſicuti apertiſſime ex ipſius epiſtolae verbis indicari advertit Pagius ad A. 650. num. 8. *quod die XIX. menſis Junii qua A. 653. in Feriam IV. convenit, Sanctus Pontifex navi impoſitus eſt, & Kal. Jul. pervenit Meſenam, ſcilicet Meſſinam*, ſeu Meſſanam, *in qua erat navis &c.* Neque revera intra XIII. dierum ſpatium, tam breve e Romano Portu iter Miſenum uſque confici debuiſſe credendum eſt aeſtivo tempore, quo utique felicior, expeditiorque navigatio utplurimum experiri ſolet.

Digitized by Google

Beneventani Ducatus peragenda est descriptio : nec de Salerno, quae proxime post Amalfim in interiori ejus maris sinu occurrit, est sermo longius differendus. Quae quidem urbs, sive quod in mediterraneis olim, & a mari nonnihil recederet, sicut describitur a Strabone lib. 5. itemque a Plinio lib. 3. cap. 5. ideoque minori studio munita haberetur; sive quod ex antiquiori clade minus frequens esset, haud sero, sicut proximam Amalfim, & Surrentum, sed, ni fallor, eodem, quo mediterranea alia loca, exiguo labore eam Langobardi pervasere: quam Caroli Magni aetate *Princeps Arichis*, ut auctor est Erchempertus num. 3. & ex eo Ostiensis lib. 1. cap. 12. *in modum tutissimi Castri, opere mirifico munivit, & nova fabrica reparavit, ut esset scilicet futurum praesidium Principibus, superveniente exercitu, Beneventum*: hoc est in ipso maris littore urbem refecit, ut evadendi hostis, siquando necessitas urgeret, marino itinere pateret via; qua eodem ferme tempore Desiderius Rex Italiae, Arichis socer, cum a praefato Carolo Ticini obsideretur, destitutus, captus fuerat, vitamque exilio finierat; exemplo etiam ille doctus antecessoris Ducis, qui ab persequente eodem Desiderio Hydruntum se receperat, ac vitae discrimen evaserat, ut alibi dicam. Ex quibus declaratur, cur Principes Arichi posteriores summo studio Salernum colere perseverarunt; nempe quoniam in omni Beneventana ditione non alia habebatur opportunior navigiis statio, Beneventoque vicinior, Graecis ad Inferum, quod propinquius erat mare, sola importuosa Campaniae littora non possidentibus. Arichis autem, ut hoc obiter notem, sive restaurans, sive universam denuo condens Salernum, non ab alio sibi praecavebat hoste, quam a terrestri, qualem sensit Carolum, a quo, & ab ejus filiis, ut Erchempertus perhibet num. 2. 5. & 6. pluries tum ipse, tum Grimoaldus subsequens Princeps, nunquam tamen classe fuerunt lacessiti: qua Gallorum Reges, ut hinc intelligere est, non admodum valuere, sed ea Graeci tunc praepollebant; & qui pyraticam

Digitized by Google

ticam exercebant Saraceni. Ludovicus sane Lotharii filius, ut Barim obsidione magis arctaret, a Basilio Macedone stolium (sic classem adpellat) anxie expetiit eadem epistola, cujus supra meminimus, & obtinuit: Sed post Salernum ceteras quoque ad Orientem Consentiam usque longo, continuoque tractu positas urbes Langobardis aliquando cessisse, non uno constare potest documento; Acropoli tamen in excurrente Promontorio, vulgo dicto, *Capo della Licosa*, excepta, & si qua alia illic ad mare, & Rhegium usque sita (a): quam Graeci ejusdem Arichis, & Caroli Magni aetate adhuc servarunt, sicut ex Romani Pontificis Hadriani discimus collatis invicem epistolis 44. & 48. ad eundem Carolum datis, quibus Hadrianus iterato habet de transmissis Legatis ab Imperatore Constantino ad dictum modo Principem: verba sunt prioris epistolae: *Dum*, inquit, *ibidem Salerni Atto fidelissimus vester missus fuisset, Beneventani ipsos Graecos minime recipere voluerunt; sed post reversionem praedicti Attonis Diaconi tunc eos terreno itinere a finibus Graecorum deferentes, Salerno receperunt, & cum Athalberga* (Ostiensi dicitur *Adelperga* lib. 1. cap. 15. sicut etiam inedito Anonymo Salernitano) *relicta Arichis, seu optimatibus Beneventanis tribus diebus persistentes consiliati sunt.* &c. Posterior autem epistola sic habet: *Dum Atto Diaconus ad vestram reversus est Excellentiam, statim Missi Graecorum duo Spatarii cum Diucitin, quod latine Dispositor Siciliae dicitur, in Lucaniae Acropoli descendentes,*

(a) Ecclesias, sive Episcopatus *Veliae, Buxenti*, sive *Uxenti, Blandae* littorales uni Episcopo Acropolitano Sanctus Graeg. Mag. lib. 2. Indict. 16. epist. 29. commendavit, quo aeque, ni fallor, urbes illae ac Acropolis in Graecorum manerent ditione: *Sed an verum utique sit, quod heic adserit absolute Peregrinius, nempe Acropolim nunquam Langobardis cessisse ipse judicet Lector, qui ex Anon. Sal. & Chron. aliter fuisse legerit. Neque superius verum testatus est de Misseno, Puteolis, ipsaque Neapoli, quae nunquam a Langobardis subjecta fuissent, quum & Capuae Princeps Neap. tribus circ. annis imperaverit, & Comites aliquando Langobardi Puteolos tenuerunt, locaque iis finitima, de quo satis supra egimus. At haec Peregrinius de initio fere Langobardorum Ducatus adseruit.* Prat.

Digitized by Google

tes, terreno itinere Salernum ad relictam Arichis Ducis peragrantes 13. *Kal. Februarii pervenerunt, qui ibidem cum ipsis tres dies consiliantes Beneventani, post tertium diem usque Neapolim deduxerum*. &c. Haec Hadrianus. Graeci igitur, non secus ac littorales Campaniae urbes, Acropolim quoque, a Langobardis licet circumfusi, retinuerunt (1), quos aeque loci situs & munitio eximie protegebat: namque idem hoc *Acropolis* nomen Graeco fonte cadens probat manifesto. Sed citra Acropolim post Salernum in eodem sinu Langobardi Paestum possedere, vulgo nunc *Piesti*, quam ex totius regionis nomine *Lucaniam* quandoque etiam dictam, Erchemperti declarat auctoritas num. 3. nam *Arichim inter Lucaniam, & Nuceriam Salernum instaurasse* perhibet. Sed manifestius probat Capitulare Radelchisi num. 9. in quo inter urbes quae Principi Siconolfo ex Beneventanae Dynastiae divisione cesserunt (urbes, inquam, non autem Provincias, nec regiones, nullas priscis nominibus designatas) est Lucania: hoc scilicet ordine: *Cassanum, Cusentia, Lainus, Lucania*. &c. Et sane Lucaniae adpellatione non aliam, quae Salerno orientalior fuerit urbs, utrobique demonstrari Paulus Diaconus praedicto Capitulari collatus, persuadet; qui lib. 2. cap. 11. sive 17. universam Italiam describens in plures Provincias distributam, *Lucaniae, & Brutiae* dinumerat esse urbes, *Paestum, Lainum* (male alia editio, *Lanium*) *Cassianum, Consentiam, & Rhegium*, easque solas, utpote insigniores, enumerat, nec alias addit ullas; quarum antecedentes quatuor iis descriptis in Capitulari, Lucaniam Paesto perspicuum est respondere; deque earum dignitate pariter constat Paulo, & Capitulari convenire; in quo nimirum earundem adpellatione omnis ad Orientem Lucanus, & Brutius Consentiam usque, & Cassianum venit ager, ut mox patebit. Lucania igitur urbs fuit alio nomine etiam dicta *Paestum*, de qua capien-

(1) Solum tamen Acropolis Castrum.

Digitized by Google

dus ſane eſt Dionyſii Scholiaſtes Euſtathius injuſte a Philippo Cluverio in Antiq. Ital. lib. 4. cap. 14. reprehenſus, quod aliquam urbem vocabulo *Lucaniae* nominaverit. Nec mirum debet eſſe, Paeſti nomen in novum vocabulum tranſiiſſe, iterumque fuiſſe reſtitutum, ſicut praeſens ejus (*a*) aperit uſus: ſiquidem nec aliter priſca Praetutiorum, ſive Praegutiorum Interamnia, dicta labentibus annis quoque eſt *Aprutium*, quod, praeteritis aliis, diſcere eſt ex Oſtienſi lib. 1. cap. 36. & lib. 2. cap. 26. quae tandem ex paulum detorta priori nuncupatione eſt modo *Teramus*; Eſtque nunc Nola, quae haud alio, quam hoc nomine dicta olim fuit; ſed media aetate *Cimiterium* nuncupata reperitur in praeſcripto Capitulari num. 9. & in Erchemperto num. 2. Volturnus quoque flumen adpellationem hodie retinet antiquam, & primitivam, etiamſi aliquando *Caſilinus* fuerit dictus, ſicut in Agathiae Hiſt. lib. 2. eodemque in Erchemperto num. 25. inque aliis eſt manifeſtum. Ex quo haud conſentienda antedicto Cluverio eſt ejuſmodi argumentatio, qua utitur lib. 4. cap. 13. praefati operis, negans priſcam Callipolim dici dein potuiſſe *Anxam*, *& plurali numero Anxas*, *quod ea etiam nunc vocetur Gallipolis*; cui caeteroqui de Anxae Livianae poſitu nil ſum moleſtus. Paeſtum autem ulterius, ſive urbem dicas Lucaniam, omnem Lucaniam regionem in mediterraneis, itemque Calabriae partem eam, quae per Lainum Conſentiam uſque porrigebatur, ipſamque Conſentiam in partibus Beneventanorum Ducum fuiſſe, ex praefato Radelchiſi intellectum eſt Capitulari; in quo ſingularium urbium deſignatione adiacentia etiam, eiſque ſubjecta, ac minora complura alia oppida, certum eſt demonſtrari. Sed de hac Calabriae portione haud aliter perhibuit Conſtantinus Porphyrogenneta De Admin. Imper. cap. 27. tradens

(a) Sic contigiſſe putandum eſt, ſco tandem manente, novum dequoniam aeque primum nomen, ac ſuevit.
recens promiſcue in uſu fuit; ſed pri-

Digitized by Google

dens, Principem Siconolfum, quem facili lapsu de fratris nomine adpellavit Sicardum, ex divisa Beneventana Dynastia *obtinuisse Salernum, Capuam, & partes Calabriae* (a), nimirum mediterraneas, nec Consentia ulteriores: sicut exponenda quoque sunt Erchemperti verba num. 15. *Fretus*, inquit, *ille Siconolfus Landulfi Capuae Gastaldei, ac liberorum ejus auxilio, totam Calabriam suo subdidit famulatui, maximamque partem Apuliae*: liquidem totius Calabriae adpellatione haud ibi ea etiam venit Calabria, quae trans Consentiam ad Siculum usque porrigitur fretum, etsi eodem hoc nomine tunc dicebatur; sed citerior Calabria omnis mediterranea a Langobardis detenta, quam supra non ii ditionem suam dilatarunt, sicut ex subsequenti Dissertatione constabit. De qua pariter accipi debet Historia Miscella lib. 21. habens Sergium quendam Protospatarium, Imperatoris Leonis Isaurici perduellem *e Sicilia confugisse ad propinquos Calabriae Langobardos in anno ejus Imperii secundo*, qui fuit Christi 718. Eousque autem pervenerat Beneventanus Ducatus ab ipsis fere suis primordiis, & ab Sancti Gregorii Magni aetate quando Brutium agrum, *Brittios* tunc, postmodum Calabriam nuncupatum, obtinebat Dux Arichis, quod ejusdem Pontificis epist. 25. lib. 10. Ind. 5. ad eum scripta declarat hoc tenore: *Indicamus*, inquit, *propter Ecclesias Beatorum Petri, & Pauli aliquantas nobis trabes necessarias esse, & ideo Sabino Subdiacono nostro injunximus de partibus Brittiorum aliquantas incidere, & ut usque ad mare in locum aptum trahere debeat. Et quia in hac re solatiis indiget, gloriam vestram paterna charitate petimus, ut Actionariis vestris, qui in loco sunt, deputetis, ut homines, qui sub eis sunt, cum bobus suis in ejus transmittere solatium debeant*, &c. de-

(a) *In Graeco est καὶ τὰ μέρη τῆς καλαβρίας*, quod, nisi in meam sententiam duci non potest, ut dicam in Differ. de Finib. Principatus Salerni.

Digitized by Google

que eadem hac re alias Neapolim ad Maurentium Magiſtrum Militum, & ad praefatum Sabinum dedit ille epiſtolas. Actionarios igitur ſi Arichis in Brutiorum tunc habebat agro, utique procurrentem ab Lao amne, nunc *Laino*, regionem detinebat, quam illi curabant. Caeterum vero aliis vicibus trabes ex Calabria Romam poſt fuiſſe ductas ad S. Petri, & Pauli Eccleſiarum uſus, Anaſtaſius tradit Bibliothecarius in Sergio, & in Gregorio II.

DIS-

Digitized by Google

DISSERTATIO VI.

FINES DUCATUS BENEVENTI AD ORIENTEM.

LAngobardi, si verbis standum est Pauli Diacon. lib. 3. cap. 15. sive 23. quae de instituti hujus Ducatus tempore cum inquirebamus, sunt relata, Brutiorum regionem trans Consentiam Rhegium usque, & Columnam atque ad fretum Siculum, Regis Autharis auspiciis obtinuerunt. Cujus dicto consentire videtur Erchempertus num. 81. Siciliam ab Regno divisam tradens intermedio Pharo; nam ibi Regni nomine quid aliud eum voluisse censendum erit, nisi CisTyberinam Italiam omnem in unam coactam Dynastiam, quae Ducatus fuit Beneventanus? sicuti apud Ignotum quoque Cassinensem num. 4. hoc Regni vocabulum apertissime ditionem sonat nostratium Langobardorum, etsi improprie; quandoquidem longe post apud nos Regalis est dignitas instituta. At Pauli, sive vulgi, ut superius observabam, ejusmodi opinioni firmiter cetera antiquorum omnia adversantur monumenta, quibus tantum abest, quod productus obstet Erchempertus, ut ille nil minus quam manifestissime, nec uno in loco, ulteriorem Calabriam concesserit Graecis, quos praedicto num. 81. *a Costantinopoli ad Rhegium tellurem*, hoc est ad Rheginum agrum, sive Dioecesim, Calabriam eam omnem tunc complectentem, adventasse, atque a Saracenis devictos perhibet; ac *Civitates utriusque* nempe Rheginae telluris, & Siciliae, quas utrobique retinebant, ingenti metu perterritos deseruisse. Sed & num. 51. firmat idem apertissime, Graecos tradens cum Saracenis in extima illa Calabria decertasse, victoriaque potitos, *Amanteum Castrum, & Sanctae Severinae Oppidum* recepisse, quod contigit vivente adhuc Basilio Macedone, sicut adfirmat Cedrenus.

De

De Erchemperti igitur ſententia cum ſatis certi eſſe poſſimus, non ne apud eum nomine Regni haud quae ſub unius Beneventanae Dynaſtiae continebantur loca, ſed aliud quidvis potius demonſtrari merito eſt ſuſpicandum? Equidem virum religioſum, ac ſacrae paginae frequenti lectione imbutum, qualem ſe tum aliis experimentis, tum praecipue aperit ſtylo, Regnum dixiſſe Italiam univerſam, maxime probo; ea nempe ratione, quod haec non Inſula, ut Sicilia, cui Regnum opponit, ſed continens ſit terra: qua acceptione id vocabulum uſurpatum habetur Machabaeorum lib. 1. cap. 8. ubi de Romanis dicitur, quod *Regna, & Inſulas, quae aliquando reſtiterant illis, exterminarunt, & in poteſtatem redegerunt.* Adſertum itaque a Paulo popularem rumorem de Calabria a Beneventanis Langobardis ad Pharum uſque poſſeſſa, teſtimonio quidem Erchemperti minime fulcitur, quem nec alterius idonei Scriptoris, quod ſciam, ſuſtentat auctoritas, nec plane Ignoti Caſſ. locus huc referri valet.

Verum de antiquo illo rumore cum ſic cenſendum putem, ceterum haud negaverim, Langobardos aliquando transgreſſos populationibus eſſe trans Conſentiam, a quibus in anno 596. *ex capta Crotonienſi Civitate, quae ſuper Hadriaticum mare in terra Italiae poſita eſt, multos viros, multaſque mulieres nobiles in praedam ductos fuiſſe, & ex iis aliquibus intra ſequentem annum redemptis, multos apud illos aliquandiu manſiſſe*, his ipſis fere verbis doluit Sanctus Gregorius Magnus lib. 6. Indict. 15. epiſt. 23. perhibens quoque lib. 1. Indict. 9. epiſt. 39. eadem tempeſtate *Monachos Paulini Epiſcopi Tauri Civitatis, Provinciae Brittiorum* (nempe Epiſcopi *Taurianenſis* (a), ut idem alibi) *occaſione diſperſos barbarice per totam vagaſſe Siciliam*, Qui, & lib. 2. Indict. 10. epiſt. 38. Liparitanam Eccleſiam *in locis inimicis* conſtitutam adpellavit; & lib. 9. Indict. 4. epiſt. 45. Siciliae

(a) Fuit Tauriana ad mare, ubi nunc *Palma* prope Seminariam.

Digitized by Google

ciliae ab inimicis timuit, ſcilicet Langobardis, quos admodum proclivi credere eſt conjectura omnia rapinis, incendiis, perpetuaque etiam incurſione foedaſſe, ut ſuos promoverent conſtitutos ſemel fines, ſicut ab occidentali commiſerunt plaga, de qua loco ſuo eſt dictum. At, inquam, inruptionem fecerunt, nec tamen loca trans Conſentiam valuerunt, volueruntve retinere, de quo praeſto eſt productum modo Crotonis exemplum, unde praeda quidem abacta, non urbs ſuit praeſidio firmata; ideinque probari poteſt auctoritate ejuſdem Sancti Pontificis, qui lib.2. Indict. 10. epiſt.25. *Joannem Liſitanae Eccleſiae Epiſcopum* (aliter *Luſitanae*) *ab hoſtibus captivatum in Squilatina Eccleſia Cardinalem duxit conſtituere Sacerdotem*, hoc eſt Antiſtitem; quod ſcilicet urbs Squillacium in extima illa Italia a Langobardorum populationibus haberetur immunis. A me autem nedum Graecum auctorem Conſtantinum Porphyrogennetam ſtare comperio, qui de Thematibus lib.2. Them.10. adfirmat Siciliam a Saracenis ademptam Graecis, nempe in anno 820. ut Oſtienſis perhibet lib.1. cap.20. *ſolamque Calabriam a Chriſtianis retentam: in qua Rhegium erat, & oppidulum Sanctae Cyriacae* (ideſt nunc *Giraci*) *& Sanctae Severinae, & Croto, & alia quaedam Oppida, quibus Praetor Calabriae dominabatur*: ſed idem firmant latina monumenta complura, & in primis Anaſtaſii Bibl. auctoritas, qui in Vitaliano ſic habet de Conſtantio Imperatore, Syracuſis in anno 663. & ſeqq. commorante: *Talem*, inquit, *afflictionem poſuit in populo, ſeu habitatoribus, vel poſſeſſoribus Provinciarum Calabriae, Siciliae, Africae, Sardiniae per Diagrapha, ſeu capita, atque nauticationes per annos plurimos, quales a ſaeculo nunquam fuerunt*. Sic Anaſtaſius. Cui accedit teſtimonium Hiſtoriae Miſcellae lib. 21. quo declaratur, Leonem Iſauricum in anno ſui Imperii 16. (fuit hic Chriſti 732.) *tributa Capitalia Siciliae, ſeu Calabriae ſuper impoſuiſſe*. Nec horum Auctorum pronunciata de extima illa, quam dico Calabriam, accipienda eſſe habeo

Digitized by Google

beo cur dubitem: cum videam eos eximie hoc pacto concordare praeclaris aliis Auctoribus, qui Calabriam cis Consentiam, ut dictum est, contradiderunt Langobardis. Qua etiam interpretatione Pontificem Hadrianum capio in epist.46. ad Carolum Magnum: *Sic enim*, inquit, *de nequissimo jam dicto Adelgiso* (filio Regis quondam Italiae Desiderii, qui Constantinopolim se receperat) *nobis nunciatum est, quia in veritate, Deo sibi contrario, cum Missis Imperatoris in partibus scilicet Calabriae residet juxta confinium Ducatus Beneventani*. Quae tamen siquis exponenda putaret de locis ad Acropolim a Graecis servatis, quae eadem origine dicta fuissent *Calabria*, qua Misenum quoque Calabriae noscitur contributum in Actis S. Romani Pontificis Martini, equidem non abnuerem; tum quod haec interpretatio novam, obscuramque ejus vocabuli expositionem mox a me tradendam foveret; tum quod nil minus ex relatis aliis documentis datur scire, Graecos retinuisse aliquam Calabriae partem, quandoquidem reliqua pars cesserat Longobardis.

Et sane praeter laudatos auctores, ab hac quoque mente est synchronus Papae Hadriano Eginhardus, Caroli Magni gener, qui in ejus Imperatoris Vita de longitudine Italiae juxta traditam ab antiquis dimensionem, deque hoc sic: *Italia*, inquit, *in qua Graecorum, ac Beneventanorum constat esse confinia, decies centum, & eo amplius passuum millibus longitudine porrigitur*. Haec ille, manifesto declarans Calabriam ex parte a Graecis, ex parte a Langobardis fuisse possessam: quem tamen haec statuentem confinia ad Calabriam inferiorem, ne puta eam dixisse, quae trans Consentiam modo adpellatur ulterior; siquidem nondum ista ulterioris, citeriorisque cognomina tunc prodierant; sed Calabriam cogita universam ad inferum mare sitam, sive Agrum dicas Brutium, demonstrasse; vir enim minime ineruditus, qualem eum consensu praedico Gerardi Joannis Vossii De Historicis Latinis lib. 2. cap. 33. non ignoravit alteram,

an-

Digitized by Google

antiquioremque Calabriam ad Superum mare a priſcis Auctoribus memorari, a qua recentiorem Brutii Agri nomine, ſive *Brittiorum*, ad aetatem uſque Sancti Gregorii Magni, ſicut ex ejus conſtat epiſtolis, adpellatam, peculiari nota apte diſcriminavit. Atqui antiquiſſimae regionis Calabriae, qua ad alteram Italiae oram, Tarentino interpoſito ſinu, ab hac diſtat: quaeque nunc fere eſt *Terra di Otranto*, ac *Terra di Bari*, ut remotioris aevi omittam teſtimonia, Ptolemaei ſcilicet Geogr. lib. 3. cap. 1. Strabonis lib. 6. Plinii lib. 3. cap. 11. Dionyſii Afri De ſitu Orbis, aliorumque, mentio eſt a S. Athanaſio Apologia 2. quo loco habet conveniſſe Epiſcopos ad Concilium Sardicenſe ſub anno celebratum 347. tum ex aliis, tum ex *Provinciis Italiae*, *Piceni*, *Tuſciae*, *Campaniae*, *Calabriae*, *Apuliae*, *Brutiorum*, *Siciliae*, &c. ejuſdemque meminit Notitia Utriuſque Imperii, quam docti viri exaratam decernunt in extremo Theodoſii junioris Imperio, hoc eſt prope annum 450. ſiquidem ibi deſcribitur Italia in decem, & ſeptem Provincias tributa, ac nono loco adnumeratur *Provincia Apuliae, & Calabriae*: decimo autem *Lucaniae, & Brutiorum*. Verumtamen quo pacto hoc Calabriae nomen ex una ad alteram tranſierit regionem, fueritque Brutiorum agro impertitum (a), Auctores hactenus nulli expoſuerunt, reſque ſub magno admodum ſilentio inobſervata manet vel iis, qui in recentiori hac Calabria nati, ejus ſive Hiſtoriam, ſive Commentaria docte quidem ſcripſerunt. Quorum, ac praecipue Gabrielis Barrii in Campanos meos nulla nec ſibi, nec ſuae genti injuria notos, mentem parum amicam aeque cum doleam, ac demirer (1), haud tamen

(a) Hinc eſt quod mediae aetatis Auctores, a Cluverio laudati Ant. Ital. l. 4. c. 13. abſoluto nomine Calabriae, Apuliam quoque denotarunt.

(1) Quod nempe D. Thomam Aquinatem Patriae ſuae originariae ſplendore parum digne eripuerit, Calabriaeque addixerit injuſto quidem, immeritoque titulo, futilibuſque vulgaris vocis argumentis, & iniquae pro Patria ſua dilectionis perductus, ut alibi To. II. hujus operis pleniſſime comprobatum.

Digitized by Google

desistam, quin honestissimi hujus nominis aperiam, quem reor, fontem, etiamsi id habeam a proposito longe alienum.

Mea est igitur de hoc conjectura, sub Langobardorum aetate, non tamen ab illis, sed a Graecis novum Brutio Agro vocabulum fuisse inditum. Nam Graeci (sic inquam conjicio) integram retinentes Siciliam, proximamque Brutiorum, Consentiam ultra, haud magnam partem, necnon litoralia Acropolim usque multa, & Campaniae quoque maritimas urbes: atque etiam servantes, ut mox, & in subsequenti Dissertatione palam fiet, ad Superum mare *regionem latissimam*, qualem eam dicit Paulus Diacon. lib. 6. cap. 1. antiquissime Calabriam nuncupatam: haec loca, inquam, omnia sub duplici Themate descripserunt, ac in duas Provincias contribuerunt, Sicilia pro una, reliquis vero quamvis admodum disjunctis ditionibus, pro altera computatis, atque his Italicis omnibus sub unius antiquae Calabriae nomine, quae tunc amplior, fructuosiorque caeteris erat portio, designatis. Qui rerum ordo ad tempora cum mansisset Imperatoris Constantis, postque ejus necem cum primaeva illa Calabria a Duce Beneventi Romualdo seniore, quod Paulus ibidem perhibet, admodum fuisset imminuta, Imperatores, qui Constantem sunt subsecuti, eodem Calabriae vocabulo adpellare perseverarunt, quae adhuc in CisTyberina Italia servabant loca, tum ex consueto Graecorum fastu, ac ne sui Imperii Themata minora devenisse viderentur; tum quod reliquam ad Orientem trans Brundusium, ac Tarentum Provinciam, nunc fere *Terra di Otranto*, olim vero antiquae Calabriae partem, nunquam amiserunt, ut post dicam: quo pacto novum hoc nomen Brutio Agro, etsi nec omni, nec soli impertiri coeptum, ei tamen uni firmius inhaesit; quandoquidem Calabri Thematis Praetores, sive cum Porphyrogenneta dicas, *Patritii*, vel *Strategi*, amissa Graecis Tarento, quae regionis fuerat caput, ad inferiorem Ca-

la-

labriam ſuam detulerunt ſedem (1), ubi ditionis portio remanſerat caeteris major; Graecorumque ad exemplum Langobardi, ut aſſolet inter finitimos, mediterranea illic ſua, eodem vocabulo adpellarunt, qui loca Tarentum, ac Brunduſium uſque recentius pervaſa haud antiquo nomine *Calabriam*, ſed ex adjacenti a ſe poſſeſſa regione dixerunt *Apuliam*, Graeci autem quidquid erat ad Superum mare dein nominarunt *Langobardiam*, de quo poſt; ſicque omnino deſiit primitivae Calabriae nomenclatura. Et mea de abditiſſima quidem re talis eſt divinatio, ſed ad inſtitutam modo revertar deſcriptionem.

Tertium igitur Ducatus Beneventani latus orientem aſpiciens cum minime Conſentiam ultra progrederetur, Tarentum uſque ad Septemtrionem per Caſſanum pervenit, quod tum his, quae obſervavimus, concordat, tum ex Capitulari probatur Principis Radelchiſi num. 9. nam ille integram Beneventanam Dynaſtiam cum Principe Siconolfo diſpertitus, urbes ei ante alias contradidit *Tarentum*, *Latinianum*, *Caſſianum*, *Conſentiam*, &c. atque hac ratione verum eſſe deprehenditur, quod Conſtantinus perhibuit Porphyrogenneta verbis ſupra relatis, urbem Rhegium, oppidulum Sanctae Cyriacae, &

(1) Sane poſteriora haec tempora adſpiciebat Jo: Curopalates tradens Graecos Duces Rhegii commorari conſueviſſe: priuſquam eam Robertus Guiſc. obtinuiſſet. Qua ſubacta dici ille Dux coepit, ut Oſtienſ. perhibet l. 2. c. 1. nempe, quod regionis caput pervaſiſſet. Quo tempore, aut anno haec acciderint, tacet Peregrinius. Probabiliter iſthaec contigiſſe anno circ. 680. quo novae Calabriae nomen primo invectum fuiſſe doctis conjectationibus probat V. Cl. Beretta in Diſſert. Tab. Chorogr. Med. aevi To. X. Collect Murat. fol. 307. ſcilicet poſt quam *Romoaldus Dux Ben.* Grimoaldi Regis filius *ingenti comparato exercitu Tarentum, Brunduſium, ac totam denique Apuliam occupavit . . . . Qui moriens Ducatum magna parte auctum filio Grimoaldo reliquit*. Tunc jam Tarento ad Brutios Praetoris Graeci Sedes translata: quare in VI. Synodo Conſtant. ſub Agathone ipſo anno inchoata, & ſequenti abſoluta, teſtes ſunt tres Epiſcopi Brutiorum Act. IV. ſubſcriptis, cum adjuncto tamen Provinciae Calabriae, non Brutiorum, ſicuti prius fecerant, plurimaque nobis exempla ſuperſunt in Scriptoribus synchronis.

Digitized by Google

Sanctae Severinae, Crotonem, & alia Oppida a Christianis, hoc est Graecis, indesinenter fuisse possessa, quibus in lib. De Admin. Imper. cap.27. addit Rusianum, quae loca omnia in extima illa sunt Calabria, atque Consentia, & Cassiano orientaliora. Sed Tarentum, de quo dicebam (nam de Latiniano in mediterraneis posito alibi opportunins) aliquanto post quam Brutius ager nostratibus Langobardis adcessit, atque post obitum Graeci Imperatoris Constantii, a quo detinebatur, in anno 663. cum ille ad eam appulit urbem, tunc plane totius ditionis primariam (a), a qua digressus, ut Paulus Diacon. tradit lib.5. cap.4. sive 7. *Beneventanorum fines invasit, omnesque per quas venerat Langobardorum Civitates cepit, cum tamen Agerentiam* (sive *Acherentiam*, male alia editio, *Arentiam*) *propter munitissimam loci positionem capere minime potuisset*. At post ista, ut ejusdem Pauli dicam verbis lib.6. cap.1. *Dux Romualdus congregata exercitus multitudine Tarentum expugnavit, & coepit*; tuncque Graeci antiquissimae Calabriae maximam amiserunt partem; nam idem Dux (pergit Paulus) *pari modo Brundusium, & omnem illam, quae in circuitu est, latissimam regionem suae ditioni subjugavit*: qui utique progressus ad Constantii obeuntis tempora sunt referendi; quo perempto in anno 668. perturbatoque Imperio ab invasore Mecetio, sive Mezentio, commodam ille est nactus occasionem ditionis augendae, damnaque sibi illata ulciscendi; cum interim *Italiae militiae Milites* (verba sunt ejusdem Pauli lib.5. cap.6. sive 12.) *alii per Histriam, alii per partes Campaniae, alii vero a partibus Africae, & Sardiniae venientes, in Tyrannum irruissent, quem vita privarunt*; eaque etiam opportunitate usi Saraceni Syracusas diripuerunt, sicut eodem loco

(a) Jure hanc praerogativam Tarento tribuo, nam secus Constantius non eam portui praeposuisset Brundusino: Hydruntinus autem Portus post haec inclaruit.

Digitized by Google

loco idem tradit Auctor (1). Qui ſane demonſtrare videtur, arces regionis pervaſae tunc a Romualdo fuiſſe Tarentum, & Brunduſium, quas nominatim, praeteritis

(1) Atque heic non abs re eſſe judico de Salerni Principatus confiniis in Calabria ſeu Brutiis, atque aliorſum verba aliqua brevi facere (quod nobis olim Cl. Peregrinius adpromiſerat; at neque is, neque alii poſt ipſum expoſuere) ut legentes partem ſaltem, niſi expletam horum finium, urbiumque, & Locorum cognitionem illo in Principatu circumcirca incluſorum, adſequi valeant. Facem nobis praeſtent diviſionis iſtius Principatus verba Tom. III. hujus operis pag. 214. ſeq. *in Capitulari* nempe *Radelchiſi Benev. Princ.* quae attente a nobis heic perpendenda, & dilucidanda erunt. Verum attamen eſt, non ſingulorum in praedicto *Capitulari* locorum fieri praeciſe memoria, neque diſtinctim fines circumcirca deſcribi, quod ſcilicet in Brutiis, Calabria, & Apulia (quarum regionum partem non modicam adhuc Graeci, & Saraceni poſſidebant) confinia, modo ab una, modo ab altera aemula natione, aut ultra extendebantur, aut praeliis, & excurſionibus reſtringebantur: in Calabria praeſertim, ubi Jonium mare verſus, ac Tarentinas oras, pauca erant caſtra illa, arces, aut urbes, quae militaribus copiis obſiſtere poſſent. Ab proportione tamen (ut ita dicam) unius loci cum altero, & Gaſtaldatibus in *Capitulari* deſcriptis, eorumque *Terminis* ſeu *Finibus* inibi deſignatis veritatem quodammodo horum confinium educere poſſe ſpero, quod unum prae oculis habere fateor.

Verba igitur *Capitularis* repetam, e quibus, & non dubia confirmabo, & quae adhuc incerta, conjectationibus inveſtigare conabor: *In parte veſtra* (nempe Siconulfi Salerni Principis) *ſint iſta Gaſtaldata, & loca integra cum omnibus habitatoribus ſuis . . . . Tarentum, Latinianum, Caſſanum, Lainus, Cuſentia, Lucania, Conſia, Montella, Rota, Salernum, Sarnum, Cimiterium, Furculum, Capua, Teanus, Sora, & medius Gaſtaldatus Acerentinus, qua parte conjunctus eſt cum Latiniano, & Conſia.* Cetera inferius proferam. Stat igitur, iis profecto Urbibus, ſeu confiniis Principatum Salerni a Beneventano divulſum ita fuiſſe omni ex parte circumſcriptum: neque fortaſſe aliam ob cauſam Cavenſis Chronologus perhibet A. 896. *Graeci cum Saracenis fines Principatus* (ſc. Salerni) *invadunt in Calabria, nempe in Cuſentia, Beſinianu, Ruſſianu, & Latinianu uſque Potentiam*, niſi ut confinia ejuſdem Principatus Calabriam, & Lucaniam verſus deſignaret. Quare non aliud ad illorum finium cognitionem neceſſarium eſſe autumo, quam iſthaec diſtinctim exponere, eo ſcilicet loco, quo diviſionis *Pactum* parum nobis expreſſum declaratur.

Ab Salerno igitur ſuper Tyrrheni maris oras, & meridiem verſus deſcriptionem incipientes, certum omnino eſſe dico, litora illa quae ab Salerno ad Silarum amnem protenduntur, in hoc includi Principatu. Difficultas ſolummodo in eo eſt, an ultra Silarum amnem tota Lucaniae ora ſub hoc Principatu ſubſtetiſſet: quandoquidem de Paeſto ſive *Lucania* nihil prorſus dubitandum, quum ea Urbs in *Capitulari* clariſſime declaretur. De Acropolis Caſtro dubitari poſſet, quod Peregrinius neutiquam incluſum fuiſſe definierit. Hoc etiam ipſe non improbo: Graecos namque tunc Acropoli praeeſſe concedunt omnes eruditi. At non ultra A. 878. quo Saraceni,

Digitized by Google

tis aliis, captas dicit: itemque dat ſuſpicari ei adſtitiſſe aliquammultos Bulgaros ſub eorum quodam Duce Alczeco nuncupato, perhibens lib. 5. c. 11. ſive 29. illos

eadem

ceni, pulſis Graecis, eo Caſtro poſiti fuere, ut Chron. Cav. teſtatum habet, & Chron. Salern. C. 150. tuncque Paeſtum ipſum ſive Lucaniam, Veliam, Buxentum, aliaque ad Poſidium uſque Promontorium contermina loca ferro, ignique damnarunt. Quare praefatorum oppidorum Cives ad proximos ſe montes, abditaſque ſylvas; & valles confugerunt, ibique ſedes ad incolendum, irruptionibuſque Barbarorum minus expoſitas collocaſſe, quae ſenſim in oppida, pagosque excrevere, quorum Caput, Urbs eorumque Antiſtitum cathedra, Capacium, ſive Caputaqueum, in quo deinde ad vicinorum tutamen moenia, atque Arx extructa: quamvis inſequenti ſaeculo ab iiſdem impetita, & funditus quoque everſa alio transferri opus fuerit. Quo vere tempore Acropolis ab Saracenis avulſa fuerit, & Salern. Principatui adjuncta, incertum: probabile tamen cenſendum eſt, ante A. 970. haec contigiſſe: quum e Chron. Cav. ipſomet A. habeatur, *Saracenos excurriſſe per Caſtrum Amantei, uſque Acropolim*, quae utique loca a Langobardis eo tempore poſſideri debebant, ſicuti certiſſime alia quoque Oppida ab Amantei Caſtro ad Poſidium Promontorium, & Leucoſiam inſulam, nunc *la Licoſa*, ab iisdem retineri indubium eſt. Irruptio enim Saracerica ab Acropoli coepit: ſed a Calabria, ubi ipſi jamdiu reſidentes, arma in Langobardorum Principatum verterunt; quum certo tunc Amantei Caſtrum, aliaque contermina a Salerni Principe dominarentur.

At ultrane Amantei Caſtrum, olim Lampetiam, ut ajunt, Salerni Principatus fines ſuos extenderit, non aeque certum: quum ex ſup. relatis Chronologis conjectari aliquomodo poſſet, ulterius quoque Langobardos dominatos aliquando fuiſſe: A. namque 913. (ut in Cav. Chron.) poſt captam a Saracenis Conſentiam (quae abſque dubio Langobardorum Urbs) *Saraceni*, qui Graecis fortaſſe adhuc adjuncti, *praedati ſunt Marturanum*: hinc deduci poſſet, *Maturanum* quoque tunc tenuiſſe Langobardos. Sed verum omnino erit, ad fluvium uſque Sabbatium, vulgo *Savuto* Graecorum, ac Langobardorum curſu ſuo fines deſignaſſe, *Terminumque litoralem* ea in Provincia fuiſſe. Quamobrem facilius intelligimus qua fines hi Conſentiam verſus proveherentur: nempe per Rublanum, ſive Ruglianum, Aprilianum, a quo parum longe Crathis fluvius oritur, Spetianum, & Acram ſive Acrim, aut Acirim oppidum edito in loco poſitum; a quo non longe Biſiniani Urbs mediterranea, Malvetum, & Roſſanum trib. mill. ab Jonio mari diſtans, ſitae: Celanum flumen, ſupra quem Roſſanum inſidet, adlabitur, ibique indubie orientales Principatus Sal. fines initium ſumebant: quamvis inſequentibus ſeculis (ut ex Cav. aliiſque Chron. alibi dixi) hi fines aut protenſi, aut reſtricti fuiſſet. Quod utique A. 696. ex Cav. Chron patet, in quo *Graeci cum Saracenis fines Principatus invadunt in Calabria; nempe in Cuſentia, Beſinianu, Ruſſianu, uſque Potentiam*. Et A 920. *Cuſentia recuperata eſt noſtris* (ſcil. Salernitanis) *& Catanzanum, Beſunianum, & Scillacium* (quod ultra Roſſanum quidem *aliaque loca Graecorum ſuplata ſunt*. Conjectari fort. poſſet tunc Catanzarium Salerni Principi Graecos ceſſiſſe, & Scillacium a Langobardis fuiſſe Graecis reſti-

tutum,

Digitized by Google

eadem tempestate pacifice Italiam intrasse (credam ego a Beneventi Duce, atque ab ejus patre Rege Grimoaldo in subsidium accersitos adversus Graecos, quod Paulus

tutum, ad hoc ut Amantea recta Catanzarium fines Principatus definirentur. Sed Chronicon Saracenicalabrum rem diversimodo enarrat. A. 921. *Calaurienses fecerunt unionem cum Graecis, & Malfitanis, & recuperaverunt Consentiam, Regium, Scillatium, Catanzarium, & alia loca:* quae sane jam Saraceni ab Graecis, & Langobardis eripuisse dicendum omnino erit. Quam unionem, sive foederis pactum describens Cavensis Chronologus ait: *Interea Calabri cum Graecis, & Salernitanis, & Malfitanis pactum fecerunt, jurantes inter eos, quod Saracenos omnes exterminarent a tota Calavria; & Loca sita Dominis reddi* (utinam ea Chronologus distinxisset!) *& eorum spolia distribuere inter ipsos. Quod factum est;* & cetera, quae superius retuli. At quae divinare in obscuris poterimus? En iterum a Cav. Chron. A. 985. additur: *Saraceni Tyropeas* (scil. Tropeam multo ultra Amanteam in Brutiis) *capiunt, & Manteam, & postea Cotrunum*: hinc dicendum videtur, tunc Saracenos a Langobardis abstulisse Castrum Amanteam, & Tropeam, ab iis jamdiu Graecis ereptam. Et A. 986. *Saraceni capiunt Tabernas . . . . Ruscianum* (i. Rossanum) *& alia loca*: E quibus, aliisque Chronologorum narrationibus evidenter patet fines non aeque semper in eodem statu diu perdurasse; neque quo praecise tempore aut haec, aut alia loca ab alterutris possessa fuerint. At semper, ut arbitror, non ultra Sabbatium fluvium porrecta isthaec confinia ea e parte fuisse; neque ex alia ultra Rossanum Langobardos fuisse dominatos, certissimum est: quum nusquam ultra Trionti flumen sedem aliquam permanenter habuerint: inde enim Urbes plurimae maritimae extiterant, in quibus Graecorum vires, potentiaque erigebatur, ac regio non minus arte, quam natura fortissima. Sed ad rem nostram regrediamur.

A Rossano, ut diximus, ad Corilianum boream versus, & Terramnovam (quem Calabri Scriptores e veteris Thurii ruinis excrevisse ajunt, proindeque ita oppidum adpellatum, quasi *Thuriam novam*) Cassanum usque, confinia protendebantur, ut ex *Capitulari* praeclarissime evincitur. Hinc est, quod totus ille tractus citerioris Calabriae ab Celano fluvio, qui mari Jonio se exonerat, prope quem Rossanum, & Sabbatio supra Amanteum, qui Tyrrheno se exsolvit, per Consentiam, & Bisinianum, Cassanum usque, & Lainum ab orientali pene ad occidentalem plagam, cum maritimis Brutiorum, & Lucaniae finitimis oppidis ad Posidium promontorium; & desecta solummodo Acropoli, Salernum usque Principatus ille protrahebatur latissime. Neque istorum locorum partem aliquam Graecis remansisse dicendum est: undequaque etenim ab Langobardis potentissimis hostibus circumdati, praelia frequentissime inter eos contigissent, quod raro quidem neque absque occasione aut Saracenorum quandoque auxilio haec accidisse legimus apud synchronos Scriptores. Ex adverso in ulteriori Calabria, & Apulia, quibus in Provinciis Urbes adhuc aliquas Graeci possidebant perpetuo decertatum fuisse, nobis Chronologi tradidere: neque aliquid in Salerni Principatu moliti sunt aliquando, quam eorum fines irruptionibus, rapinis, incendiisque devastasse.

Ab

lus de m[illegible] erubuit exponere) iisque loca ad Bojanum, & Aeserniam ad habitandum fuisse concessa. Nec alia ratione Ignotus Cass. num. 3. etsi caeterum res sui temporis

Ab Laino recta ad Claromontanum agrum, in quo Siris seu Sinus fluvius, indeque ad Milsianellum, & Tricarici Urbem, Marsicensi Comitatu, & Potentino incluso: quo fortasse Gastaldatus Acerentini jurisdictio initium desumebat, qui oppida quidem permulta comprehendebat, tam citra quam ultra Apenninos, ipsum intersecantes; & a Compsano Gastaldatu, non longe ab Rubi Oppido, dividebant. Hinc intelligitur quod in allato *Capitulari* legimus, nempe: *& medius Castaldatus Acerentinus qua parte conjunctus est cum Latiniano, & Consia*, idest Consiae Gastaldatu. Medius igitur Gastaldatus, qui ad meridiem vergebat, agrosque includebat Potentinum, Tricaricensem, Oppidi, Latiniani (qui vulgo *Altojanni* inter Tricaricum, & Montem Pelusium, in qua Urbe certissime Gastaldatus hujus finis orientalis) Salernitano Principatui concessus est. Alter medius, qui boream spectabat Venusiam usque, Aufidique fl. ripas occidentales non praetergradiebatur, Beneventano adnexus erat, simul cum Forento, Gravina, aliisque Materam usque, quae alternatim modo Langobardis Beneventanis, modo Graecis parens, pluriesque a Saracenis impetita, suisque postmodum a Dominis recepta, multas propterea calamitates, infortuniaque perpessa est: nec sine aemularum nationum solicitudine, ac studio, quoniam apta, & idonea Urbs putabatur ad Tarentum obstringendum, & Principatus utriusque fines exagitandos.

Tarentum quoque Salerni Princeps dominabatur. Quo autem ejus fines prolati, dubitant adhuc Scriptores. Non ultra suos conterminos agros, pagosque, aliqui adfirmant: Oriam, & Brundisium usque, ac prope Neritum, contendunt alii. Sed horum Scriptorum dissidentiam, distinctis tamen temporum intervallis, perquam facile conciliabimus, dicentes A. 850. quo *Capitulare* divisionis peractum est, Tarentum cum suis tantummodo finitimis pagis Salernitanae Dynastiae adjunctum fuisse judico: sequentibus vero annis, mediterraneis aliis agris, ac etiam maritimis in Tarentino mari positis, potitos Langobardos fuisse, ut ex Chronographis eruitur. Difficultatis solummodo nodus, utique inextricabilis, exsurgit, an Tarenti fines occasum, & boream versus cum Gastaldatu Acerentino adjuncti fuerint? Ab veteribus Scriptoribus nihil certi omnino expectandum, neque a nuperis etiam, qui in hac Salernitanae Dynastiae circumscriptione aggerem tam vepribus involutum saltu absque offensione transiliunt. Perpendendum verumtamen, ab Salerno Tarentum pedestri itinere viam profecto fuisse, quae itinerantibus quidem, bellicis expeditionibus, reciprocisque commerciis patuisset. Quum igitur post Acerentiae Gastaldatum nullus ager fuisset, qui tunc Langobardis non paruerit (Graecis tantummodo Apuliae maritimos, vel Adriatico proximas Urbes, atque ulterioris etiam Calabriae possidentibus) neque in eo tractu intermedio oppida aliqua magni nominis extitissent, quam Matera, Mons Caveosus, aliaque minoris famae loca; Materam indubie Benev. Principi adnexam remansisse autumo, quod Apuliae aditus, clavisque fuisset, ex ejusque custodia Urbes aliae tam montanae, quam mediterraneae subsidium defensionem, & tutamen sperabant: quod verissimum

Digitized by Google

poris lacinioſo ſtylo, nulloque digerens ordine, in unum locum contulit Alczeci adventum, & Langobardorum de Graecis, deque Romanis, nempe genuinis Italis, ingen-

ſimum ſane noſcitur ex tot frequentibus vel Graecorum, vel Saracenorum e Calabria in Apuliam excurſionibus, quas Scriptores deſcribunt, hac plerumque parte illuc ingreſſorum, nempe ex Materenſi agro, ut inde Oriam, Caſtellanetam, Moctulam ſive Mutilam, Gravinam, Venuſiam, aliaſque illius Provinciae Civitates, & Caſtra invaderent. Quare ab Montis Peluſii urbe (in qua fortaſſe Gaſtaldatus Acerentini fines, ut dixi) quae Tarenti oram proſpicit, ad MontisCaveoſi Oppidum apertum, facileque iter erat, ab eoque rectà Tarentum progrediebatur, Tarentinas prope oras, monteſque illos: qui Apuliam a veteri Calabria dividebant.

Ab Tarento proinde retrogradientes, fines ibidem Principatus Salern. conſtituti, & in MontisCaveoſi oppido ad Montem Peluſium uſque, & Acerentiam, ſub qua meridiem verſus milliar. circ. VI. Latinianum diſtat. Facilius reliqui fines ad Compſiam uſque definiri poterunt, quum Acerentini Gaſtaldatus latiſſima inveſtigentur confinia. Ea ſane, ut ſuperius innui, ex veroſimilibus conjecturis (Scriptores namque iſthaec adnotaſſe praetermiſerunt) indicari potius, quam definiri poterunt. Ab ortu initium capiam, qua ex parte Latinianum (nunc *Altojanni*) ſitum erat, & Apennini montes (qui ultra Acerentiam dividuntur, auſtrum, & ortum verſus) uſque ad pontem S. Juliani, ut vocant, & Millionicum: inde occaſum verſus Tricaricum, Montem Albanum, & tandem Potentiae Urbem, omnes cis Baſentum, ſeu Baſentellum fluvium poſitae: hinc ad boream ſub iiſdem Apenninorum jugis Oppidum, Cancellaria, Forentum, a Venuſia (quo ſane agro Gaſtaldatus Acerentinus, & Comſinus definiebantur) milliar. circ. ſex Gaſtaldatum Acerentinum quaquaverſum circumſcribebant. Itaque deduci facile poterit, quod quum medius Gaſtaldatus ab Comſia ad Latinianum Principatui Salern. ceſſum fuerit: *Et medius Caſtaldatus Acerentinus qua parte conjunctus eſt cum Latiniano* ab oriente, *& Conſia* ab Aquilone, nempe Comſiae Gaſtaldatu; jam loca quae deſignavi ortum, & meridiem ſpectantia, ipſi adjudicata remanſere; atque ideo ab Acerentia Murum Urbem, Rubique oppidum, & Comſiam (cujus Gaſtaldatu incluſae) fines erant. Porro apertiſſime in Anon. Salern. C. 167. perhibetur: *Comſiam*, *Laurmum*, *Marſicum* intra Salern. Dynaſtiae fines extitiſſe: & alibi *Potentiam*, *Tricaricum*, *& Latinianum*. Gaſtaldatui Acerentino ſubeſſe. Non ultra tamen Aufidi curſum Comſanus Gaſt. & Salerni Principatus extendebantur; quo fiebat, ut Vulturariae Urbs, Montella, Balneolum, Serinum, & Caſſianum, ſeu Caſſanum opp. (ab altero in Calabria diſtinctum) etiam includebantur; indeque per Caloris fl. ripas ad Tauraſium, non longe a Frigentino Agro, & *Staphylo* (qui fort. idem ac locus, qui *Dentecane* vocitatur) utrumque Principatum dividebat. En *Capitularis* verba: *Conſia*, *Montella*, *Rota*, quas inter, & Salernum quoque Vulturaria, Balneoli, Serinum, Murum, Rubi, totuſque S. Severini Comitatus (in quo *Rota* olim Oppidum, & fort. totius Comitatus caput, ubi adhuc Eccleſia, quae vulgariter *S. Marci ad Rotam* adpellatur) Giſunum, Soloſra, Montorium, MonsCorvinus, aliaque oppida. *Hinc inter Beneventum*,

gentem victoriam, qua scilicet ii latissimam regionem obtinuerunt. At Brundusium, quo ex Tarento jam pervenimus, cum ab altero fuerit Beneventani Ducatus latere,

& Consiam (verba sunt *Capitularis*) *erit finis ad ipsum Staffilum ad Frequentum, ubi ex antiquo XX. miliaria* (totidem revera designato in loco adnumerantur) *sunt per partes*; Atque *inter Beneventum, & Salernum* erat *finis in l co, qui dicitur ad Peregrinos, ubi ex antiquo XX. milliariæ sunt per partes*. Locum ad *Peregrinos* appellatum, ipsum fuisse indubie credo, qui nunc *Atripalda*, sive *Castrum Atripaldi*, & *Atrepaldi*, vocitatur, non longe ab Abellini urbe: qui quidem locus inter Salernum, & Beneventum positus est medius, XX. circ. milliar. ab utraque Principum Residentia distans; immo adhuc diversorium ibi, quod *ad Pellegrinos* dicitur, ut ajunt, exstitit.

Statutis igitur, utcunque potui, ab Comsia Abellinum confiniis, jam ultra, Campaniam versus, fines exploremus. Facem quoque praeferant *Capitularis* ejusdem verba: *Inter Beneventum, & Capuam* (scil. Capuae latissimum Gastaldatum) *sit finis ad S. Angelum ad Cerros, perexiens per Serram Montis Virginis usque ad locum, qui dicitur Fenestrella*. Quis locus iste sit, qui *Fenestrella* dicitur, me ignorare fateor (quamvis locus quidem sit Salernum versus, qui vulgo adhuc *le Fenestrelle* vocitetur, sed cum hac *Capitularis* descriptione parum, aut nihil consonat); conjector nihilominus non longe ab Pago, qui S. Angeli ad Scalam adpellatur, fuisse, qui prope *Serram Montis-Virginis* positus, *perexiens vadit* ad Castrum Cervinarii, in quo aedes antiqua extat, *S. Angeli ad Cerros* usquemodo nuncupata. Quare recta inde *Furculas* (adhuc oppiduum *Forchia* nominatum tendebat; & laeva Argentii castrum, Cancellos, Abellam, Nolam (quae in Capitulari *Caemeterium*, nunc pagus *Cimitile*) *Sarnum*, aliaque Abellinum usque loca, includebat: Ab dextera autem colles Duracciani ad ripas usque, ubi se Sabbarus fl. in Volturnum exonerat; eoque recta transducto Calatiam urbem; postque minora alia oppida (quae postea Comitatus Cajaciae, Calium, & Teani constituerunt) Venafrum, indeque Aeserniam, aliaque contermina ducebat, intra fines quidem eo temporis Salern. Principatus, cui Capuae Gastaldatus adnexus, ut in Capitulari: *Sarnum*, *Cimiterium*, *Furculum*, *Caiua*, *Teanus*, *Sora*: qua profecto in Urbe tunc hujusce Gastaldatus confinia: quamvis ab Capuae postea Principibus, diviso Salerni Principatu, ulterius quoque Capuanus Principatus protensus, ut Tom. I. hujus operis dictum est, quum Marsia, sive Marsorum Vallis, & Regio, & Gastaldatus Theatinus Spoletano Ducatui jampridem adjudicati fuissent. Ex Aesernia igitur rectà Casinum hujus Principatus fines erant; proindeque Atinam, Aquinum, Pontemcurvum, Alvetum, Arpinum, Babucum, Casamarium, Castrum Arcis, Ciperanum, Salvaterram, aliaque intermedia includebant: ultra quae ab occasu Ducatus Cajetae inerat, & Romanus: Boream versus Spoletanus seu Theatinus: ab ortu Beneventanus: & ab meridie ad mare usque Castrorum Volturni, & Liternensis, Capuae amplissimus Gastaldatus per Suessam, Calinium, sive Carinulam, Volturnum Castrum cum adjacentibus suis oppidis, pagisve circumibat; cujus Gastaldatus fines pone Liternum amnem, Acerras usque, Ducatus Neapolitanus sub Graecorum imperio praescribebat, & Nuceriam usque tunc limita-

re, atque ad Septemtrionem, finitus mihi modo est terminus iste ad Orientem.

limitaneum hujusce Ducatus propugnaculum: licet deinde Urbe illa Salerni Principes potiti fuerint X. cadente seculo, ut in antecedenti Tomo adnotavi.

Atque heic brevi dicta sufficiant, ut aliquantula Lectores cognitione Salern. Principatus confinium (etsi non quantum res expostulabat) instruerem. Quod ex Tabula expansa Langobardici CisTiberini imperii To. II. hujus operis adjecta, nosci melius quisque poterit. Me pro meis viribus isthaec festinante calamo, variisque distentum curis, malisque agitatum, ingenue fateor, descripsisse. Aliqua (utinam cuncta!) vera esse nil dubito; verosimilia alia, incertave, aut obscura. At non diligentiae meae, sed Scriptorum potius silentio, aut ambagibus culpa erit tribuenda, qui hujus Principatus limites nullimodo distinxerunt, nisi vagis seu generalibus verbis. Aliis, ut meum laborem, solicitudinemque perficiant, me commendo; atque ne aut meam negligentiam, inscitiamque inclementer insimulent (quod adversus me immerito, & ut dicam impie hoc egisse non erubuerunt) oro, obtestor, efflagito.

Digitized by Google

DISSERTATIO VII.

FINES DUCATUS BENEVENTI

AD SEPTEMTRIONEM.

EXtima, ac orientalior Beneventani Ducatus ab hoc latere urbs fuit Brundusium, sicut ex non semel producto Constantini Porphyrogennetae loco De Adm. Imper. cap. 27. facile est intelligere: *Langobardi*, inquit, *ex Benevento excursione in omnem ditionem facta, subiecerunt eam Themati Langobardiae, & Calabriae, excepta Hydrunte, & Callipoli*, &c. hae namque urbes singulae ab utroque Salentini Promontorii latere, & quod Septemtrionem, & quod Meridiem respicit, sitae, Brundusio quidem sunt orientaliores; quibuscum detentam quoque fuisse a Graecis intermediam Oriam, docet Erchempertus Num. 48. eam dicens ab Graeco Imperatore Basilio dono datam *ad convivendum* Gaideri, qui Beneventano Principatu exutus Constantinopolim profugus se receperat. Sicut Graecorum quoque, ut reor, colens amicitiam Beneventi Dux alter, qui proxime Arichim II. praecessit, Hydrunti, sive Otrantina dicas in civitate, aliquando mansit, ad quam ab insequente Langobardorum Rege Desiderio confugerat, utpote sociorum, vel ex foedere, aliove consimili pacto sibi commendatam: nam sic exponenda censeo Pauli Romani Pontificis verba, quae in epist. 4. ad Pipinum Regem Galliae de eodem habentur Desiderio: *Appropinquante autem*, inquit, *eo Benevento, illico Dux Beneventanus fugam arripuit in Otrantinam Civitatem; & dum diu immineret, ut ex ipsa sua civitate exire eundem Ducem suaderet, & nequaquam in eo suam adimplens voluntatem, constituit Ducem alium in eodem Beneventano Ducatu, nomine Argis* (a), &c.

Et

(a) Cur aliter Pontificis verba capiam, qui addit Desiderium Regem solo Duce illo, & ejus nutritore Janne contentum, Graecis expugnatam urbem fuisse dimissurum?

Digitized by Google

Et quidem innominatum hunc ducem nullum praesentius habuisse perfugium, quam Graecorum urbem, aptissime convenit eorum temporum, & Beneventani Ducatus, quæ tunc manebat, conditioni, quando Dux Godescalchus, ni Paulus Diacon. falsus est lib. 6. cap. 17. sive 57. de quo alibi dixi ante annos haud multos ab persequente Rege Luitprando ad Graecos pariter transire dispositerat: necdum Salernum, ut postea, instauratum, eximieque munitum fuerat ab Arichi. Cum igitur Hydruntum Graeci detinuerint, deque hoc Pontifex Paulus minime discrepet ab Porphyrogenneta, extimam utique urbem ex orientali plaga hujus lateris septemtrionalis Brundusium Beneventani Duces habuerunt. Sed Porphyrogenneta Langobardos ait, pervasam ditionem *subjecisse Themati Langobardiae, & Calabriae*: hujus nomine Calabriam recepto more demonstrans ad mare Inferum, de qua superius: Langobardiae autem novitio vocabulo Apuliam designans ad mare Superum, quam plane late obtinuerunt, ut qui Tarentum, & Brundusium usque suos fines, sicut notavimus, dilatarunt. Verumtamen cur sic Apuliam adpellarit, Beneventanumque Ducatum in bina Themata, sive dicas Provincias tradiderit distributum, cum neutrum hoc e nostratium fecerit consuetudine, utrumque sane exponendum, sed loco erit aptiori. At Beneventanos una cum mediterranea Apulia, quam *latissimae regionis* adpellatione Paulus Diaconus in antecedentibus demonstrabat (a), litoralia etiam Brundusium citra non possedisse, non adhuc novi cur adfirmem; quandoquidem satis constat, eis cessisse Barum, ut ex Erchemperto num. 16. quin & Sipontum, sed aliquanto post aetatem Sancti Gregorii Magni, qui ejus urbis *Tribunum ab hostibus praedatum*, pretioque redemptum perhibet lib. 3. Indict. 12. epist. 17. nam idem Paulus lib. 4. cap. 14. sive 41. rem enarrans actam ante an-

(a) Sic Varro de R R l. 1 c. 6. latissima. Apuliam infert aestuosam, quod sit

annum 640. ut alibi dicendum erit; proximum Siponto litus in Beneventi locat fine: *Radoaldus*, inquit, *& Grimoaldus Gisulfi Foro Julienſis Ducis filii deſpectui ducentes ſub patrui ſui Graſulfi poteſtate degere, cum eſſent jam prope juvenilem aetatem, adſcensâ nauiculâ, remigantes ad Beneventi fines pervenerunt*: hoc eſt ex interiori Hadriatici maris ſinu ſolventes non alio quam ad Siponti litora appulerunt, quod facile dabunt locorum periti. Verumtamen quid conjecturis opus eſt in re clara, quae ex altera ejuſdèm Pauli narratione aperitur lib. 4. cap. 15. ſive 46.? *Venientes Sclavi*, inquit *cum multitudine navium, longe a civitate Seponto caſtra poſuerunt* (in anno ſcilicet 642. de quo in Chronologia) *Super quos Ajo Dux Beneventi cum veniſſet, ſimul cum aliquantis viris extinctus eſt*. Et capite ſequenti: *Eo tempore*, ait, *venientibus Graecis, ut Oraculum Sancti Michaelis Archangeli in Monte Gargano* (eſt ad Garganum Sipontum) *depraedarentur, Grimoaldus Dux ſuper eos cum exercitu veniens, ultima eos caede proſtravit*; quod ſane mox poſt annum contigit 647.

Sed Graecis ſacrilega iſta cum adſcribit, vereor ne imponat nobis Paulus, ſuſpectae mihi ſemper fidei Auctor in his, quae ſuorum Langobardorum officere poſſunt decori. Cur enim potius non credam talia ab iis commiſſa, quos conſtat Caſſinenſe Monaſterium ſuperioribus annis diripuiſſe, ac Idololatriam (a), ſive Arianam haereſim (nam diſcrepant de hoc Auctores) ad annum uſque 663. fuiſſe ſectatos, nempe Langobardos Ducatus Beneventani? cum ceterum ſit manifeſtum, Graecos ex antiquo ritu impenſo ſtudio Sancti Michaelis nomen coluiſſe, cui (ut paene ſupparem primis hiſce Langobardorum temporibus dem exemplum) unus Magnus Juſtinianus Imperator plures Conſtantinopoli aedes tum refecit,

(a) Rom. Martyr. XI. Kal. Mart. & inedita Acta S. Barbati Epiſc. Benev. Langobardos Idolis deditos perhibet: Acta S. Joannis Epiſc. Bergom. Arianiſmo.

Digitized by Google

cit, tum novo opere excitavit, quod Procopius teſtatur libro primo de ejus Imperatoris Aedificiis ; eidemque Angelorum Principi Graeci Neapolitani ſua in urbe Templum avito haud dubie ritu conſtruxerunt, quod S. Gregorii Magni aetate dedicarunt, ſicut idem Pontifex declarat lib. 7. Indic. 2. epiſt. 15. Credam igitur vere tunc Graecos cum Langobardis ad Garganum pro ejus loci poſſeſſione, ſicut pro aliis alibi frequenter, conflixiſſe, atque hos victoriâ potitos ſacram Archangeli Specum diripuiſſe (1). Namque ex ineditis Actis S. Barbati Epiſcopi Beneventani in Monialium Monaſterio Sancti Joannis Baptiſtae Campanae urbis adſervatis, cum conſtet eam in anno 663. adeo cultoribus manſiſſe deſtitutam, *ut nec ſedulum illuc officium perſolvi poſſet* ; nec non Beneventanos Langobardos Divinae opis praeſidio ſua ab urbe Imperatorem Conſtantium abegiſſe, atque vix tandem ad meliorem converſos frugem, Catholicamque fidem ſuaſu ejuſdem Sancti Epiſcopi amplexatos, ei permiſiſſe, ut intermiſſa ibi ſolemnia reſtitueret, haud quidem ex alia, quam ex illata ab ipſiſmet Langobardis direptione, venerandam Cryptam eo perveniſſe non eſt ambigendum. Sacrilegae igitur rapacitatis opprobrium e Langobardis Paulus convertit in aemulos Graecos, quem nimio ſuae gentis amore complura alia omnino contraria iis, quae facta ſunt, enarraſſe, magnus vir judicii Baronius ad annum 585. num. 2. peritiſſime obſervavit. Atqui (ſi tamen receptam in Sacris paginis Hiſtoriam ad conjecturae lancem expendere fas eſt) an etiam ſatis certi eſſe poſſumus, non ſic quoque commiſſum in Actis Angelicae Adparitionis, quae perhibent Neapolitanos a Sipontinis devictos (hoc eſt a Beneventanis Langobardis Graecos, de quo alibi dictum eſt) Paganitatem exuiſſe, Chriſtique ſuſcepiſſe fidem? quandoquidem, ut opportune nunc aperiam, quod libro priori diſſimulandum

(1) Hanc Peregrinii opinionem alibi impugnavimus.

Digitized by Google

dum duxi, oppositum verius; atque non Graecos, sed Langobardos ea occcasione sacro Baptismate initiatos ex hoc aliquis dixerit; quoniam eorum Actorum Auctor Langobardus & ipse fuit, fueruntque tum Graeci, tum Neapolitani antiquissimi Christi cultores, Langobardi autem sero, & in anno 663. Idololatriae renunciarunt. Et quidem ista cum simul confero, videre mihi videor tunc Sipontinos, ac Beneventanos in eam, quae in praefata Adparitione enarratur, a Neapolitanis, & Graecis redactos fuisse angustiam, nimirum cum Imperator Constantius, sicut est in praescriptis Actis Sancti Barbati, necnon in Paulo Diac. lib. 5. c. 4. sive 7. pervasas Apuliae civitates eis ademit, Luceriamque a Siponto non admodum disjunctam ad solum prostravit, ac ipsam tandem Beneventum arctissima obsidione tamdiu coercitam divexavit, dum ejus cives divinam opem invocantes, extremam evaserunt cladem; quod praefata S. Barbati Acta, sincera illa quidem vel ex Baronii censura in Notis ad Martyrol. XI. Kal. Martii, his verbis declarant: *Constantinus* (sic etiam dixere Constantium) *qui usque ad internecionem moliebatur urbem cum suis habitatoribus perdere, & quem nequibant ad misericordiam flectere immensi ponderis argentum, vel aurum, atque innummera multitudo pretiosorum lapidum, & margaritarum, accepta solummodo sorore Ducis Romualdi, Beneventum deserens, Neapolim est ingressus*. Haec ibi: post quae subijcitur Ducem, & Langobardos incolumitatis suae vota Deo persolventes, omnem Paganitatis ritum, ut paulo ante dicebam, exuisse, ordinatoque sibi in Episcopum Barbato, quo monitore sacra vota nuncupaverant, Christique fidem susceperant, munera ei magna obtulisse; quibus spretis, in haec sanctum virum verba esse Romualdum adlocutum: *si munus*, inquit, *tuae salutis vis offerre, stude unum impendere sacrificium, ut B. Michaelis domum, quae in Gargano sita est, & omnia quae sub ditione Sipontini Episcopatus sunt, sedi Beatissimae Genitri-*

tricis Dei, cui nunc indigne praesum, in omnibus subdas; & quoniam absque cultoribus omnia depravantur, unde nec sedulum illic sacrificium persolvi potest, melius a nobis dispositа tibi preficiant in salutem. Hactenus Barbatus; eique, ut ipse petierat, demandatam fuisse Angelicae sacrae cryptae, & Sipontini Episcopatus curam, eadem perhibent Acta, literisque probatur adventis tunc Romani Pontificis Vitaliani, datis eidem Barbato, quas recitat Marius Vipera lib. 1. Chronologiae Episcoporum, & Archiepp. Beneventi, etsi in multis adeo corruptas, ut de illarum sinceritate suspicari merito quis posset, nisi ex pluribus aliis fidelioribus monumentis ab eodem Vipera relatis pag. 61. 63. 70. 81. & 85. aperiretur, Gargani montis specum, & Sipontinam Ecclesiam diu etiam post Vitaliani tempora Praesulibus Beneventanis commendatas mansisse, suosque sero Archiepiscopos, & collabente Beneventano Principatu, obtinuisse, de quo in Dissertatione dicam, quae inscribitur: *Nostratium Langobardorum occasus* (cujus etiam jacturam ingemiscimus *Prat.*) Hoc igitur pacto Beneventanis Langobardis post deplorata humana omnia praesidia divinitus concessa salus, abnegataque tunc ab eis Idololatria, atque Archangelo Michaeli religiosior, & cultior veneratio restituta quamaptissime cum his convenire videntur, quae de Sipontinis, ac Beneventanis e Neapolitanorum, hoc est Graecorum, & Constantii obsidione evasis, in Actis Adparitionis Archangeli exponuntur, doctisque viris minus probata, secretiori alia interpretatione excipienda esse censentur.

Sed mihi de semita semel digresso, permittat velim Lector, rem nec de nihilo, nec prorsus injucundam minutius exponam, aliisque insuper ratiunculis confirmem. Quamvis haud puto, omnia a Paulo Diac. & in Actis S. Barbati de Imp. Constantino enarrata, gestaque illa omnia in Adparitione S. Michaelis descripta, adamussim posse inter se aequari, & conferri; quandoquidem neutra nec sincere, nec integre cum fuerint literis consi-

Digitized by Google

gnata, utique ad omnimodam concordiam duci nequeunt, ut eſt manifeſtum. Et quidem traditam de Sipontinis, Neapolitaniſque inimicantibus hiſtoriam, deque ab his tam ſero ſuſcepto baptiſmate, explanatione indigere omnes conſentiunt eruditiores, ut dixi: in Actis vero S. Barbati ſatis jejune exponi, immo non exponi, cur Sancto illi Epiſcopo maxime ſederit, ac prae caeteris Eccleſiis cordi fuerit Angelicae cryptae reparatio, ipſa Actorum lectione adparet: & Paulum tandem quis non conſentiet mancum, ſtudioſeque mendacem, qui Epiſcopatus Barbati, abjurataeque a Langobardis gentilitatis, nec per ſomnium ibi meminiſſe deprehenditur? Ut igitur opinor, cum Beneventani Langobardi ſtatuiſſent diuturni ſui ethniciſmi memoriam prorſus omnem abolere, eodem utique conſilio Auctor Angelicae Adparitionis talem maculam e ſua gente convertit in aemulos Neapolitanos, & Graecos, nomenque penitus ſiluit Langobardorum. Cujus perturbatae narrationis Paulus, & ipſe ſuis favens, cum duceret funem, tum ſacram Specum a Langobardis adverſus impiam Graecorum rapacitatem propugnatam, ſecus ac res acta eſt, ut supra obſervabamus: tum ultimum excidium, nulla Divini ſubſidii facta mentione, eos evaſiſſe adfirmat; nempe veſtigium, indicium omne celans, atque corrumpens obſervatae diutius gentilitatis. Quam nihilominus ipſemet, velit nolit, ibidem manifeſtat, Conſtantium dicens Italicam expeditionem adornantem, quendam conſuluiſſe Solitarium, qui Prophetiae ſpiritum habere dicebatur: *Utrum ipſe gentem Langobardorum ſuperare, & obtinere poſſet*; atque ab eo reſponſum obtinuiſſe (ſicut editio Frobeniana in hoc melior, & plenior duabus aliis praefert) haud tunc vinci poſſe, quos S. Joannes Baptiſta impenſo ab eis ſtudio in Sub-Alpina Italia cultus protegebat. In hac enim narratione nonnihil ſubodorare mihi videor de ſoluta non abſque Dei nutu obſidione Beneventi. Quam ſane urbem Angelica cuſtodia munitam Imperatori non ſuccubuiſſe, ex hoc etiam intelligi poſſe arbitror, quod idem Paulus

Digitized by Google

lus tradat, Solitarium ab Archangelo, & ab Christi Praecursore, unaque ab Apostolorum Principe per visum de irrito conatu Imperatoris fuisse admonitum, etsi unus Joannes ab unis Sub-Alpinis Langobardis, ut idem habet Auctor, veneraretur: nempe hoc pacto declarans, praefatam triadem, sublato Graecorum terrore, tutelam gentis suscepisse Beneventanae (*a*). Quo pariter referam quae in saepe dictis Angelicae Adparitionis Actis de Templo habentur, D. Petro apud Gargani montis Specum excitato a Christifidelibus, obsidionis periculum evasis; binisque ibi Aris, altera communi christianorum omnium patronae Dei genitrici Mariae, altera vero D. Joanni Baptistae dicatis. Ex his itaque cum jam constet, Scriptores Langobardos alios alias ingressos, horum gestorum seriem tamquam ex industria obscurasse, intelligi hinc quoque valebit, cur eorundem dicta non admodum apte simul possint componi. Atqui de Paulo aliter credendum non est, qui de praefata Constantii expeditione invicem pugnantia exposuit: vel cum a Duce Romualdo obsidem Imperatori perhibuit traditam sororem Gisam post acceptum nuncium, praesto jam sibi adesse cum valido exerciru patrem, Regemque Grimoaldum: vel cum scripsit, Constanti copias Neapolim post inita foedera recedentes bis fuisse a Langobardis caesas: primum a Campano Comite Mitola apud Calorem (*b*) fluvium in loco, cui ex eo conflictu *Pugnae* nomen mansit: iterum ab Duce metipso in loco *Forino* (aliter

(a) Cis Tyberinos Langobardos sub hujus Sancti Triumviratus tutela habuisse templa sunt documento frequentissima, & praeclara, quae eis ubique excitarunt. Et Sancti quidem Michaelis patrocinium caeteris praecipuum fuisse, nummis declaratur aureis, & argenteis cum ejus nomine a Beneventanis Dynastis excusis.

(b) Fluvium Calorem a Paulo pro Sabato dictum non dubito; quem prope Petrus Diac. in Auct. ad Ostien. l. 4. c. 16. agnoscit hunc locum appellatum *Pugna*. Sed eo Constantium recta, & festinato, ut Paulus perhibet, Neapolim recedentem e recta via divertisse, locorum, & gestorum consueta est confusio.

Digitized by Google

Forma: aliter *Formiis*, quod magis placet) (1) nuncupato : vel tandem cum ſecure, & quiete Imperatorem poſt haec Roma Rhegium facit per Beneventani Ducatus loca recedentem. Equidem minime crediderim, abſurdam adeo narrationem ex alio manaſſe fonte, quam ex pravo hoc ſtudio celandi abjuratam ſero a ſuis paganitatem; quem ſemel e recto rerum ordine digreſſo, utique oportuit in diſſonum, inconſtantemque labi ſermonem.

At praeter jam dicta, haud minora alia rei, ut geſtam puto, ſigna remanſere in Adone Viennenſi; qui in Martyrologio Archangelum ſcribens ſubſidio fuiſſe Sipontinis, & Beneventanis adverſus Neapolitanos 8. idus Maii, quod etiam demonſtrabat Erchempertus num. 27. Sipontum deſignans in finibus Campaniae; ejuſmodi ſcilicet locorum confuſione ſubindicans, id competere Langobardis, quos ad Campaniam cum Conſtantio, & Neapolitanis bis conflixiſſe, fuiſſeque ſuperiores eſt ex Paulo jam dictum. Et plane ea bella in menſe Maii geſta, ex Anaſtaſio Bibl. intelligimus, qui Vitaliani temporibus Conſtantium perhibet de Regia Urbe veniſſe *Tarantum, inde Beneventum, & Neapolim per Indict.* 6. (in anno nimirum Chriſti 663.) ac ſubdit: *Poſtmodum venit Romam, ideſt quinta die menſis Julii, feria* 4. *Indict. ſupraſcripta*. Sed rem prorſus omnem evulgatus nuper a me detegit, etſi invitus, Ignotus Caſſinenſis num. 3. continentem ſermonem habens de Graecis, & Romanis devictis a CisTyberinis Langobardis, deque Alczeco Bulgaro ad habitandum ab eis ſuſcepto, ac de Archangeli protectione, ſimulque de Neapolitanis ad Chriſti fidem converſis, in haec verba: *Poſt hoc*, ait, *dominantes Italiam, Beneventum* (properantes) *introeunt ad habitandum. Horum autem Princeps militiae coeleſtis exercitus Michael extitit Archangelus. Neapolites ad fidem Chriſti perducti.*

Al-

(1) Neutiquam omnino *Formiis* quum ex contextu Forinum intelligatur oppidum non longe a Salerni Urbe, adhuc eodem nomine vocitatum.

Digitized by Google

Alzecus Vulgarius cum hominibus ad habitandum ſuſcipitur. Graecorum, Romanorumque Langobardi gentes ſuperantes, totam ſimul Beneventi poſſident patriam. Sic ille ſtrictim, ſed palam haec omnia continenti eo tempore acta fuiſſe exponens, quo infructuoſe Conſtantius Langobardos aggreſſus fuerat; quando etiam Alczecum Bulgarum ſive ab eis accitum, ut ſuperius obſervabam, ſive ſponte novas ſedes cum ſuis quaerente, certum eſt in CisTyberinam Italiam perveniſſe. Perſpicuum itaque ex his eſſe poteſt, quae in Actis Adparitionis Archangeli perhibentur de Neapolitanis bello prementibus Sipontinos, aptiſſime convenire Graecis, non ſolos Sipontinos, ſed Langobardos CisTyberim univerſos perdere molientibus; quos plane ſecum habuiſſe Neapolitanos, plauſibile admodum videtur; atque adeo ad Chriſti fidem Langobardos, ut D. Barbati Actis proditum eſt, tunc converſos, conceptumque ſolventes votum, B. Michaelis Cryptam Sacris deſtitutam, impenſo ſtudio excolere coepiſſe; quandoquidem primam illam in Gargano monte, D. Archangeli manifeſtationem, atque Sipontinorum pericula ad eadem, conjunctaque tempora referre non oportet, vel Actis metipſis praefatae Adparitionis conſentientibus, quae tute vide. Eſt autem advertendum vocabulo Romanorum (1) ab Ignoto Caſſin. nec Graecos, nec urbis Romae demonſtrari cives; ſed juxta tertiam quandam acceptionem Auctoribus mediae aetatis uſurpatam, ſic dictos Italiae primitivos incolas, & indigenas; qua etiam nomenclatura appellatos quandoque conſtat reliquos populos omnes extra Italiam poſitos, Romanoque olim

(1) Nec alia de cauſa Gothi Arianae ſectae, ut eſt apud Gregor. Turon. Mirac. l. 1. c. 25. *Romanos vocabant homines noſtrae religionis:* nempe quod Catholicam, qui ſervabant fidem, de ſua non eſſent gente, ſed indigenae locorum, quae Imperio ſubjecta olim fuerant Romano. Salvianus etiam in Lib. de Gubernat. Romanos hoc ſenſu ab impiis Barbaris pluries diſtinguit. Hunc nodum, quem exſolvere credidit Peregrinius noſter, jam ſuperius Tom. I. a me aptius exſolutum habes in not. ad Ignotum Caſſ. loc. cit.

Digitized by Google

olim Imperio ſubjectos; ad Barbarorum nimirum diſcrimen, de quo alibi pluribus. Sed cur tandem rem non expedio, apertiſſimumque ejuſdem Ignoti non praefero teſtimonium, qui num. 25. praeclaram de Neapolitanis victoriam a Campanis Langobardis 8. Id. Maii, anno 860. reportatam cum illa comparans, quam pariter Sipontinos de Neapolitanis eadem olim die retuliſſe, proditum in praefatis Angelicae Adparitionis habetur Actis, utramque diſerte adſcribit Langobardis his verbis? *Secunda*, inquit, *Neapolitis haec ruina extitit ſimilis, qua olim in Gargano cum Beato Michaeli Archangelo ageretur feſtivitas, corruerunt*. Cui quamſimillimo, quin etiam clariori ſermone accinit Erchempertus num. 27. de eodem Campanorum cum Neapolitanis conflictu ſic habens: *Qua etiam die*, inquit, *priſcis temporibus a Beneventanorum populis* (non igitur ab ſolis Sipontinis) *Neapolites fortiter caeſos fuiſſe legimus* (a). Porro Beneventanae Provinciae incolas promiſcue omnes recepto more dictos quandoque fuiſſe *Sipontinos*, obſervare eſt in Conſtitutione ab Imp. Lothario I. edita *tempore Eugenii Papae ante Januam B. Petri Apoſt. in Civitate Romana*; hoc eſt in anno 824. (pace dixerim viri magni Jacobi Cujacii, qui ſanctionem illam ad Lotharium refert juniorem) cujus mentio exſtat Feud. lib. 1. tit. 19. factaque adſeritur *ad laudamentum ſapientum Mediolani, atque Papiae, ſeu Cremonae, atque Mantuae, & Veronae, quae vulgo Berona vocatur, & Terviſii, & Paduae, atque Vincentiae, & Parmae, Lucae, & Siponti* (1). Sapientum enim

Sipon-

(a) An etiam bellum a Duce Romualdo adverſus Conſtantii copias apud Formias geſtum, de quo Paulus Diacon. l. 5. c. 5. ſive 10. accidiſſe credam *ad Montem Garganum*, ideſt *ad Montem Garilianum* a Formiis parum diſſitum; Sicuti ex eorundem nominum commutatione plerique recentiores decepti tradiderunt, Saracenos ad Garganum diu inſediſſe, qui ibi nunquam, ſed ad Garilianum ſua aliquando domicilia haberunt? At haec non Formiis, ſed Forino contigiſſe ſup. adnotavi.

(1) Tò *Siponti* amanuenſium profecto ſphalma, ibique aliam in Mediolanenſi Provincia Urbem deſignatam fuiſſe ſuſpicor.

Digitized by Google

Siponti appellatione (quae lectio, nec censori Cujacio, nec ulli unquam suspecta fuit) ni universae Beneventanae regionis venerint Jureconsulti, cur in eo Conventu Sipontini potius, quam reliqui ex CisTyberina Italia accersiti fuerint, minime capiemus. Et vero eam Constitutionem ad juniorem referendam non esse Lotharium, hinc patet; quod bis ille Romam advenerit, sed ne accedere quidem ad B. Petri Januam valuerit. Non in an. 1133. *quando in Ecclesia S. Salvatoris*, ut inquit Otho Frising. lib. 7. cap. 18. *quae Constantiniana dicitur, a Summo Pontifice Innocentio coronatus* (eadem dicta *Lateranensis*, in cujus Palatio Innocentium tunc habitasse, tradit Falco Beneventan.) *Imperatoris, & Augusti adeptus est nomen: nempe Ecclesiam B. Petri, ubi mos coronari est Imperatoribus, Petrus* (qui & *Anacletus*, Antipapa) *eo tempore occupaverat*. Nec in an. 1137. Vaticanam adhuc detinente Ecclesiam Anacleto; quandoquidem Innocentius una cum ipso Lothario Romam tunc ex Apulia recedens, *Lateranense Palatium* (sic idem Falco) *adivit*. Angelicam itaque Adparitionem, qua Sipontinos a clade servatos, Neapolitanosque ad Christi fidem conversos, perhibetur, in hujusmodi sententiam apte exponi posse, existimo; quam, ut superius monui, longe post primam sacrae Cryptae sub Papa Gelasio, ut volunt, manifestationem contigisse, vulgata de eadem Adparitione Acta, si rite exponantur, declarant; quibus perhibetur, non ante servatos Sipontinos ab extrema illa clade specum consueviſſe penetrari, quod convenit cum S. Barbati Actis tradentibus, antequam Beneventani Langobardi ab imminenti servati fuissent excidio, Christique fidem suscepissent, locum incultum, desertumque mansisse, quia, ut dicebam, ipsi illum ante 15. fere annos diripuerant, nec prius adiverant ob impietatem: nam piorum hominum donariis haud tunc primum coepisse frequentari, ipsa direptio a Paulo Diac. descripta, e qua digressi sumus, manifestat.

Ad quam non dicam, sed ad aliam sane D. Michaelis

lis Basilicam recentius, sive antiquius excitatam, post depulsum ex Italia Constantium, susceptumque Archangelum in tutelarem confugisse Hunulsum credam, iram caventem Regis (a) Grimoaldi ob servatum a comminata nece Bertaridum Regni Langobardici haeredem, secus ac praefatus Paulus lib. 5. cap. 1. & seqq. callide rem antevertens, ante susceptam ab Imperatore Italicam expeditionem id actum ponit (1), quem ipsa expositorum a se gestorum series Prochronismi convincit, minime tantum temporis admittens spatium inter pervasum in exordio anni 663. a Grimoaldo Regnum, & Constantii in vere ejusdem anni adventum, ut eo medio valuerit Bertaridus ad Cacanum Hunnorum Regem profugus pervenire, Grimoaldus apud Cacanum per Legatos agere de dimittendo a se Bertarido, ipse Bertaridus ad Grimoaldum redire, atque iterum fuga salutem quaerere, ejusque fugae Hunulfus auctor e Sacro asylo sub fide eductus in honore aliquandiu apud Grimoaldum manere, tandemque ejusdem permissu ad Bertaridum in Galliam se conferre: quae omnia juxta Pauli narrationem completa fuissent duorum, triumve mensium, ut dictum est, intervallo.

At post Sipontum, adjacentemque Gargano Promontorio regionem, ad ulteriora ad Septemtrionem loca Beneventanos aliquando suam produxisse ditionem, certum est

(a) Ad eandem etiam Basilicam longe post cum se recepisset Herfemar sub Rege Luitprando impunitatem quoque meruit, teste Paulo l. 6. c. 15. sive 51.

(1) Male heic Peregrinius noster Prochronismi arguit Paulum Diac. Non enim eodem A. 663. ea quae adserit contigere. Grimoaldus namque Langobardicum Regnum invasit, ut superius adnotavi, in A. 662. & Constantius Imp. in Apuliam non descendit, nisi insequenti A. 663. utraque res sub veris initio confecta. Nulla igitur in Pauli narratione incohaerentia. Potuit quidem eo anno, nempe 662. & sequentis initio Bertaridus ad Cacanum profugere, ad Grimoaldum redire, atque iterum fuga saluti propriae consulere, & alia quae acciderunt a Paulo ibi enarrata, non intra spatium completa duorum, vel trium mensium (juxta Peregrinii mentem), sed potius mensium saltem tredecim.

Digitized by Google

est ex Erchemperto num. 5. & 6. qui tradit ob denegata tributa ademptas eis armorum vi á Gallis fuisse, a Carolo scilicet Magno, ejusque filiis, & a Spoletano Duce, *tellures Theatensium*, *& urbes*, quod alii, & ipsi antiqui, confirmant Auctores, Anonymus in Vita praedicti Caroli, Anonymus alter in Annalibus Francorum, Adelmus, sive Adhemarus Benedictinus, & Ado, uterque in Chronicis, nec non Aimoinus lib. 4. cap. 90. adserentes, id contigisse in anno 801. ac addentes, Luceriam, & Ortonam (extremam, forte, in eo Hadriatici maris litore nostratium Langobardorum urbem) eadem tempestate amissas, sed Luceriam illico recuperatam; quod Erchempertus quoque perhibet loco relato. Post haec igitur Beneventanus finis ad Luceriam, *opulentam Apuliae Civitatem*, ut eam dicit Paulus Diac. diu subsitit; cujus ager (certe Beneventana ditio) ad Tiferni fluminis ostia, & in mediterraneis ad fluvium Trinium pervenisse videtur (1): siquidem ad hujus fluenta Princeps Grimoaldus eodem hoc bello, quo Theathensium tellures, & urbes amisit, Pipino Italiae Regi, Caroli M. filio, fortiter restitit, ut Anonymus Salernitanus tradit in Historia non dum edita; ibique situm Tribetense castrum, utpote in confinio, amissum, receptumque varia fortuna legimus in Erchemperto num. 39. Theathina autem Marchia, quo absoluto nomine labentibus annis Theathensium urbes dictae sunt, estque modo sub iisdem

(1) Ad Trinii sane, & ad Sagri, vulgo *Sangro* amnium ripas Comitatum Aesernienſem sub posterioribus Langobardis ex antiquiori etiam institutione productum scimus, defixisque marmoreis columnis ab ulteripre regione diremptum; post quem ad Occidentem Comitatus fuit Venafranus, dein Cassinensis ditio, & tandem Sorani. Quum autem Ducatus Benev. & Capuae ab una Atenulfi I. progenie regeretur, fines Ben. Ducatus, aetate Pandulfi Capiteferrei praecipue, protensi sunt. Ducatu Spoletano adquisito, a quo ultra Trinium etiam fluvium Langobardi ditionem suam amplificarunt, e Spoletano fort. Ducatu Theatensi, Marsorum, aliorumque Comitatuum agris ad Capuanum adjunctae fuerint, ut ex quampluribus veteribus chartis Monast. Cassin., & nostrae Urbis clare evincitur; in ipsis enim, in quibus de Theatensis, & Marsorum Comitatibus mentio habetur, Capuanorum Principum inscripta nomina recensentur.

Digitized by Google

fere finibus Aprutium citerius, ad Tifernum, ni fallor, olim pervenit, a qua mente Falco ad annum 1137. de Lothario II. Imper. ſcribens, *Praefatus*, inquit, *Imperator flumen Piſcariae adveniens, Paſcha Domini ibi celebravit: inde flumen illud tranſiens, Civitatem Termulenſem, & illius Provinciae Comites obtinuit, & inde amoto exercitu, Apuliam ingreditur*: Civitas enim Termulenſis Tiferni oſtio citerior eſt non ſane multum. Haec vero loca a Carolo M. noſtratibus adempta Langobardis, Ducatui, ſive adjacentibus Ducibus Spoletanis, vel perpetuo commiſſa fuiſſe, vel committi conſueviſſe, complura declarant antiqua monumenta; de quibus, etſi hujus non eſt operis plenius diſſerere, haud tamen omittam, videri Francorum Reges, & qui poſt illos Italiae Regnum obtinuerunt; ipſumque Carolum ſtrictiori quodam jure, Spoletanum Ducatum, caeteraque poſtmodum contributa eidem loca obnoxia habuiſſe prae Beneventano, qui memoratis Regibus vectigalis tantum fuit. Quo referendum exiſtimo, praefatum Carolum M. Regna ſuis filiis ſuo in teſtamento diſtribuentem, Pipino legaſſe Regnum Italiae, unaque Ducatum Spoletanum, cui ab eo inſtitutus tunc praeerat Dux Guinichiſus, Scriptoribus geſtorum Caroli memoratus; de Beneventano autem ne verbum quidem ſubmurmuraſſe; quippe qui, ut in ejus vita Anonymus Auctor prodit, *in poteſtate ſua omnem terram tenuit de Monte Gargano* (eſt Garganus paulo orientalior urbe Termulenſi, eademque longe celebrior) *uſque Cordubam, Civitatem Hiſpaniae*; tributariam vero reliquam omnem habuit Italiam (verba ſunt Eginhardi) *uſque in Calabriam inferiorem, in qua Graecorum, ac Beneventanorum conſtat eſſe confinia*, ac perinde ipſum Ducatum Beneventanum (a). Et rurſus haud alio ducendum ar-

(a) Huc etiam facit, quod Otho. I. Imper. in Diplomate apud Baron. ad ann. 962. *de proprio Regno* tradere ſe dixit Eccleſiae Romanae *Baluam, Marſim*, &c.

Digitized by Google

arbitror, designari ab Ostiensi lib. 1. cap. 44. *Regalia* (jura scilicet) *Regales pertinentias* in Comitatu, seu dicas agro Theatino; itemque ibi, & lib. 2. cap. 31. aliisque in locis tradi, plerosque Imperatores, Regesque Italiae perplura bona Marchiae Theatinae finibus comprehensa, quae post Termulensem urbem ad Piscariam usque ulterioremque regionem, & in mediterraneis ad Valeriam, ut reor, pertingebat, & Marsos, locisque aliis posita, Ducibus Spoletanis subjecta, Coenobio Cassinensi, ejusque Cellis, ac Monasteriis donasse, alienasque de ejusmodi rebus confirmasse donationes; quam quidem potestatem super loca Beneventani Ducatus illos exercuisse ante Othonum Impp. tempora, non apud Ostiensem, nec alium memini me adhuc legisse Auctorem. Sed de his nunc satis.

Nostratium autem Langobardorum ab Septemtrionali hoc eodem latere in mediterraneis, atque citra Ortonam, tellureque Theatensium, urbes fuere *Sepianum*, *Bovianum*, *Aesernia*, & aliae, quas tempore Constantii Imp. (ut superius dictum est, ubi de Finibus ad Orientem) a Duce Romualdo ad habitandum traditas fuisse Alczeco Bulgaro, & suis, Paulus Diac. perhibet lib. 5. cap. 11. sive 19. idemque Auctor vestigia Bulgaricae linguae ad suam usque aetatem apud praedictorum locorum incolas mansisse testatur, quamvis ii Latine, hoc est communi, popularique tunc Italico sermone, etiam loquerentur (a). Quo rei manifesto indicio persuadeor, ni falsus, sive mancus ipse sit Paulus, erroris arguendum Auctorem Historiae Miscellae lib. 19. tradentem, *tempore Constantini* (scilicet Constantii jam dicti, nam haec nomina passim olim confusa) *qui in Occidente regnavit* (ita quidem, nam post eum Graeci Imp. exiguam Ita-

(a) Sic *Latine* loqui apud Dantem Aldigherium Petrarcham, & Boccacium dicti sunt, qui haud prisca, & Latiari, sed usurpata nunc nobis Italis lingua utebantur. Otho etiam Frising. de gest. Frider. l. 2. c. 13. eadem verbi usus est acceptione, cum Langobardos Italos sui temporis ab *Latini sermonis elegantia* laudat.

liae partem retinuerunt) filium Orbati Bulgari, qui regionis Bulgariae, seu Contragorum dominus fuerat, natu minimum, nulloque nomine ea in Historia denotatum, ex patrio solo intra Danubium, & Tanaim posito paulo post mortem patris Danubium transmeasse, atque *haud procul ab urbe Ravenna in Pentapolim advenientem sub Christianorum imperio se subjecisse*: Ravenna enim non exiguo terrarum intervallo ab descriptis a Paulo distat locis, ut est manifestum. At si dixerimus e Ravennae agro Bulgaros ad novas sedes transisse, atque ab Rege Grimoaldo spe quaestus abductos, ut filium adversus Graecos protegerent, quod laudato loco innuebam, minime repugnaverim: ob id maxime quoniam Paulum Miscellae Historiae admovisse manum, sunt qui opinantur. Post vero superius dictas Theatensium tellures ad occidentem Valua urbs fuit, quam Pontifex Hadrianus epist. 92. ad Carolum Mag. statuit in finibus Spoletanis: Anastasius autem Bibliothecarius in Zacharia ejus oppidanos, proximosque Pinnenses, ac Forconinos eidem adsignat Ducatui, & insuper Marsicanos, urbem incolentes Marsicam; ni gentile, quod ab ea idem Auctor, atque Ostiensis lib. 2. cap. 7. ducunt, me fallit nomen: quae nihilominus *Marsis* Ignoto Cassin. num. 2. *Marsia* praefato Ostiensi libro eodem cap. 35. alibique *Marsi*, numero multitudinis videtur dicta; unde Marsorum tum Comitatus, tum Comes, tum Gastaldus, tum Episcopus, &c. eidem saepe: sicuti Fundorum Comitatus, Comes, & reliqua dicerentur. Ea vero urbs in Orientali Fucini lacus ripa olim sita, ingentis terraemotus vi absorta, aquisque obruta, suae etiamnum servat, clarisque diebus indicia etiam prodit calamitatis. At Marsi, ut initio exposui, nostris contermini fuere Soranis, ad quos jam post omnem fere CisTyberinam Italiam stylo peragratam iterum cum pervenerim, universus simul est mihi Beneventani Ducatus descriptus orbis.

Hunc autem a notiori, etsi nonnihil laxo limite, non tamen absque aliquo antiquiorum exemplo, appellare

Digitized by Google

lare saepius libuit *Italiam CisTyberinam*, nimirum ne noviſſimum ejus nomen incongrue, neve deſuetam importune uſurparem nomenclaturam, illumque cum Oſtienſi lib. 1. cap. 19. appellarem *Beneventi Provinciam*; vel cum Erchemperto num. 1. eodemque Oſtienſi lib. 1. cap. 12. aſiiſque abſolute, *Beneventum*; vel cum Ignoto Caſſin. num. 3. *Beneventi patriam*: quippe quod olim fuit *harum Provinciarum caput* (verba uſurpo Pauli Diac. lib. 2. cap. 11. ſive 20.) *ditiſſima Civitas Beneventum*. Italiam itaque CisTyberim Supero, Inferoque mari definitam, niſi qua tum Romani, tum Spoletani Ducatus, atque Graecorum oppida in Tyrrheni, & Hadriatici maris littoribus nunquam iis amiſſa patuere, Beneventani Langobardi (cum praefato dicam Ignoto) *Romanorum, Graecorumque gentes ſuperantes, totam ſimul poſſederunt*: hoc eſt non in duas diviſam Principatus, Beneventanum nimirum, & Salernitanum, ſicuti ipſius Auctoris aetate, & ab anno fere 840. coeperat obſervari (*a*). Quae iterum ab Langobardis metipſis noviſſimum Capuae Principatum inſtituentibus diſpertita, quingenteſimoque poſt anno ab eorum adventu alias a Northmannis ſectiones paſſa, ad quos deletis Langobardis devenerat, quingentis tandem abhinc annis, & quod excurrit, in unam denuo coacta eſt Dynaſtiam, vulgo tunc dictam *Regnum Apuliae*, nunc vero ab annis plus minus biſcentum (*b*) appellatam *Regnum Neapolitanum*: ab praecluriſſima ſcilicet urbe Neapoli, quae aliquanto ante fuerat ejus Metropolis inſtituta.

DIS-

(a) Graeci ſane, ac plerique etiam Latini mediae aetatis Auctores binas per Langobardorum tempora Italias fecere; fuereque, qui tres quoque ſtatuerunt; nimirum Roma alteram citeriorem, alteram ulteriorem.

(b) Scribebat Peregrinius A. circ. 1650.

Digitized by Google

DISSERTATIO VIII.

DUCATUS BENEVENTANUS

IN ANTIQUAS PROVINCIAS AN TRIBUTUS.

PLuriformem Italia ſuarum Regionum, ac Provinciarum ab Auguſti aevo experta diviſionem, Langobardi tandem eam fere univerſam obtinentes, nulla priſcorum finium ſervata ratione, inauditoque antea deſcriptionis genere in Regnum, pluresque Ducatus omnium primi, quod ſatis conſtat, diſpertivere. Idque committentes, peculiaria quoque ſingularum Provinciarum longiſſimo uſu recepta nomina prorſus antiquarunt; & inſuper ſingulas a ſe inſtitutas Dynaſtias, quae exoletarum Provinciarum loco ſucceſſiſſe videbantur, haud quidem Provinciae nuncupatione, ni fallor, per ea initia dignarunt; ſed cunctam ſuis Regibus ſubjectam, eorundemque dicto obtemperantem ditionem unicam eſſe Provinciam voluere, uniuſque abſoluto, communique Provinciae vocabulo eam quandoque denominarunt; ſicuti Regis Rotharis lex, ut alias plures omittam, Legum Langobardarum lib. 2. tit. 3. documento eſſe poteſt. Verumtamen labentibus annis novae, ut ſolet, priſcas conſuetudines excepere, ſingulisque Ducatibus peculiarem Provinciae appellationem fuiſſe impertitam, ex unius Beneventani Ducatus exemplo, de quo nunc eſt mihi diſſerendum, poterit dijudicari. Is namque ab Principis Arichis aetate tum exteris, tum noſtratibus antiquis ſane Auctoribus frequentiſſima Provinciae nuncupatione comperitur deſignatus; quos inter Anonymus eſt Auctor Vitae Ludovici Pii, qui meminit Beneventanae Provinciae ab eo, unaque ab ejus fratre Pipino in anno 793. junctis viribus populatae; eſtque eandem ſermonis conſuetudinem obſervare non ſemel in Erchemperto, num. nimirum 18. 19. 20. & alibi; nec non apud Capitulare

Princ.

Princ. Radelchisi num. 1. alioſque noſtrates complures. Quae ſane ad recentiſſima etiam tempora, atque ad noviſſimas Langobardorum perſeveravit Dynaſtias; eaque gente deleta, Capuae Principatus ſub Nortmannis Provincia dici conſuevit, ut eſt apud Gaufredum Malateram lib. 1. cap. 6. & lib. 3. cap. 35. nec non apud Edinerum in Vita S. Anſelmi lib. 2. cap. 35. licet vir doctus Edineri mentem nec de reliquo aſſecutus, de Eccleſiaſtica Capuae Provincia locutum illum putarit, ac prodiderit, *Capuam* (ejus do verba) *juxta ſuum ſtatum laicum nunquam habuiſſe nomen Provinciae, ſed tantum nomen Principatus*. Ea igitur Italiae pars, quae a Langobardis in unius Provinciae formam, inque Beneventanum Ducatum redacta, plures, ut ex ſuperioribus Diſſertationibus liquet, complexa eſt ſive integras, ſive diminutas primitivas illas Provincias, Campaniam nimirum, Samnium Apuliam, Calabriam, Brutios, ac Lucaniam (has autem cum dico, prae oculis habeo Conſtantini Magni, ſive poſteriorum Impp. Italicarum Provinciarum deſcriptionem) an & ipſa dum uni adhuc parebat Beneventano Dynaſtae, in antiquas illas, & minores fuerit Provincias diſtributa, operae nunc erit pretium perſcrutari. Quandoquidem haud aliter fieri debuiſſe, tum conſueta Principatibus omnibus Politia, tum moderandae adeo amplae ditionis opportunitas perſuadet; quae ſane diſtinctio rei etiam videtur ex naturae quodam inſtinctu convenientiſſima; nam quidquid Beneventani Ducatus finibus olim claudebatur, noviſſimis his ſeculis ſub novem Neapolitani Regni Provinciis cenſetur; quarum ſunt nomina: *Terra Laboris*, *Comitatus Moliſii*, *Aprutium citerius*, *Capitanata*, *Terra Barii*, *Baſilicata*, *Calabria inferior*, *& uterque tum citerior*, *tum ulterior Principatus*. Et vero haud ego his ſum adverſa admodum diſſertaturus, qui pro hac ſententia Erchempertum num. 14. de Radelchiſi Principis ſublimatione loquentem, ſtare videam: *In cujus*, inquit, *electione omnis, ut ita dicam, Beneventi Provincia conſenſit*: itemque ipſum Principem Ra-

Radelchiſum in ſuo Capitulari num. 24. ubi de Saracenis a ſe non advocandis : *Et a modo*, inquit, *nullum Saracenum in meum, vel Populi, vel terrae meae adjutorium, ſeu amicitiam habere quaerimus ; tam de his, qui in omni Provincia Beneventani Principatus ſunt, quam etiam de illis, qui extra omnem Beneventanam Provinciam ſunt* ; Radelchiſus enim iſte, cujus verba ſunt minus clara, non collective *omnem Provinciam* dixit *univerſa Provincia*; ſed diſtributive, ut loquuntur, atque pro quacunque Provincia, ut res ipſa docet. Erit igitur, quod potiſſime nunc quaeramus. An plures hae Beneventani Ducatus Provinciae ſive nomine, ſive re fuerint illae, quas Imperatores olim inſtituerant Romani, Langobardi vero in unam, recentemque coagularunt Dynaſtiam, de quo quidem haud admodum expeditum haberi poſſe video ſermonem. Antiquarum itaque Provinciarum nomina, & ut conſequens eſt, limites etiam, & modos, vigentibus Langobardis, perque ſubſecuta tempora manſiſſe, erit forte non nemo, qui ſibi perſuadendum duxerit, auctoritate nimirum doctus Petri Diac. qui in Auctar. ad Oſtienſ. lib. 4. cap. 100. perhibet, Guarinum Regis Rogerii Cancellarium vi Monaſterium Caſſinenſe capere molientem, *literas habitantibus in Campania, Samnio, Apulia, Lucania, & Calabria direxiſſe, ut quam citiſſime poſſent cum diverſis bellorum machinis ad illud obſidendum, & capiendum venirent*. Et capite ſubſequenti tradit, eadem perſecutione Monachos divexante, *omnes Obedientias per Campaniam, Picenum, Samnium, Lucaniam, atque Calabriam captas, atque a jure Coenobii Caſſinenſis fuiſſe ſubductas*: Coenobia nimirum, & Eccleſias Caſſinenſi obnoxias, praediiſque, & redditibus divites, quas Caſſinenſes Monachi ad Abbatis nutum, & imperium incolebant, atque curabant, unde ſaepius iidem fuere dicti *Obedientiales*. Verumtamen Petrum utrobique minime ad fui, vel antecedentis ſeculi morem, ſed ad eruditionis oſtentationem priſca, ea uſurpaſſe vocabula, certum eſt ; namque eſto.

nec

Digitized by Google

nec antiqua Provinciarum nomina, nec vetuſtos earum fines Langobardi initio aboleviſſent, ab aevo nihilominus inſtituti Beneventani Ducatus uſque ad ſe haud unam CisTyberina haec Italia ſervaverat faciem; ſed plures novos experta Principatus, Ducatum nimirum Neapolitanum, Amalfitanum, Cajetanum, atque Apuliae; itemque Principatum Salernitanum, Campanum, Barenſem, Tarentinum, & Surrentinum, novam, multiplicemque paſſa etiam certo certius fuerat deſcriptionem, atque diviſionem. Quod ſi qualis ſub Petri, ac praecedenti aetate fuerit Italiae CisTyberinae forma ſit tibi ſciendi cupido, ab eodem diſcere poteris Auctore lib.4. cap.37. 96. & 97. pariterque ab Oſtienſi lib.3. cap. 13. quibus, Apulia excepta, & Calabria, reliquae omnes antiquae Provinciae novis aliis nominibus deſignantur, ex novis profecto, atque inſignioribus Dynaſtiis ſupra memoratis, exortis. Sed fuſius de his in Diſſertatione: *Ex quibus Dynaſtiis Italia CisTyberina exactis Langobardis in Regnum coaluit*, agam (1).

(1) *Quibus ex Dynaſtiis Neapolitanum Regnum coaluerit* Diſſertationem, inſimul cum aliis in Par. III. Hiſt. Princ. Lang. Cl. Peregrinius ſpoponderat, illamque deperditam fruſtra deſideramus. Promiſſum a me adimplendum ſperabam. At quoniam amicorum omnium, Typographique, viſne major, aut deſiderium ignoro? me ad hoc opus perficiendum impellebant quammaxime, ſatius heic rem acu vix attingere duxi, feſtinante praelo, viribuſque acciſis, ut legentibus pauculas quaſdam hujus tractationis notitias (quum neque otium, neque valetudo majores miniſtrare permitterent) pro curioſitatis tantummodo blandimento, quam complemento, delibarem ſaltem, eiſque brevi manu offerrem. Igitur ex ſuperius dictis nemo eſt qui ignoret, poſtquam e Regni Neap. Provinciis Gothi a Graecis ejecti fuiſſent, Langobardos haſce regiones ingreſſos, Beneventoque potitos, ſenſim loca alia Urbi (quae Sedes fuit eorum Ducatus) proximiora primum occupaſſe, inde totam pene Campaniam, Samnium; Dauniam, Lucaniam, Apuliam; Calabriam, Brutioſque, paucis exceptis maritimis Urbibus, quas nedum cepiſſe, ſed ne attigiſſe permiſſum, quod navigiis ipſi caruiſſent ad eas obſidendas. Hinc mediterraneis fere cunctis Graecorum Imperium exutum eſt, vix umbra quadam eorum minoris Langobardiae Thematis ſuperſtite, quo parva Brutiorum pars, & Calabriae Jonium mare proſpicientis ab Regio Catanzarium uſque circumcirca maritima, ac mediterranea continebatur Conſentiam uſque, quo Langobardicus Benev. Ducatus fines ſuos protendebat. Graecis etiam Ducatus Neap. (quum is Cajetae, Amalfiae

Dices tamen, Apuliae, & Calabriae ſaltem vocabula, Provinciaſque per Langobardorum aevum nunquam deſiiſſe, quae ad Petri, ut plane admitto, manſerint aetatem. Quin ditionem etiam omnem Beneventanam

fiae, & Surrenti jam Langob. Principes ab Neapolitano evelliſſent) ſuos intra fines perſtrictus ſupererat adhuc (quamvis deinde Capuae Principibus triennio quoque paruerit) ad id uſque temporis, quo Nortmanni Rogerii I. Neap. Regis invicta virtus, & imperii amplificandi ambitio, minoribus aliis depreſſis, Bajulis, ſive Strategis Graecis, Saraceniſque Ducibus non tam a Calabria, quam Sicilia eliminatis, univerſum ſibi Regnum comparavit, Regiſque titulo tandem exornatus eſt A. 1130. Quae itaque Dynaſtiae Regnum Neap. ad illud uſque aevum conſtituebant, ex iis profecto, ab Rogerii Regis militaribus copiis ſubactis, ſimulque ſibi adjunctis, Neapolis Regnum coaluiſſe fatendum eſt. At quaenam Dynaſtiae illae fuerint, heic breviter inquirendum. Primus indubie Dynaſta Dux fuit Beneventi, qui ſaeculo ſecundo vix elapſo, poſtquam Benevento potiti ſunt, Principis etiam titulum (ut Langobardis Italiae Regibus ſe aequiparaverint poſt eorum ſub Carolo M. extinctionem, faſtum, poteſtatemque Regiam adfectantes, quod eorum dominatio ſuper tot, tantaſque ampliſſimas, ditiſſimaſque Provincias extenderetur, ab Brutiis ſcilicet, & antiqua Calabria, ad Romanam uſque Campaniam) aſſumſere; & *Langobardorum Gentis Principes* inſcribi, *nummos eorum imaginibus inſculpi*, *ſacrum* eorum *Palatium*, in quo reſidebant, appellari, *aureaque* in capite *corona*, aliiſque decoribus inſigniri uſurparunt. At quum in ſublime res erigatur, paulatim decidere neceſſe ſit (quod in aliis Nationum incrementis, ac decrementis didicimus, in Romano praeſertim Imperios diviſio hujus Principatus Benev. cum Salernitano, & exinde etiam Capuano, qui IX. & X. ſeculo erecti ſunt, pedetentim haec tam ampla Dynaſtia ſuo ab altiſſimo Imperio magnitudineque decidere coepit, inteſtinis non tantummodo, ſed exteris etiam praeliis Graecorum ſcilicet, Saracenorum, Nortmannorum, ac Franco-Germanorum copiis perpetuo impetita, a quibus ſenſim Urbes avulſae, vires enervatae, & poteſtas diminuta, ut ſuperius ſatis agnovimus.

Has quidem tres Dynaſtias Nortmanni, qui uti auxiliares primum haſce in Provincias adventarunt, inde tractu temporis aucti, potentioreſque effecti (Feudis ſibi a Lang. Principum munificentia donatis) ſublimiora appetentes, Saracenos primo, Graecoſque exterminare conati ſunt, indeque paulatim Langobardos ipſos, quibus Principatum Capuae prius, Benev. ac Salerni poſtmodum, abſtulere; ſed adhuc inter eos Ducatus Apuliae, Principatus Capuae, & Salerni diviſim Dynaſtiae Langobardici olim imperii fuerant (vix Comitibus quibuſdam eorum e ſanguine effluxis in eorum Urbibus privatim, nec ſine metu, aut periculo reſidebant) uſque ad Rogerium Regem, qui Northmannicum ſolus imperium adeptus eſt. Tunc etiam Ducatus Neapolitanus, Urbe ab Civibus, eorumque Duce Sergio in deditionem accepta (qui jamdiu Literni, Miſenique Caſtris, Puteolis, Atella, Sarno, Nuceria, aliiſque ipſius Ducatus locis exutus fuerat) penitus, oppreſſus, & extinctus, cui olim adnexi Cajetae, Amalfiae, & Surrenti

Duca-

Digitized by Google

tanam in modo dicta bina, nec plura Themata, ut Conſtantini Porphyrogennetae Graecam uſurpem dictionem, fuiſſe diſtributam, quod idem Auctor diſerte prodit de Admin. Imp. cap. 27. verbis non ſemel ſuperius relatis, inquiens: *Langobardi a Beneventо excurſione in omnem ditionem facta, ſubjecerunt eam Themati Langobardiae,*

Ducatus, nec non Urbi proximae Inſulae, quae utique omnes Rogerio parere coactae ſunt. Langobardiae minoris Thema, quae Graeco Imperio tamquam magni nominis umbra ſupererat etiamnum Nortmanno victori ceſſerat, profligatis etiam foederatorum Agarenorum turmis, quae Calabriae adhuc partem retinebant. Neque Theatenſis etiam, Marſiae, Valvaeque Comitatus, aliique contermini, qui magnam Samnii portionem continebant (dudum a Benev. Ducatu divulſi, & Spoletano adjudicati, ut ſuperius dictum eſt) Nortmannorum inſultibus immunes evaſere: immo ipſamet Romanorum Campania (nondum ultra Terracinam, & Soram tantummodo; ſed ultra quoque Comitatus Furconenſem, Amiterni, & Valvenſem, qui propriis aliquando ſuberant Dominis, ipſaeque Romanae olim Sedi parebant, ut alibi) non ſemel impetita, variiſque eorum excurſionibus agitata, timoribus, diſpendiis, diverſiſque agrorum, urbiumque damnis ſubjici obſtricta fuit, magno Chriſtianae Reip. ſcandalo, quae Sedis Apoſtolicae Patrimonium, Anconam uſque, direptum, & pervaſum agnovit.

Ex dictis igitur, quae brevi, & feſtinanter innuere valui, ſatis evidenter colligi poſſe autumo, quibus ex Dynaſtiis Regnum Neap. coaluit, ex Principatibus nempe Langobardorum Beneventi, Salerni, Capuae, eorumque multifariam partitis Comitatibus, exiguas quodammodo, tenueſque Dynaſtias, aut Dynaſtiarum fruſtula conſtituentibus, quorum ſi nominatim ſeriem retexere voluntas mihi, atque otium daretur, pene legentium ad faſtidium, ſermonem protraherem, hujuſque Tomi folia plus nimio abſque commodo, utilitateque adcreſcerent. Inſuper ex Ducatu Neapolitano, ejuſque adnexis Ducatibus, Cajetano ſcil, Amalfitano, & Surrentino, Tyrrhenique maris Inſulis, quae Neapolim ſpectant, illiuſque Ducis imperio ſuberant: necnon reliquae Calabrorum, & Brutiorum Urbes, maritimae praeſertim, quae *Langobardiae minoris Thema* pro Graecorum Imp. dignitate, faſtuque quodam conſervando, *Langobardia majori*, ſive Italia Tranſtiberina ab eiſdem jamdiu deperdita, Langobardorumque Regum Sedes ordinata, ut alibi praenotatum, definiebant. Neque profecto alii majoris ordinis Dynaſtae haſce regiones tunc dominabantur (poſtquam Nortmanni e Tancredi Comitis ſanguine, quamvis Apuliam, Lucaniam, & Campaniam variis, diverſiſque ſegminibus inter ipſos diviſerint aliquando, ab uno Apuliae Duce in unum conflata ſegmina conjunſa (eſſet) quum Rogerius cunctos, quae a ſuis poſſidebantur, Comitatus, & Marchias unus ſoluſque ſenſim collegerit, ſubjecerit, ſibique per fas & nefas adjunxerit, ut Regnum ex iis coaleſceret, Regiaque eo temporis corona donaretur A. 1130. (ut pleniſſime apud Chronologos coaevos deſcribitur) tuncque *Apuliae Regnum*, quod poſtea *Neapolitanum* eſt adpellatum, dici cepit.

Digitized by Google

& *Calabriae*, &c. Etenim idem aliquando fuit Graecis *Langobardia*, quod nobis *Apulia*, ut pluribus infra in Dissertatione (1). *De occasu nostratium Langobardorum*, & alibi aperiam. Nihilo tamen minus ab expolita sententia discedendum non puto, exteroque scriptori Constantino fidem de hoc adhibendam esse pernego (2), qui res nostras vel parum doctus, ut ex iis, quae in contextu habet, aperitur: vel sermone minus proprio usus, falso prodidit de Langobardis, quod ipsi non ita pridem usurpaverant Graeci, cum Apuliam, sive dicas Langobardiam fere totam, partemque non exiguam Brutiorum, qui recentius Calabri dici ceperant, illis ademerant, ut declarabitur in Chronologia (a). Quam etiam horum Thematum institutionem idem Constantinus loco eodem mira temporum, rerumque confusione ad remotiora retulit initia, perhibens, quod *postquam Constantinopolim translata fuit Imperii sedes, omnis Italiae ditio in duos Principatus* (in Graeco est εἰς ἀρχας δύο) *fuit divisa; & ex eo tempore missi sunt ab Imp. Constantinopolitano patritii duo; quorum unus Siciliae, Calabriae, Neapoli, & Amalphae praeerat: alter vero Benevento, Capuae, papiae cum reliquis*: miscet namque quae erant distinguenda; Siciliae enim Thema initio discretum a Themate fuit Calabriae antiquioris ad Superum mare sitae, sub quo quidem Calabriae Themate erat Neapolis, Amalphe, & loca omnia minutiora; subque Siciliae erant extimi Brutii ad mare Inferum, Magnaeque Graeciae cultores, Calabri tandem dicti; postmodum vero cum

(a) An latere in Porphyrogennetae verbis aliquod etiam veri semen potest de Brutiis, & Magna Graecia, sive aliquibus maritimis oppidis adjudicatis aliquando Siciliae post Mag. Constantinum; ex quo aperiretur, cur ea loca tributa Siciliae fuerint ab Auctoribus post dictum Imper.? quod viros doctos torsit: Ortelium in Theat. Juvenem in Hist. Tarent. aliosque.

(1) Quam etiam desideramus.

(2) Censuram Peregrinii carpit Cl. Assemanus To. I. C. 13. §. 4. Rectene id egerit, Lector judicet: docti aeque, atque amici viri dictis modo non obsto.

Digitized by Google

cum inferior haec nova Calabria Siciliae Themati adhuc maneret contributa, priſca illa ſuperior, mutato nomine, appellata eſt *Langobardia*, paruitque Graecis, qui eam magna ex parte ſubtraxerant Langobardis. At minime tunc Benevento, & Capuae, niſi trium fere annorum perexiguo curriculo, Papiae autem nunquam imperarunt, qui a me harum rerum deſcriptus ordo ex dictis in Diſſertatione de Finibus Ducatus Beneventani ad meridiem, dicendiſque in de occaſu noſtratium Langobardorum dilucidius aperietur.

Verum enimvero domeſticos, nec minus antiquos, quam graves contra me adhuc ſtare video Auctores, Erchempertum, Ignotum Auctorem Fragmenti Hiſtoriae Langobardorum, Leonemque Oſtienſem; quorum primus num. 15. de Beneventana ditione a Princ. Siconolfo, ope Campani Comitis Landulfi, filiorumque ejus univerſa fere adempta Principi Radelchiſo, ſic loquutus eſt, ut in tres omnino deſcriptam illam fuiſſe Provincias manifeſtet; quarum duae fuerint Apulia, & Calabria, tertia autem reliqua regio ſub abſoluto Beneventi nomine comprehenſa: *Fretus itaque*, inquit, *Siconolfus hujus* (Landulfi Campani) *ac filiorum ejus auxilio, totam Calabriam ſuo ſubdidit famulatui, maximamque partem Apuliae. Deinde adverſus Beneventum praeliis inſurgere nititur*. Quam etiam adſtruere videtur ſententiam num. 20. factam a Saracenis deſcribens in Beneventana regione vaſtitatem, poſtquam integra ea Dynaſtia in duos diſpertita fuerat Principatus, hoc eſt Beneventanum, & Salernitanum: *Per idem tempus*, inquit, *Agareni Barim inſidentes, coeperunt devaſtantes ſtirpitus depraedare totam Apuliam, Calabriam, & pedetentim Salernum, & Beneventum depopulari initiarunt*. Salerni enim, & Beneventi appellatione tertia jam dicta illa denotatur Provincia, quae poſt diviſum Principatum non unico vocabulo, ſed diſcretis, ad diſcretorum Principatuum inſtar, ceperat nuncupari. Eandemque Oſtienſis lib. 1. cap. 29.

cap. 29. adnotans cladem, primitivam nihilominus antedictae triplicis Provinciae nuncupationem maluit retinere, dicens: *Iterum Saracenis Bari degentibus, Calabriam totam, omnemque Apuliam, universamque Provinciam Beneventanam affligere, ac devastare nitentibus, rogatus a Primoribus patriae Bassacius Abbas* (Cassinensis) *una cum Jacobo Abbate S. Vincentii Franciam adiit*, &c. (a). Hanc autem tertiam Provinciam quandoque antiquo vocabulo *Samnium*, sed finibus plane mutatis, ac amplioribus, etiam dictam constat, ut in supra laudato Fragmento Historiae Langobard. num. 2. iis verbis: *Ingens locustarum multitudo invasit Calabriam, Apuliamque, & Samnium*, quibus eadem prorsus statuitur trias Provinciarum, Beneventanaeque regioni Samnium aequiparatur, quippe Beneventum Samnitium urbs olim fuit; idque adeo obtinuit, ut ejus etiam Dynastae *Samnitium Duces, & Principes*, ipsaque urbs proprio nomine *Samnium*, eademque analogia, qua Paesto nomen *Lucaniae*, Interamnae *Aprutii* est inditum, Beneventanique cives *Samnites* fuerint Scriptoribus non semel (iis inquam, non promiscue omni vulgo) appellati: sic nimirum sibi blandientibus Langobardis, & parem priscis Samnitibus affectantibus laudem ob indefinentes, atque quamdiutissime exercitas contentiones in Romanos, Romanique nominis socios, & consortes. At quod dixi, Beneventanos Dynastas fuisse *Samnitium* appellatos tum *Principes*, tum *Duces*, observare id erit apud Paulum Diac. lib. 4. cap. 15. sive 46. simulque apud Anonymum Salern. par. 4. num. 6. Ipsoque Beneventanos nuncupatos *Samnites*, apud Anonymum etiam habetur Auctorem Translationis S. Mercurii Mart. in antiquis membranis metrice descriptae, atque apud Guilielmum Apulum lib. 2. rerum Nor-

(a) Sic quoque Luitprandus Ticin de re eadem loquutus pridem fuerat Hist. l. 2. c. 12. Saracenos dicens *Calabriam, Apuliam, Beneventum, & Romanorum etiam Civitates* occupasse, &c.

Digitized by Google

Nortmannicarum (*a*). Verumtamen quod urbs Beneventum dicta nonnunquam fuerit *Samnium*, in aliis sermone soluto, nec ambiguo ejusdem Translationis manu exaratis legitur Actis; cum de caetero alia a Benevento longe diversa fuerit antiqua urbs *Samnium*, Paulo Diacono memorata lib.2. cap.11. sive 20. extitisseque credita ad S. Vincentii Mart. juxta ortum fluminis Volturni celeberrimum olim Coenobium Monachorum, quod *in loco Samniae*, *finibus Beneventanis* constructum quamsaepissime repetitur in Chronico ejusdem Monasterii ab Joanne Monacho elaborato: licet Philippus Cluverius in Antiquae Italiae lib.3. cap.7. ex vetustarum Italicarum urbium albo eam expungit, hoc argumento; quoniam soli Paulo memoratur, qui suum hausit errorem ex Floro lib.1. cap.16. de Samnitibus a Romanis ita domitis, ac subactis, ipsorumque urbibus dirutis perhibente, *ut Samnium* (Flori sunt verba) *in ipso Samnio requireretur*. Ad quae ait Cluverius: *En hic de regione loquitur, ille autem oppidum intellexit*. Pace tamen dixerim viri in re antiqua sane oculatissimi, Paulus suae sententiae fundum haud habuit Florum, qui non armorum vi, ut ille, Samnii regionem, & urbes, sed *antiquitate consumptam Samnium urbem* pronunciavit: quod perinde fuit, ac dicere, ad sua prope tempora eam perveniisse, nulla hostili clade deletam; idque cum praefato Chronico S. Vincentii convenientissime congruit, in quo excitatum traditur memoratum Monasterium initio ejus seculi, quo desinente Paulum vixisse constat. Sed ista obiter pro Paulo sint dicta, quem alias non semel taxavi: nec modo in re praesenti inreprehensum dimittam. Siquidem ipse dicto lib.2. cap.11. sive 20. cum decem & octo priscas Italiae Provincias describeret, ac Samnium inter eas decimumquartum locum obtinere tra-

de-

(a) Hinc Aimoino l.4. c 40. integer Ducatus dictus *Provincia Samnia* ubi de Rege Carolomanno, qui *ad Monasterium S. Benedicti in Samnia Provincia juxta Cassinum Castrum constitutum, Deo serviturus, venit.*

deret, his verbis : *Quartadecima* (Provincia) *Samnium intra Campaniam, & mare Adriaticum, Apuliamque a Piscaria incipiens habetur*, ſtatim ſubdidit : *In hac ſunt urbes Theatbe, Aufidena, Hiſernia, & antiquitate conſumta Samnium, a qua tota Provincia nominatur; & ipſa* (editio Frobeniana, *& eſt*) *harum* (a) *Provinciarum caput ditiſſima Beneventus*. Quibus verbis primatum ſuper plures Provincias ex Langobardorum inſtitutione urbi cum adſcribat Beneventanae, ut pridem eſt expoſitum; id de iis Provinciis ab eo ante enarratis capi certe haud valet; ſed de praefatis tantum urbibus Samnio aſſignatis: nomen enim Provinciae, ut poſt dicam, tributum quandoque etiam ſingulis fuit urbibus, agrum paulo ampliorem, atque oppida pluriuſcula ſub ſe habentibus: quod plane a vera Beneventani Ducatus amplitudine admodum abit; quandoquidem ex ſuperioribus Diſſertationibus liquidiſſime patet, Beneventanos Duces ne dum antiquo Samnio, ejuſque urbibus, ſed Apuliae, Lucaniae, maximaeque parti primitivae Calabriae, Brutiorumque, & Campaniae imperaſſe; quod vel unius Erchemperti teſtimonio num. 15. ubi de Siconolfo Radelchiſum bello premente, valuiſſem probare. Ni forte quis dicat, quod pleriſque recentioribus placuiſſe video, Beneventanum Ducatum ſolam Provinciam Samnii complexum eſſe, eundemque idcirco ab Oſtienſi, & ab Erchemperto locis pridem relatis appellari : *Provinciam Beneventi*; & abſolute *Beneventum*; quem Ignotus Auctor Fragmenti Hiſtoriae Langobardorum, ut obſervabam, *Samnium* nuncuparit; eademque de cauſa Beneventanos Dynaſtas *Samnitium Duces* paſſim dictos; quas quidem minime rejicerem expoſitiones, ni de priori ſententia pleniſſime jam conſtaret.

Non ſolis itaque Provinciis, ſeu dicas urbibus Samnii,

(a) At ſi Paulus to *harum* non ad antedictas, ſed ad Provincias retulit Beneventanam Urbem eingentes, non ego ei, ſed nec mihi, qui aliter ſentient, erunt moleſti.

Digitized by Google

nii, ut Paulus ſtatuiſſe videtur, Beneventana urbs, ſuorum Langobardorum cum vigeret imperium, praefuit; ſed longe ampliorem multa aetate obtinuit ditionem; ſeque latiſſimis illis Provinciis leges diutiſſime dediſſe, eſt laetata. Quae, ut ad rem noſtram redeam, ad tres omnino, juxta laudatos jam Auctores, Apuliam nimirum, Calabriam, & Samnium, promotis ipſarum antiquis finibus, redactae videbantur. Verumtamen ſecus dicendum eſſe, alia Langobardorum ſuadent monumenta, pluſculaſque Provincias ab eis inſtitutas dictant: totidem ſcilicet, quot in univerſa ditione praeclariores habebantur urbes, ſub quibus minores in Provinciae formam cenſebantur. Et ſane eas, quas rectius, & magis latine dixeris Praefecturas, Paulus denotabat lib. 5. cap. 7. ſive 16. de Langobardorum ſcribens Rege Grimoaldo, qui *ereptis Beneventanis, & eorum Provinciis a Graecis* (ab Imp. nimirum Conſtantio, a quo omnes captas dixerat Langobardorum Civitates Tarento Beneventum uſque ſitas: de aliis vero Provinciis minime ibi loquutus) *apud Ticinum ad Palatium ſuum repedavit*. Nec ab alia mente id verbi eidem eſt l. 6. c. 8. ſive 24. *Subſequutus eſt*, inquit, *eos Rector illius Provinciae* (vim hujus vocabuli qui non percepit, fruſtra lectionem vexavit, ac ſubſtituit in altera editione: *Rector illius loci*.) *quem Schuldais lingua propria dicunt*. Gregorio etiam M. Dial. lib. 4. cap. 22. eadem acceptione eſt *Provincia Sorana*; ſuntque Anaſtaſio Biblioth. in Zacharia pag. 109. *Provinciae Romanorum*; & Gaufredo Malaterrae lib. 2. cap. 37. & lib. 4. cap. 16. *Povincia Cuſentii*: hoc eſt *Coſentiae* lib. 3. cap. 34. *Provincia Tarentina* lib. 4. cap. 4. item *Tarentina*, & *Hydruntina*. In Actis quoque S. Caſtrenſis Epiſcopi, evulgatis in ſuo Sanctuario Cap. a noſtro Michaele Monacho, conſimili ratione ſunt interpretanda verba illa: *Ut catervatim ab unaquaque Provincia Sanctos Dei vinctos adduci praeciperet*. Quippe poſtea ibi legatur, eoſdem Sanctos *ab uno Solo translatos* Divinam exoraſſe Majeſtatem, *ut infra unius patriae terminos eorum cor-*

pora ſepelirentur (a). Et in libris tandem Feudalibus, libro praeſertim 2. tit.27. id verbi pluries idem denotat; quibus addendus eſt Auctoribus Oſtienſis lib. 1. cap.31. de Caſſinenſibus Monachis loquens, *qui ordinabantur, & deſcribebantur, atque deſtinabantur in Obedientias per ſingulas, prout opportunum erat, Provincias*: & lib.2. cap. 33. ubi meminit *Provinciae Marſorum*; quam alibi tum regionem, tum appellat Pagum: *Confirmans*, inquit lib. 1. cap. 36. *omnia, quae in Pago Marſorum poſſediſſe antiquitus videbatur*. Eſt enim Pagus Tranſalpinis Gallis, quibus ab Caroli Mag. aetate Marſorum ceſſit Comitatus, Spoletano Ducatui ſubjectus, idem quod nobis, *Regio*, ſive *Provincia*: ut omiſſis antiquioribus in re noſtra Scriptorum exemplis, Caeſaris nimirum lib.1. de Bello Gall. Plinii lib.12. cap.14. aliorumque ab uno diſcere ſat erit praefati Caroli M. teſtamento; in quo Tranſmontana ejus Regna per Pagos diſtributa recenſentur; pluresque Civitates ad ſingulos Pagos ſpectare dicuntur. Indeque Scaliger non incongrue ad Auſonium lib.1. cap.13. a *Pago* dictum vult Gallis: *Pays, qui g-ante vocalem non pronunciant*; & ab iis certe nobis venit, *Paeſe*. Et Beneventanorum quidem Provincias Paulo Diacono verbis ſupra allegatis memoratas, atque Principi Radelchiſo in ſuo Capitulari, & Erchemperto locis pridem productis deſcriptas hujuſcemodi omnino fuiſſe rationis, non ambigo; quamvis, ut hoc non taceam, eas communiſſime dictas putem genuino, barbaroque Langobardorum ſermone *Gaſtaldatus*, & *Gaſtaldata*; namque praefatus Radelchiſus per jam dictum Capitulare cum Salerni Principe Siconolfo de Beneventani Principatus diviſione incunda contrahens, pacem ſe ei concedere promiſit *de integra parte praedicti Principatus per ſingula-*

(a) *Unius patriae* dicit, hoc eſt *Provinciae*, primitivo modo acceptae, ut Ignoto Caſſ. N.3. *Beneventi Patria* Paulo Diac. lib.5. cap.2. *ad Francorum Patriam*; ubi alia editio, *ad regionem*. Gaufredo Malat.l.1.c.11. *omnem Patriam armis domantes*. Et Ducatus olim ForoJulienſis vulgo nunc. *La Patria del Frieli*.

Digitized by Google

gularia, *& integra Gaſtaldata*, *ſeu miniſteria*; quae deinde in haec verba deſcripſit num.9. *In parte veſtra*, inquit, *quorum ſupra Siconolfo Principi*, *& qui praedicti eſtis*, *ſint iſta Gaſtaldata*, *& loca integra cum omnibus habitatoribus ſuis*. Et infra: *Et ſi in iſtis Gaſtaldatibus & locis ſubſcriptis ſunt aliqua Caſtella*, *ubi veſtri homines habitant*, *ego vos ibi mittam ſine irrationabili dilatione*. Hiſque ſtatim ſubjecit nomina Gaſtaldatuum, & locorum, quae in duplici poſuit differentia, nam Gaſtaldatus non fuere pleraque recenſita ibi loca; ſed tamen ea adnotavit ex cauſa poſtea aperienda: *Tarantum*, inquit, *Latinianum*, *Caſſanum*, *Cuſentia*, *Lainus*, *Lucania*, *Conſia*, *Montella*, *Rota*, *Salernum*, *Sarnum*, *Cimiterium*, *Furculum*, *Capua*, *Teanus*, *Sora*, *& medius Gaſtaldatus Acerentinus*, *qua parte conjunctus eſt cum Latiniano*, *& Conſia*. Et tandem num.24. definite *Gaſtaldatum Montellam cum omnibus Caſtellis ejus* ſpondet ſe ei daturum.

Quibus locis quid nam per illos Gaſtaldatus, praeclararum ſane urbium nominibus demonſtratos, Caſtella ſub ſe hominibus habitata habentes; perque Acherontini Gaſtaldatus medietatem dividendam, ut Gromaticae artis periti loquuntur, *limite decumano*, hoc eſt ab orientali ad occidentalem plagam ducto: Acherontia enim occidentem ſolem per Comſiam, orientem vero per oppidum adſpicit Latinianum, Oſtienſis lib.1. cap.14. & inedito Anonymo Salernitano memoratum, nunc *Altojanni*, intermortui prope loci nomen: quid, inquam, per tales Gaſtaldatus denotari cenſendum eſt, niſi plurium oppidorum quaſdam dixeris collectiones, & ſocietates, ſingulis praeſignioribus illis urbibus contributas, atque adſcriptas, Satrapias quaſdam, ac Provincias expoſitae ſuperius rationis conſtituentes, ex quibus Siconolfo conceſſus Principatus conſtabat Salernitanus? Sane haud aliud valet apud Petrum Diac. in Auct. ad Oſtienſem lib.4. cap.22. *Gaſtaldatus Teramnenſis*: cujus primaria urbs Teramus, olim dicta *Interamnia*, cum promiſcue

Digitized by Google

etiam appellaretur *Aprutium*, quoniam Praegutiorum fuerat Metropolis, Gaſtaldatui nomen dedit; unde tandem Aprutii Provincia duplex inſtituta eſt, quia priſcos fines in conterminam regionem ea eſt denominatio ſupergreſſa (*a*). Nec Oſtienſis, cui lib.2. c.26. non *Gaſtaldatus*, ſed *Comitatus* dicitur *Aprutinus*, his adverſatur; quandoquidem nec ipſe ſibi idem pugnat Auctor, laudato pridem loco appellans *Marſorum Pagum*, quem lib.2. cap.6. dicit *Comitatum*: nam praeter laxiorem illam Provinciam Aprutinam, ſeu Gaſtaldatum, fuit ſuus eidem urbi, ſicuti cuivis aliae, ager ſuburbanus peculiaris, olim dictus *Comitatus*, nunc autem deturpato vocabulo, *il Contado*; ut apud praefatum Petrum lib. 3. cap.30. *Comitatus Lucenſis*, *Lunenſis*, *Pinſenſis*, *Piſtorienſis*, *Florentinenſis*, *Volaterrenſis*, *Populonienſis*, & *Roſſellenſis*; quamvis etiam fuere olim Comitatus haud anguſtiores ditiones, quam Gaſtaldatus: nimirum cum nondum Comites ex Gaſtaldatibus in Dynaſtiolas, tanquam ex proſciſſis campis in minutos ſulcos ad ſubjectorum populorum decus ſimul, & perniciem, in maximam ſegetem ſuccreviſſent; poſt quae tempora non unus, nec conſtans in his ſervatus eſt modus: ſed ad ſupremi alicujus Dynaſtae, ſortiſve etiam cujuſdam arbitrium, inſtitutis tum majoribus, tum minoribus novis Comitatibus, vetuſtiſque corruptis, quorum ſunt obvia exempla, remque non juvant noſtram, unus quandoque eſt pluribus, disjunctiſque loco urbibus praepoſitus, ac datus Comes; cujus univerſa ditio abuſive, & populari ſermone unius Comitatus nomine, quia erat Comitis unius, conſuevit demonſtrari. Qua uſus videtur uſurpatione Falco Beneventanus recentem prae his, quae nunc tractamus, rem in anno actam 1123. enarrans: *Qui vero*, inquit, *Comes Jordanus Monteſuſcum properavit, & bis actis*,

(a) Inde Oſtienſi l.2. c.26. ſermo ille uſurpatus: *Res in toto Aprutio*: & Ugoni Falc. ſaepius: *Terra Aprutii*: ut *Terra Laboris*, &c. de quo ſuſe alibi.

Digitized by Google

actis, Civitatem Ariani, & totius sui Comitatus confinia ejus submisit potestati: & in anno 1127. *Comes*, inquit, *ille Jordanus Montefuscum ascendit, deinde totius sui Comitatus comprehendit Civitates, & oppida*. Qui quidem Jordanus tum Montefuscum, tum Morconium, tum praecipue Arianum, ac alia invicem, nimisque disjuncta obtinebat loca. Circumspectiorem itaque sermonem posse in Falcone desiderari suspicor: in Petro autem Diacono non ita. Quod hoc praeterea alio argumento persuadeor; nam potuerat Provincia Teramnensis acceptum ab Gastaldis, quos ibi Spoletii Duces Langobardi constituere consueverant, nomen serva re Gastaldatus, quamvis ab illis regi, obtinerique desuevisset; non dispari ratione ac nomen Comitatus Molisii etiamnum manet Provinciae, quae minime a proprio, peculiarique Comite, ut olim, obtinetur: Comitatus enim a Comite, & Gastaldatus a Gastaldo manavit plane denominatio; sicuti ex Regum Nortmannorum consuetudine Provinciae hujus Regni appellatae etiam aliquando fuere a *Justitiariis*, quibus regendae committebantur, *Justitiariatus*. At dicitur mihi latina inflexione Gastaldus, qui priscis Auctoribus consimili modo, estque pariter latine dictus: *Gastaldius*, *Gastaldio*, & *Gastaldeus*; & nonnunquam per *Castaldus*, &c. (recentiores nonnulli scribunt, vocabuli etymon sequentes, *Guastaldus*) nempe cum id nomen ore Langobardorum exiret in consonantem, efferreturque, *Gastald*, ut apud Ignotum Cassin. num. 6. & 28. & apud alios alibi, conversum aliis aliter in latinam fuit formam. Gastaldorum autem cognatae quamvis sit diligentiae nosse quae dignitas, quodve fuerit munus, non tamen utrum aeque facili exponi valet sermone; nam Gastaldos nulla ambiguitate minores, & sub Ducibus fuisse, ex ipsa plurium Gastaldatuum in uno Beneventano Ducatu patet distinctione; quin Comitibus eos fere pares fecisse videtur (1) Auctor Historiae Miscellae lib. 19. col-

(1) Vid. Dissertat. To. III. hujus operis De Primis Capuae Comitibus.

collatus cum S. Gregorio Mag. lib.7. Ind.1. epist.1. de pace loquens inita inter Imp. Constantinum Pogonatum, & cunctos Occidentis Dynastas: *Cum autem*, inquit; *haec didicissent hi, qui Hesperias partes inhabitant, tam videlicet Chajanus Avarus, & ulteriores Reges, quam Exarchi, & Castaldi, nec non & Principes nationum ad occidentem sitarum, per legatos muneribus Imperatori transmissis, pacificam erga se dilectionem popoſcere firmandam*: quas enim recenseri hic vides Exarchorum, Gastaldorumque nominibus dignitates, Regibus inferiores, eas apud Gregorium potestatibus Ducum, Comitumque respondere, sat est manifestum, cum ait: *Si ego in morte Langobardorum miscere me voluissem, hodie Langobardorum gens nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet; atque in summa confusione esset divisa*. At Gastaldorum, sicut etiam Comitum, quorum nec unum, nec simplex, ut dicebam, fuit munus, de iis sane diligentiori observatione erit differendum.

Singulorum autem Gastaldatuum curam, administrationemque penes singulos Gastaldos fuisse, ita certum est, quam quod certissimum; unde Erchemperto sermo est ille usurpatus num. 69. *Quando Atenulfus*, inquit, *Gastaldatus regendi jura adeptus est*, illeque Pando, qui *Barium regebat*, ut loquitur Ostiensis lib.1. cap. 24. dicitur, *Barensis Gastaldeus* Ignoto Cassin. num. 8. Quae potestas ipsis Gastaldis quia erat decori, saepe ob eam turbae vel inter propinquos per fas, perque nefas fuere excitatae; ac Pando, & Landolfus Episcopus, ut est apud eundem Erchempertum num. 28. *subdole pro cupiditate Gastaldatus* Capuae, *& Landonem*, nepotem eorum, *& caeteros fratres urbe repulerunt*: ejusmodique dira ambitio Campanos praecipue Langobardos Proceres vexavit, quod universa propemodum praefati Auctoris Historia declaratur. Namque Gastaldorum auctoritas haud sortis tantum illius fuit, qua in Legibus Langobardorum lib.1. tit.34. & lib.2. tit.17. aliisque in locis Gastaldi dicuntur circa *Regias casas, & curtes*, seu dicas villas,

Digitized by Google

villas, & praedia verſari: eccleſiaſticarumque rerum adminiſtratores ab Urbano II. nominantur cauſa 1. quaeſt. 3. Can. 8. Salvatores; unde Monaſteria Monialium ſuos etiam habuere Gaſtaldos, alio quandoque nomine, ut in Tabulario Monialium S. Blaſii urbis Averſanae, dictos *Vicecomites*; ſed Gaſtaldi ſunt quoque appellati, qui in ſingulis Civitatibus civilem publica auctoritate gerentes Magiſtratum, res curabant publicas, juriſque publici erant defenſores; quorum ſpecimen praefert antiqua chartula in Archivo Monaſterii S. Sophiae urbis Beneventanae mihi inſpecta, in anno exarata 41. *Imperii Baſilii, & cum eo regnante Conſtantino fratre ejus, menſe Februario* 11. *Indictione, Luceriae*, hoc eſt in anno Chriſti 1013. quae his verbis exorditur: *Caſtald Polcari, Joannes, Iduini, & Optabiano ordinati a Theodoro Imperiali Excubito Langobardiae, & ſumus reſidentes in iſta Civitate Luceriae ad ſeniorandum, judicandum, & regendum, tunc ad noſtrae poteſtatis Palatium cecidit una caſa*, &c. Ex qua inſuper ad Gaſtaldorum quoque munus aliquando acceſſiſſe cognoſcimus, ut ipſorum fuerit, judiciis praeſſe (a), quod in Cajetana quoque urbe obtinuiſſe (1), municipales ejus leges typis jam pridem editae manifeſtant; iiſque pro ejuſmodi publici muneris ſalario, vel dicas mercede certos ſtatutos fuiſſe publicos reditus, quod etiamnum aliquibus in locis obſervatur, ex ingenti illa in membranis exarata apographe Archiepiſcopalis Eccleſiae Campanae, ſive ut vocant Inventario, Archiepiſcopi Ingeranni Stellae cura in anno 1316. compilato, diſci poſſe judico; in quo deſcribitur *Curtis in Villa Volturni* (ipſum eſt Volturni Caſtrum ad

(a) Qui nunc tales, Graeco plerumque vocabulo dicuntur Σαίδικοι *Syndici*, quoniam communi cauſas patrocinantur.

(1) Errat hic Peregrinius, & a Gattula improbatur; nam *Cajetani Gaſtaldi* judiciis non praefuere, ſed Curiae Nuntii fuerunt, ſeu famuli. Vide to. 1. Diſſ. fol. 152. Vid. Chron. Caſſ. cum Nuce l. 1. C. 20. de Comitibus.

Digitized by Google

ad oſtia fluminis cognominis, quod adhuc extat) *conjuncta terrae ſervitii Gaſtaldiae*: hoc eſt terrae, ac fundo proxima, cujus fructus Gaſtaldis illius loci cedebant pro publico ſervitio. Quo etiam referam leges Feudales, quae ſanciunt, *auferri poſſe tranſacto anno, quod datur nomine Gaſtaldiae, vel Guardiae, & pro mercede alicujus rei*. Gaſtaldorum autem munus cum fuerit ſubjectis populis jura reddere, judiciiſque praeſſe; quod praeterea ex Pipini Regis conſtitutione aperitur legum Langob. lib.2. tit.52. l.19. quae ſancit, *ut de univerſali populo, qui ubicumque juſtitiam quaeſierint, ſuſcipiat tam a Comitibus ſuis, quam etiam a Gaſtaldiis*; non tamen id abſque unius, ſive plurium Juriſperitorum, ut alibi exponam, conſilio exercebant (1).

Ab his vero Gaſtaldis non diverſae admodum rationis fuerit Lando ille junior, quem Atenulfus ejus frater, ut eſt apud Erchempertum num. 62. *cum caeteris fratribus Gaſtaldum in his, quae ad eos pertinebant, inſtituerat*. Sicuti pridem poſt diviſam trifariam omnem Campanam ditionem inter cunctos ſeniores Landulfi nepotes, Capua urbe excepta, quae ſub ſorte non venerat, ſed communis iis omnibus remanſerat ſedes, eam Pandenolfus ſuperioris Atenulfi patruelis regendam, hoc eſt ſub Gaſtaldi quidem munere, accepiſſe videtur; quam non multo poſt ſibi adſeruit, erectis inde praefatis conſortibus; *nolenſque eos recipere intra urbem*, infandarum calamitatum fuit Auctor; ſed tandem eo ventum eſt, *ut pacifici, & ſine ulla moleſtia dicti viri intrarent* Capuam *ad commorandum*: quae omnia fuſius, ſtrictius implexo, ac lacinioſo ſtylo Erchempertus deſcripſit ab num. 40. ad 50. Nortmanni quoque duodecim illi armis ſtrenui, & potentes viri ex Averſana urbe delecti, qui caeterorum

(1) In Grimoaldi Principis Praecepto in Reg. Petri Diac. num. 181. legitur: *Et a nullo ex noſtris Judicibus ideſt Comitibus, Gaſtaldis, vel a quibuscumque gentibus habeatis aliquam requiſitionem &c.* Et in charta Waimariis Prine. Salern. in eod. Reg. n. 204. fol. 89 a t. *Et a nullo ex noſtris Judicibus ideſt Comitib. et Gaſtaldis etc.*

Digitized by Google

rum ductores Apuliam multo post ista Graecis ereptam subegerunt (eam enim Langobardis Graeci sensim antea subtraxerant) non absimili ab hoc Campanorum Procerum exemplo, ut Ostiensis perhibet lib. 2. cap. 67. *Guilielmo Tancredi filio Comitatus honorem tradentes* (hunc dixeris Langobardorum vocabulo *Gastaldum*) ac singuli singulas Apuliae pervasas urbes sibi adjudicantes, *Melfim primam illorum sedem*, idest ubi primum consederant, *communiter possidere decernunt*; & ut verbis dicam Guilielmi Apuli lib. 1.

„ *Pro numero Comitum bis sex statuere plateas,*
„ *Atque domus Comitum totidem fabricantur in urbe.*

Quae quidem non dum aliis observata Gastaldorum differentia, vera omnino esse probatur; nam praememoratus Atenolfus (verba sunt Erchemperti num. 65.) *Gastaldatum Capuanum singulariter suscipiens* (hoc est sibi soli usurpans, ejectis patruelibus, spretisque germanis fratribus) *continuo se Comitem appellari jussit*: quippe qui, eodem tradente Auctore num. 62. ab Athanasio Episcopo, & Duce Neapolis auxilium enixe petierat, *ut adjuvaretur singulariter fieri Comes in Capua*. Idque sonat apud Ostiensem lib. 1. cap. 8. eundem Atenulfum *ex Capuano Gastaldatu factum Comitem*: quod perplures diu fatigavit doctos viros. Praeiverat autem Atenolfum suo exemplo avus ejus Landolfus, quem ut ipse imitaretur, persuasus hujusmodi sermone apud Erchempertum num. 53. ab praefato Athanasio fuerat: *Cape*, inquit, *filios Landonis, & esto tu solus imperans Capuae, sicut progenitor tuus singulariter imperasse dignoscitur*. Hujus quippe Atenulfi progenitor, qui *Capuae praeerat Gastaldeus*, ut idem Auctor perhibet num. 15. *vetuste exercens inimicitiam cum quibusdam de genere Saductorum* (de genere videlicet viri communi sermone appellati *Saducti*, sicut *Adelgisi*, *Vuinegisi*, &c.) *animo, & gente par crudelibus viperis, interfici fecit ex primis eorum septem viros, unius eorum manibus abscissis*: post quae ipse Landul-

dulfus, pari modo ac fecerat jam dictus Atenulfus, videtur Comitis nomen ſuſcepiſſe; quo ab eodem Erchemperto, ejus notante obitum num.21. eſt appellatus: *Subtracto*, inquit, *ex hac luce Landulfo Capuano Comite, quatuor reliquit liberos*. Eaque hujus viri, & poſterorum ejus immanis dominandi libido ex ſaeculi plane manavit more; quando urbes haud ſub unius abſoluta degebant poteſtate, ſed quandam liberae communitatis ſpeciem praeſeferentes, agebantur potius, quam regebantur illa caeteroquin laudabili Politia. Nam Sergius quoque Dux Neapolis, qui ſub nomine majoris dignitatis: utpote non Duci, ſed Graeco ſubditus erat Imperatori, non admodum in hoc abſimilem ab Capuae Gaſtaldis ſua in urbe obtinebat imperium, ab ſocru ſua ſtimulatus perhibetur in Actis S. Athanaſii Epiſcopi praefatae urbis manu exaratis; *ut ſi vellet Monarchiam ſolus obtinere, non ſolum praedicto Epiſcopo* ſuo patruo *nullam exhiberet obedientiam, verum hunc a latere ſuo, vel procul eliminaret*: ſive, ut diſertius neſcio e quo alio antiquo Auctore, expreſſum habetur in latina Hiſtoria Neapolitana lib. 1. cap.12. *ut ſolus vir Principem locum in Civitate obtineret, alios non haberet in adminiſtranda Republica conſortes*.

At Gaſtaldos praeter civilem, obtinuiſſe aliquando poteſtatem etiam militarem, lex declarat Regis Rhotaris lib.1. tit.14. ſtatuens, quod *ſi Gaſtaldius exercitalem ſuum contra rationem moleſtaverit, Dux eum ſolatiet, quouſque veritatem ſuam inveniat*. Idemque ex Anaſtaſio Bibl. in Gregorio II. intelligi poſſe arbitror, perhibente, *Langobardos pene trecentos cum eorum Caſtaldione interfectos* a Neapolitano Duce in Cumani Caſtri recuperatione: milites nimirum illos, qui praeſidio eidem Caſtro ſub militari Tribuno fuerant, non ita pridem ab iiſdem pervaſo; quocirca conjuncta ſunt munera Erchemperto num.15. Gaſtaldum eſſe, & bella exercere; diciturque *Landulfi, qui Capuae praerat Gaſtaldeus, vir ad bella*

bella promptiſſimus: & num. 62. *Suabilus Gaſtaldus Marſorum cum aliis ſociis Baſſis* (a), *quaſi ad trecentos armatos*, *Capuam advectus* ab Atenolfo. Dux quoque Alczecus, qui ſua cum Bulgarorum gente, vel ut Paulus Diac. loquitur lib. 5. cap. 11. ſive 29. *cum exercitu* in Italiam venit, & ſpacioſa loca in Beneventana ditione ſibi, ſuiſque inhabitanda, Gaſtaldique ſuſcepit nomen: poteſtatem plane militarem ſub minoris dignitatis nomine retinuiſſe, credendus eſt; de quo ejus munere haud conſentiam Jacobo Cujacio, qui in Comment. ſuper libros Feudorum illam ſolam, quam initio dicebam, contemplatus Gaſtaldorum acceptionem, in legibus Langobardorum deſcriptam lib. 1. tit. 34. & lib. 2. tit. 17. & in libris quoque Feudorum, opinatus eſt, *Gaſtaldum proprie feudatarium non eſſe*; *quia quodammodo in praeſens tantum conſtituitur*, *non ut perpetuo eo munere fungatur*; itaque Paulum Diac. ſcribentem, *juſſu Grimoaldi Langobardorum Regis in Italia certas poſſeſſiones datas Alzeconi Duci Bulgarorum* (*Civitates* Paulus dixerat *cum ſuis territoriis*) *ita tamen*, *ut non Dux*, *ſed Gaſtaldus vocaretur*, *hoc ſignificare* ait, *jure Gaſtaldiae datas*, *non perpetuo*, *proprioque feudi jure*. Haud, inquam, viro ſane doctiſſimo conſentiam; nam minime ſimplex, & una dumtaxat, ſed multiplex, ac miſta, ut dictum eſt, fuit Gaſtaldorum praerogativa. Et inſuper nec Alczecus, ſicut Ducis dignitatem, & nomen depoſuerat, ita vel acceptas ad incolendum urbes, & oppida, vel ſuae gentis, tranſacto ſui Gaſtaldatus anno, dimiſiſſe videtur curam: cum Paulus aperte affirmet, Bulgaros ſuſceptas ſedes ad ſuam uſque aetatem incoluiſſe, qui *in iis locis habitantes*, *quamquam etiam latine loquerentur*, *linguae tamen propriae uſum minime amiſerunt*: nec amiſerunt,

(a) *Baſſi*, ſive *Vaſſi* idem prorſus hoc loco ſunt, ac in Capitulis, quae Epiſcopi Rhemorum dioecaeſeos, & Rothomagenſis miſerunt Ludovico Regi: *Quando* (ſic ibi) *anima veſtra de corpore exierit*; &c. *& ſine ſolatio*, *& comitatu Drudorum*, *atque Vaſſorum nuda*, *& deſolata exibit*.

ego addam, peculiarem habere ex propria gente Gastaldum. Renuit itaque, me arbitro, Rex Grimoaldus nomen Ducis permittere Alczeco, non quod perpetuum ei nollet dare Gastaldatum: sed quod ille sub Beneventano Duce constituendus, primitivam retinere non posset dignitatem; qui namque cum esset advena, temporaneam in locis perpetuo sibi, suisque inhabitandis accipere debuisset Dynastiam? Quam nec tempore definitam accepisse censendus est *Sico Agerentinus Gastaldeus* (Erchemperti sunt verba num. 8.) *quem Grimoalt Princeps Beneventi proselytum recepit, bonoribus plurimis deferens*. Haud igitur Actores tantummodo extitere Gastaldi, quorum munus qua pace, qua bello populis, militibusque praeesse fuit. Et sane nec Comites, quoniam eos Pontifex Hadrianus epist. 18. ad Carolum Magnum appellavit *Actores*: *Obnixe petimus*, inquit, *ut per Comites vestros, qui in Italia sunt Actores, ipsum jam dictum stannum dirigere jubeatis per unumquemque Comitem libras centum*: nullam aliam exercuisse functionem, reputandi sunt; nam publica etiam judicia tractavere, quod commune habuere cum Gastaldis, ut patet ex lege Langobardorum lib. 2. tit. 52. superius laudata; idque adeo fuit eis peculiare, ut putarit Otho Frisingensis lib. 2. cap. 12. de Imp. Friderico, singularum urbium territoria nuncupata *Comitatus a comminandi*, quod ipse interpretatur *in jus vocandi potestate*. Et praeterea peculiarissimum, idemque antiquissimum fuit Comitum munus, Comitivae, hoc est alicui hominum coetui, vel muneri cuicumque praesidere; unde quos supra dixi duodecim Nortmannos viros, Apuliae expugnatores, Ostiensis tradit l. 2. c. 67. ab Rainulfo Comite Aversae electos *Capitaneos*: Guilielmus vero Apulus lib. 1. dicit *Comites*; inquit enim:

„ *Omnes conveniunt, & bis sex nobiliores,*
„ *Quos genus, & gravitas morum decorabat, & aetas,*
„ *Elegere Duces: provectis ad Comitatum*
„ *His alii parent: Comitatus nomen honoris,*
„ *Quo donantur, erat* ——

Quo-

Digitized by Google

Quocirca eidem Oſtienſi propriiſſime eſt ſermo ille uſurpatus in allegato lib.2. cap.30. *Comes illorum Rodulfus*, cap.72. *una cum Dracone Nortmannorum Comite*, lib.3. cap.10. *Nortmannorum tantum Apuliae Comitem*: & praeterea tum ipſi, tum aliis alibi idem frequenter: Comitis videlicet dignitatem, & nomen non ad loci, ſed ad virorum quod referat Praefecturam.

Atque hoc tandem denotat, ſiquando in antiquis chartulis Nortmannorum aevo exaratis legitur quis appellatus alicujus Civitatis *Comes ſimul, & dominus*: quandoquidem ejus verbi vis non dominii, ſed Comitivae tantum denotabat praerogativam. Qualis an ea fuerit, quam Sergius Dux Neapolis praefato Rainulfo conceſſit, cum illum Averſae Comitem fecit, ut finitimos Campanos aſſiduo bello premeret, ac vexaret, velim cogitent, non qui innata quadam dulcedine amplificandarum rerum patriae detenti in antiquis hiſtoriis exponendis verſantur, & vere dixeris monumenta ſibi, ſuiſque condunt; ſed qui per haſce antiquitatum ſyrtes velificantes, ſoloque veri ſtudio, tanquam magnete fidiſſimo inſtructi, vel nulla, vel rara, & quamleviſſima naufragia facere poſſe creduntur. Et quidem creduntur: namque etſi abſtruſa iſta circumſpecte qui tractant, haud aperti mendacii argui facile queant, vel erroris: eos tamen nunquam omnino allucinari, ſentiet vir prudens nemo; tum quia minime id permittit communis conditio humanitatis: tum etiam quia Auctores, quos ad ea explicanda adhibere eſt opus, rudi ſimplicitate, ac ſumma verborum inopia laborantes, multiplices, inconſtanteſque plurium populorum per longa annorum intervalla peractos caſus, ſervatos ritus, & receptos mores non admodum aperte, nec ſine tricis, & ambagibus exponunt: qualem in re, de qua nunc agimus, praeter propriam noſtram imbecillitatem experti illorum ſumus imperitiam, & negligentiam; qui multimoda Comitum, Gaſtaldorumque munia, mutua quadam affinitate invicem conjuncta, ſaepiſſime uni conceſſa, vel uſurpata viro, vocabulum vocabulo

ſubſti-

Digitized by Google

ſubſtituentes, ac ſi nullius eſſet momenti illa diſtinguere, appellavere aliquando Gaſtaldos, quos Comitum nomine, ſive Auctores metipſi, ſive alii decorarunt: & e converſo, Comitibus nonnunquam Gaſtaldorum nomen tribuerunt. Quo quidem pacto non unicam dignitatem Pandenolfus Comes Capuae cum obtineret, tum hac, tum Gaſtaldi, tum Judicis nuncupatione non nemini antiquo Auctori eſt demonſtratus. Quam etiam omnimodam in univerſo Campano Gaſtaldatu poteſtatem uſurpaverat ejus deceſſor, & patruus Landulfus; qui, ut inquit Ignotus Caſſin. num. 32. *extitit ſuis civibus non ſolum Epiſcopus, ſed, & Comes, & Judex: non ſolum Praeſul, verum etiam Gaſtaldius: neque tantum Pontifex, quin & velut Miles ſuper cunctos praeerat*: ejuſmodique ſermone hic Auctor ſingula Landulfi officia, vel juxta ſuum captum, vel juxta Campani populi conſuetudinem ſingulis vocabulis expreſſit; illumque ut Militem, bella ſtruxiſſe; ut Comitem, & Judicem, lites ſubjectorum diremiſſe; ut vero Gaſtaldum, res caeteras publicas curaſſe, viſus eſt denotare. Et vero praecipuum Gaſtaldorum munus, ad quos redeo, hoc ipſum modo dictum fuiſſe, etymon vocabuli manifeſtat; quod ex Viti Amerpachii obſervatione in Notis ad Capitula Caroli Magni ductum eſt *a Guaſt* (a), *id eſt Hoſpitium veteri Germanica, & Gallica lingua* (Germanico plane, ſeu Theutiſco ſermone Langobardos uſos ex eorundem lege 15. tit. 14. lib. 1. atque ex inedito Anon. Salernitano conſtat) *& Halden, id eſt tenere: ſic enim in quibuſdam Germaniae locis adhuc verbum pronunciatur*; nam Hoſpitium, vel dicas Palatium haud communes, quas incolimus, aedes; ſed tum publici Magiſtratus, tum ſummi Dynaſtae denotat Praetorium, & uſurpationem publica quaeque jura: unde in Chartula

Ec-

(a) Hinc ſane *Vuaſt Aymonis*: nunc *il Vaſto*: *Vuaſt Algiſi*, *Vuaſt Girardi*, & alia conſimili nomine in Provincia Aprutii citerioris loca dicta fuere, quod valebat *Praetorium Aymonis* &c. nam Populi *in Judiciaria*, ut tunc loquebantur, diſtributi, iis Praetoriis invicem diſcernebatur, unde locis ejuſmodi acceſſit nomen.

Digitized by Google

Ecclesiae S. Sophiae superius producta *casam ad Palatium urbis Luceriae cecidisse* : & apud Ostiensem lib. 1. cap. 50. partem fluminis Volturni a Princ. Atenulfo concessam fuisse Monasterio Cassinensi, *quem admodum ad jus Palatii pertinuit*, & consimilia sexcenta alia apud Auctores loca, hoc idem significant, atque res illas, vel nuper factas, vel olim fuisse publici juris. Quam germaniſſimam hujus etymi ab Amerpachio non minus vere quam acute excogitati vim, si ipse rite percepisset, minime pronunciasset, *Gastaldum significare Oeconomum, id est Procuratorem domus, & rei familiaris*, cui subscripsere viri ingenio, & doctrina clarissimi, Cujacius, aliique feudistici juris primarii interpretes. Gastaldos itaque, sicut probandum susceperam, ambiguum non est, multimodae fuisse rationis, quorum nec omnes me exposuisse differentias, asserenti non negaverim, neganti non assenserim; etenim ad quam illorum acceptionem superiori sermone expositam ii sint referendi, ex quibus nomen Gastaldatus Provinciis Ducatus Beneventani fuit impositum latere me, non dissimulo: sicuti nec qua lege, & conditione ipsi Gastaldatus initio concederentur: quae utique, manente quamvis eorum nomine, non semper unimoda mansit; nec quot numero censerentur, audeo nunc definire. Qui hoc sane non ignorem, haud quaslibet urbes Gastaldis aliquando subjectas, consimili omnino institutione: atque usu Gastaldatuum nuncupatione fuisse insignitas; quandoquidem ipsum Gastaldi vocabulum inter analoga censeri debere, est jam manifestum.

Ducatum autem Beneventanum in plures Gastaldatus, tanquam in Provincias distributum, ut pridem exposui, ex Principis Radelchisi cum constet Capitulari; ex illo nihilominus certus eorum numerus minime quidem poterit deprehendi; nam Princeps ille non dimidios, nec dimidiatos integrae suae Dinastiae Gastaldatus, sed dimidiam eam cum concesserit Siconolfo Principi Salernitano, disci haud inde valet, totidem ne, an plures ipse

sibi

ſibi reſervaverit, vel pauciores. Quo referendum putaſſem, in jam dicta Siconolfi portione nonnulla etiam minorum oppidorum, locorumque nomina ſimul cum Gaſtaldatuum nominibus fuiſſe adnotata: videlicet quod ex primaeva inſtitutione ii Gaſtaldatus minime illa complecterentur loca; verumtamen rationabilius dicendum judico, ideo ſeorſim memorari, quoniam reliquam Radelchiſi partem proxime contingebant; habendaque erant velut expoſitiſſimi, firmiſſimique Salernitani Principatus fines. Gaſtaldatus tamen integri Ducatus Beneventani cenſendi ſunt, praeter paulo poſt deſcribendos, Tarentum (urbs nimirum ne dum antiqua origine, factiſque clariſſima, perque tempora Nortmannorum *Apuliae Civitas nobiliſſima*, ut eam dicit Petr. Diac. in Auct. ad Oſtienſ. l. 3. c. 43. ſed Langobardorum etiam aetate praeſignis: *ubi Adelberga relicta Principis Aricbis*, ipſeque plane Arichis, *Theſauros ſuos reconditos habuit*, (quod Carolo M. revelavit Papa Hadrianus epiſt. 46.) Caſſanum, Conſentia, Lainum, Lucania, ſive Paeſtum, Montella, Salernum, & Capua; disjunctiſſimarum ſcilicet urbium praeclara nomina, ſub quibus niſi perplura alia minora oppida ultro, citroque ſita comprehenſa ſimul fuiſſent: haud illa Radelchiſus Salernitanum certis limitibus definiens Principatum, praetermiſiſſet. Etenim, ut de reliquis nunc taceam, Capuae Gaſtaldatus uſque Soram ad Occidentem perveniſſe, ex Erchemperto num. 25. & ex Ignoto Caſſin. num. 23. clare liquet. Et Conſentiam quoque magni, & antiqui decoris urbem, ex adverſo latere ad oppidum S. Euphemiae, & Portum Fici, ubi ni fallor, Graecorum, Beneventanorumque antiqua confinia fuere, Eginhardo memorata, & nobis pridem in loco expoſita, fines ſuos Orientem verſus porrexiſſe conjector; quo Gaufridus Malat. lib. 3. cap. 2. Principatum Salernitanum ex antiquo productum ſubindicat, ſuntque ibidem etiamnum limites Provinciae Calabriae citerioris, cujus eadem urbs ſibi vendicat prima-

Digitized by Google

matum (a). Sed & Gaſtaldatus fuit Theathe, ſub qua Erchempertus num.5. plures ſtatuit tellures, & urbes; exque iis, labentibus annis, Marchia conſtitit Theatina. Et Bovianum praeterea ab Alczeco Bulgaro ſub Gaſtaldi nomine cum adjacentibus locis poſſeſſum, poſtque annos biſcentum a Guandelperto, cujus meminit Erchempertus num.29. in Gaſtaldatuum album referendum (tranſivit poſtmodum haec praerogativa ad proximum Molitium, unde Comitatus primum, & tandem Provincia Comitatus Moliſii dicta eſt) nomen inficiabitur. Itemque Teleſiam, atque Sanctam Agatham: eſt enim apud eundem Auctorem ibidem mentio Majelpoti Gaſtaldi Teleſini; & num.66. & 71. Marini Gaſtaldi Sanct Agathenſis, qui forte ſucceſſerat Hiſembardo, Bertharii Abb. Caſſin. ut perhibet Ignotus ejuſdem Monaſterii Monachus num.22. conſanguineo. His inſuper addendns eſt tum Gaſtaldatus Abellinenſis, aliquando ſubjectus Adelferio Gaſtaldo, quo titulo vir iſte decoratus legitur in Fragm. Hiſtoriae Langobard. num.5. tum Gaſtaldatus Agerentinus, ſive dicas Acherontinus, & Comſanus, in Capitulari Radelchiſi num.9. 24. & 25. expreſſe demonſtrati; tum quoque Gaſtaldatus Barenſis: quam ſane urbem ex hac diutius obſervata Langobardorum antiqua inſtitutione primatum totius Apuliae per tempora Nortmannorum obtinuiſſe, ejuſdemque caput extitiſſe, ſicut eam celebrat Petrus Diac. in Auctar. ad Oſtienſ. l.3. cap.44. & lib.4. cap.106. par eſt credere; cujus Gaſtaldus fuit Lando ille memoratus praefato Ignoto Caſſin. num.8. Et tandem Luceriam, & Sipontum non infimi nominis Civitates, & ſi quas alias tales Gaſtaldatus pariter exiſtimandas non abnuerim; quibus quidquid terrarum inter Barenſem & Theatinum continebatur,

(a) Rhegium uſque productum hunc limitem quod dicat Alfanus Archiepiſc. Salern. in Carmine ad Guidonem filium Princ. Guaimarii IV. non dum edito, ea ipſa aſpiciens priora tempora Nortmannorum Gaufredo indicata, hujus non eſt loci minutius examinare.

Digitized by Google

fuerit contributum. In hanc itaque, aut parum abſimilem formam Langobardos Beneventanum aliquando Ducatum deſcripſiſſe, dijudico; qui antiqua nomina Provinciarum Calabriae, Apuliae, & Samnii populari tantum ſermone, non ipſas Provincias uſu conſervarunt: haud ſecus atque Apuliae etiamnum vulgo manet antiquum vocabulum, quamvis nulla ex duodecim hujus Regni Provinciis eo cenſeatur.

FINIS.

DIS-

Digitized by Google

DISSERTATIONES

Quae erunt in Secunda Parte. (1)

I. Ducatus Beneventanus tranſibat ne ad haeredem.
II. Dux Beneventi cur poſtea dictus ſit Princeps.
III. Principatus Salerni fines: qui inſtitutus fuit ex diviſo Principatu Beneventano in an. DCCCLI.
IV. Principatus Capuae ab Langobardis quando inſtitutus.
V. Principatus Capuae fines, etiam per tempora Principum Nortmannorum.
VI. Langobardorum Italiae CisTyberinae occaſus.
VII. Italia CisTyberina ex quibus Dynaſtiis in Regnum coaluit.

IN TERTIA PARTE.

Erunt Canones Chronici infra deſcripti.

I. Ducum Beneventi intervalla annorum ab primo Duce Zottone ad primum Principem Arichim, & ad an. DCCLIIX. fuſius expoſita, quam fecerim Libro primo.
II. Canon Chronicus Principum Beneventi ab primo Principe Arichi ad Princ. Atenulfum I. Hoc eſt ab anno Chriſti DCCLVIII. ad an. DCCCC.
III. Canon Chronicus Principum Beneventi ab Atenulfo I. ad omnium poſtremum Principem Landulfum VI. Hoc eſt ab anno Chriſti DCCCC. ad annum MLXXVII.
IV. Canon Chronicus Principum Salerni ab ejuſdem Principatus origine, atque ab primo Principe Siconolfo ad poſtremum Principem Giſulfum II. Hoc eſt

(1) Iſthaec deperdita deflentur adhuc, & fruſtra expectamus.

Digitized by Google

ab an. DCCCXL. ad an. MLXXV.

V. Canon Chronicus Principum Capuae Langobardorum ab ejuſdem Principatus inſtitutione, & ab Princ. Pandulfo I. uſque ad ejus Principum Langobardorum ultimum Landulfum V. hoc eſt ad an. MLIIX.

VI. IN APPENDICE. Canon Chronicus Principum Capuae Nortmannorum ab omnium primo, Richardo Averſae olim Comite ad Princ. Henricum, filium Guilielmi I. Regis Siciliae. Hoc eſt ab an. MLVIII. ad annum MCLXXII. in quo Campanorum Principum conſtans defecit ſucceſſio, ſervato nihilominus deinceps in Actis publicis nomine Principatus Capuae ad obitum uſque Reginae Joannae II. hoc eſt ad ann. MCCCCXXXV.

MONITO

PLura profecto biſce Opuſculis, ac Diſſertationibus adjicere excogitaveram, Lector humaniſſime, ad uberiorem Langobardicae Hiſtoriae explanationem: ſicuti & ejuſdem Peregrinii noſtri opuſcula quaedam, quae jam pridem ipſemet publicae luci donaverat, aliaque inedita, necnon epiſtolas quamplures Cl. Viris ſcriptas, quas colligere datum fuit, ut in hujuſce operis Praeloquio promiſeram. At quoniam amici pro complemento inſtabant, neque amplius valetudinis, aetatisque meae ſoliciti, temporis aliquod ſpatium denegarunt, velis, remiſque demiſſis in portum laboris curaeque navigium immiſi, quo Langobardicae Hiſtoriae mercimonia ad Lectorum utilitatem, commodumque collecta conſequi facilius poſſent. Siquae autem inedita alia monumenta deinceps, ut ſpero, ſors mihi miniſtraverit, ea cum Peregrinii opuſculis, epiſtoliſque adnectam, ut ſupplementi Tomum alterum conficere poſſim (quod nec inſuetum omnino, nec malefactum ab aliis reputari manifeſtum eſt) illique fortaſſe, ſi Deus adjuvet, Diſſertationes

Digitized by Google

nes illas adjungam, quas Cl. ipſe Scriptor pollicitus erat, uti ex ſuperiori ejus tabula novimus. Earum attamen quaſdam, ni omnes, attingere conceſſum eſt in ſuperioribus, ac praeſenti Tomo aliquomodo pro occaſione decerptas, & diſtributas, vempe: Ducatus Benev. tranſiretne ad heredem: Beneventi Dux cur poſtea dictus ſit Princeps: Principatus Salerni fines qui fuerint: Principatus Capuae inſtitutio, ejuſque fines: Italia Cis-Tiberina quibus ex Dynaſtiis in Regnum coaluerit. *Fateor nihilominus haec non cuncta ad ſatietatem fuiſſe exarata; at ſi facile eſt inventis addere, ut vulgari utar adagio, iter aliis commonſtravi, quo meis biſce elucubratiunculis acceſſionem facere ad majorem rerum intelligentiam, quod expeto, atque vehementer exoro. Tu interim, amice Lector, clementer, quas tibi obtuli curas excipe, & D. O. M. ut valetudinem meam pro nominis ſui Gloria, tuique emolumento confirmare dignetur exora. Vale.*

FINIS.

Mul-

Digitized by Google

Multa quidem in superioribus Tomis errata ob Typographi, & Correctoris incuriam fateor irrepsisse: quorum aliqua jam in fine illorum invenies, amice Lector. Alia heic adjungenda existimavi, ut quae aut emendanda, addenda, vel minuenda sint, patienter ex se quisque faciendum curet; neque meae culpae adscribat, qui aliis censuram foliorum enixe commendaveram.

IN TOMO I.

Pag.XI. v.20. Camilius	Camillus
v.penult.not. memini	meminit
P.XXXII. v.15. Disne	Digne
v.35. Camiillo	Camillo
v.ult. Disne	Digne
P.LV.v.17. Exharcatus	exarchatus
P.LVII. To.III.	To.V.
p.3.v.ult.Tom.III.	To.V.
p.10.v.16. secundi	Secundi
p.12.v.15. qui qui	qui
p.18.v.1. cum	eum
p.30.v.25. cum postea	eum postea
p.36.v.17. videtur	videretur
p.44.v.32. aliique	deficit *post Pagium*
p.101.v.20. eronei	erronei
p.176.v.28. docipulis	decipulis
p.188.v.pen. legendnm	legendum
p.213.v.16. expletit	expletis
p.217.v.21. pussent	potuissent
p.224. in fin. Warderpertus	Wandelpertus
p.232.v.25. DCCCLIV.	DCCCXLIV.

ADDENDA.

P.XVI. v.22. Generali Abbate, & concive suo.

P.32.v.ult. post Hildericus addatur.

Hinc deducendum existimo, tam Spoleti, quam Beneventi Duces jure hereditario Patribus filios successisse, dummodo Regis Italiae adsensus praecessisset, atque ab eorum fidelitate neutiquam recessissent: quo casu Reges, ex suprema eorum facultate Ducatum sibi devolutum aliis pro propria libertate adsignabant, ut multis ab exemplis noscl utique poterimus.

P.226. post not. 75. addatur.

Eruditam hujus cryptae descriptionem, & philosophicam ejus

aquae

Digitized by Google

aquae Dissertationem edere pollicetur V. Cl. Ferdinandus Francionius Cajacensis Sacerdos, medicaeque facultatis diligens adsertor.

P.238. verbo *Carbonario* notavi: Fornacem fuisse, in qua carbones conficiebantur. Re nunc melius perspecta dico: locum fuisse, ubi stagnum luteum, putridumque inerat, in quod sordes omnes Civitatis exonerabantur, ut Falco Benev. testatur A. 1130. Vid. To. IV. p.303. Fornaces, in quibus carbones succendebantur *Carbonariae fodinae*, *foveae*, & *fornaces* vocabantur.

IN TOMO II.

Pag.61.v.8. fi	l. sic
p.70.v.ult. collatas	ob collatas
p.96.v.23. perficere	perficeret
p.99.v.pen. Acherentim	Acherentiam
p.169.v.33. meo	metro
p.173.v.18. discordia	discordiae
p.214.v.5. XCVIII.	CXVIII.
p.220.v.31. cap.116.	cap.124.
p.232.v.6. Guriferium	Guaiferium
p.236.v.pen. colega	Collega
& Cas.	Casin.
p.254.v.29. appallati	appellati
p.260.v.23. quantenus	quatenus
p.268.v.9. at	&
p.298.v.20. XMLXVII.	CMLXVII.
ibid. XMLXIX.	CMLXIX.
p.315.v.16. quiescit	requiescit
p.326.v.26. cum	tum
v.27. tnno	anno
p.364.v.29. MCLXXX.	MCLX.
v.31. Ricc. a Sang.	Rom. Saler.
p.376.v.ult. retegenda	obtegenda
p.377.v.24. germanum suum	germano suo
ibid.v.27. Belcastrum	Castilionem
p.382.v.26. ut quod	& quod
p.395.v.14. infirmet	infirmetne, vel obfirmet
v.19. Sedili	Sedilibus Neap.
v.29. Neapolitani	del. Sedil.
p.396.v.15. Barrius ipse e Frehero	e Barrio ipse Freherus
p.399.v.16. sui oculis	suis oculis.

ADDENDA.

Pag.116. Sub initio cap.49. habetur num.1. qui designat primam hujus Anon. Partem a Peregrinio illustratam, & sic deinceps numeralibus notis distinctas dabimus.

Digitized by Google

Pag.146. ver.penult. legitur *in Rota* XXXVIII. deficit nota hujus num. quae eſt: *Rota opp. in Comitatu S. Severini, ubi adhuc memoria in Eccl. S. Marci*, quae ad Rotam *vulgo nuncupatur*.

P.307.v.24. *pariter dictus Pandulfus*, def. nota (CIX) non Pandulfus, ut Peregrinius ait, ſed Paldulfus, ſive Paldolfus dicebatur, ut ex chartis, quas ipſemet retulit infra num.V. & ſeqq.

In pag.274. tollenda ſunt verba iſthaec bis repetita: *junctim eorundem quatuor Principum nomina praeferentes*.

IN TOMO III.

Pag.28.v.2. poſſit	poſſet
p.31.v.pen. primum	primus
p.42.v.33. Caſſin.	deficit aut Baſilian.
p.61.v.30. Duee	Duce
p.64.v.39. acris	aeris
ibid. v.27. conveſſit	conceſſit
p.65.v.26. obſecurus	obſcurus
p.90.v.26. Eccleſia	Eccleſiae
p.96.v.24. Arae	Arcae
p.135.v.28. nepos	nepotes
p.139.v.29. citraqne	citraque
p.143.v.21. qao	quo
p.144.v.9. XII.	XIII.
p.154.v.39. nepotibns	nepotibus
p.166.v.20. municipiorum	mancipiorum
p.167 v.11. Anguſtum	Auguſtum
p.176.v.26. illa, muri	illa muri
p.178.v.15. MDCXXIX.	MDCXXXIV.
p.190. notae ſignatae *e f*	ſint *d e*
p.202. Nota (a) lege diuconcello,	non cancello.
p.258.v.10. nunc etiam	ita nunc etiam
ibid.v.24. ſuum ſervant	ſuum adhuc ſervant
p.266.v.12. adipictam	adpictam
p.272.v.2. hujns	hujus
p.279.v.ult. poluſum	deluſum
p.284.v.32. pag.	Pag. loc.
p.337.v.ult. rerelinquo	relinquo

ADDENDA.

Pag.26.v.penult. Poſt *muratorii* add. *In Joann. Diac. Chronico*

Pag.99.v.15. *Aliqui arbitrati ſunt* leg. *mecum ſuſpicati ſunt*.

Pag.135.v.20. *Semper fuit habita* add. *ex eaque quamplures alii Comites effluxere, ut To.V. dicendum erit*. Prat.

Pag.270.v.23. *Ebuli Camerarii* add. *Unde fort. hujus nobilis Capuanae familiae deſumendum, ut alibi dicam* Prat.

IN

IN TOMO IV.

Pag.25.v.ult. Aienulfi	Atenulfi
p.159.v.22. cnim.	enim
p.193.v.37. raptotes	raptores
p.230.v.29. ac ciderant	acciderant
p.231.v.ult. ſellicet	ſcilicet
p.232.v.33. ſeripto	ſcripto
p.237.v.21. ſaeramento	ſacramento
p.267.v.34. Procres	Proceres
p.268.v.pen. rarione	ratione
p.337.v.35. viderimus	videbimus
p.416.v.28. hujus	de hujus
p.418.v.36. 964.	974
p.434.v.32. aliam. Urbem	aliam urbem
p.452.v.6. Literarae	Literariae

IN TOMO V.

Pag.5.v.19. eruvendam	eruendam
p.13.v.38. ſun	ſuo
p.14.v.5. 29.	30.
p.21.v.18. XIII.	VIII.
p.40.v.pen. Radoaidus	Radoaldus
p.56.v.21. Chronaco	Chronico
p.61.v.11. Marczeno	Marczano
p.69.v.1. 113.	1113.
v.25. Par.	Parad.
p.73.v.28. Jordanuc	Jordanus
p.96.v.ult. 1605.	1706.
p.103.v.15. deficit	nota (1)
p.117.v.30. 55.	SS.
p.128.v.31. 777.	787.
p.129 v.37. indubii	indubie
p.148.v.15. def.	nota (1)
p.159.v.16. 97.	997.
p.169.v.6. fortitus	ſortitus
p.175.v.15. recuſſaſſet	recuſaſſet
p.217.v.11. urbibut	urbibus
p.222.v.12. tnne	tune

ADDENDA.

Pag.17. in fine: Sico defunctus eſt A. 832. menſ. Febr. aetatis ſuae A. LIX. quum regnaſſet A. XV. m.circ.II. ut ſup. To.III. p.102.& 311.

Pag.160. in fine. Add. Hac ſuper contentione conſulenda ſunt quae ſub SS. Benedicto Pp. XIII. Viri Cl. deſcripſere: *De exiſtentia corporis S. Bartholom. Apoſt.*

Si quae alia benevolus Lector errata offenderit, caute ſuppleat precor, quae incaute praetermiſſa.

Digitized by Google

INDEX
TOMI V.

A

A Bellinum Civ. 266. 313.
Acerentia 260. 265.
Acropolis Castrum 248. *seq.* 256. 258.
Adelaus Ben. Dux 46.
Adelchis Ben. Dux 227.
Ejus fil. 27.
Adelpertus Abb. 147. *Capuae Episc.* 152.
Adenulfus Cajet. Dux 176.
Adimarius Sal Pr. 8.
Aefernia 264. 266.
S. Agatha urbs 313.
Agerentinus Comitatus 313.
Ajo Dux Ben. a Sclavis occisus 33.
Ajo Princ. Ben. 141.
Aligernus Abb. Cass. 152.
Amanteum Castrum 253.
Amalfis aliaeq. Urbes Neap. Ducatus 239. 241. 247. 292.
Analecta, id. Collectaneorum liber 104.
Angelarius Abb. 141.
Antarta quid? 237.
Antiniana Fam. 98.
S. Antoninus Surrent. an Cassin. Mon. 240.
Apollinaris Abb. 132.
Aquinum 190. 243.
Ardericus Episc. 152.
Arechis I. Len. Dux 5. 33.
mors 128.
Arechis II. Ben. I. Princ. & quare 6. 7. 33. 231.
Athanasius Ep. & Dux Neap. 305.
Atripalda opp. 266.
Atenulfus I. Capuae, & Ben. Princ. 34. *quot ex illo Comites, & ill. familiae prodiere* 88. *seqq.*
Atto Diac. 248.
Atenulfa famil. 98.
Atenulfus Abb. Cass. antea obses Othonis Imp. 162.
Augustus Italiae descriptio 199.
Autchar Cap. Episc. 243.
Autharis Rex Ital. 200. *seqq.* 213.
Authpertus Abb. 135.

B

B Aldoinus Abb. 148.
Barium 269. *ejus Gastaldatus* 313.
S. Barbati Ep. Ben. aetas 253.
S. Bartolomaei Ap. Translatio 136. 160. *seq.*

Bas-

Digitized by Google

Baſſacius Abb. 135.294.
Baſilius Abb. 167.
Baſentum fl. 265.
Beneventum obſeſſum ab Imp. Conſt. 43.
Beneventani Antiſtites, ejuſque Ducatus e genere Princ. Lang. 101.
Benev. Duces quare Principes appellati 290.
Bertharius Abb. 137.313.
Biſinianum 263.
Bojanum 264. *& Bovianum* 313.
Brunduſium 259.261.268. *ſeq.*
Bruno Abb. Caſ. 183.
Brutii ſive Britii 256. *ſeq.*

C

Cajanella famil. 97.
Cajeta 230. *ſeq.* 266.
Caemeterium ſeu Nola 266.
Campania Rom. 44.
Campani Proceres titulo Capuani dicti 94. *ſeqq. unde Capuana famil.* 97.
Calor fl. 255. *Calabria an Themati Sicil. aliquando ſubjecta* 293.
Carolus M. Benev. venit 28. *cum Arichi paciſcitur* 127.
Capuani Praeſules, ejuſque Principatus ut plurimi e ſanguine Princ. Lang. 101.
Calatia Urbs 266. *Cales ibi.*
Capua prima poſt Neap. vocata in Comitiis generalib. Regni 193. *ejus elogia* 196. *ſeq.*
Capua ejuſque Gaſtald. 266. *ejus Gaſtaldatus uſque Soram* 312.
Carlomanni mors 123.
Capitanei XXV. militib. praeerant 221.
Caſſanum 249.259. *ſeq.*
S. Catellus Ep. Stabienſis 239.
Caudium, male Furculum appellatum 243.
Citello Fam. 98.
Clanius fl. al. Patria 232.
Cleph Langob. Rex 217.
Cognomina gentilitia quo modo, & tempore orta 93.
Comitatus Aeſern. fines 261.
Comites cum Caſtaldis confuſi 310.
Comites ad Ducatum tranſibant 220.
Capitanei a Nortmannis appellati 308.
Comes, & Dominus quando 309.
Comſia ejuſque Caſtald. 264. *ſeq.*
Conca Caſt. 94.
Concilium Florent. 174.
Conradus Imp. Capuam venit 168.
Conſtanſ. Imp. 258.

Digitized by Google

Constantius Imp. 244.
Crotoniensis Civ. 254.260.
Cumae urbs 232. *seq.* 242.
Cumanum Castrum 306.
Cusentia 249. *seq.* 259.

D

DEsiderius Abb. Cass. 172. *seq. inde PP. Victor III.* 173.
Deusdedit Abb. 134.
Divisio Principat. Ben. & Sal. 7.16.33.
Docibilis Abb. 162.
Ducatus Benev. Spoletanum praecessit 216.
Ducatus Neap. Cajet. Amalfit., & Surrent. 223.
Ducatus Benev. institutio 35. *seqq.* 200. *seq.*
Ducatus Forojul. Benev. & Spolet. quare instituti ab aliis diversi ibid.
Duces unde dicti 212. *seq.* 218.
Duces XXX. *Regno Italiae praesunt* 217.219.
Duces plurib. Comitib. praeerant 221. *An primum cuique Urbi Dux?* 222.

E

EPiscopium S. Stephani Cap. 167.
Exarchus Ravennae 235.

F

FOrinum opp. 255. *seq.*
Franco Fam. 98.
Fractarum Castrum 181.
Fridericus Abb. 172. *postea Pontifex Stepb. X. ibid.*
Fucinus Lacus 264.
Furculum opp. 266.

G

GAideris Ben. Pr. 268.
Gargani montis specus 253.270.
Gastaldi qui fuerint, & quae Gastaldata 299. *seqq.* 303. *An a Comitibus diversi* 305.
Gastaldi militares 306. *An perpetui?* 308.
Girardus Abb. 183.
Gisulfus Abb. Cass. 136.
Gisulfus I. Ben. Dux 43. *seq.* 228.
Gisulfus II. 48.
Gisulfus ult. Sal. Pr. 13.
Godescalcus Ben. Dux 47.
Gregorius Ben. Dux 47.
Gregor. Capuae Presb. 237.
Gratianus Abb. 124.
Grimoaldus I. 6.16.17.41. *Italiae Rex* 42.243.
Grimoaldus II. Ben. Pr. 16. 17.43.
Guaimarius Sal. Princ. 173.
Guibaldus Abb. 188. *seq.*

Gui-

Digitized by Google

Guimeltruda Ademarii Pr. uxor 8.

H

HEnricus II. Imp. Romae coronatus 163.
Henricus IV. & V. Imp. 182.
Hermeris Abb. 124.
Hildebrandus Spoleti Dux 128.
Hildericus Abb. 134.
Horrea ubi sita 228.
Hungarorum irruptio 148.
Hydruntum Urbs 247. 268. *seq.*

I

JOannes I. Abb. Cass. 145.
Joannes II. Abb. 158.
Jo: III. 159. *IV. sive Rotundulus* 162.
Joannes de Lamberto Sal. Pr. cum Manſone 10. 11. *ejus fil. Joannes maledictus, & quare* 12.
Joannes XIII. PP. Capuam Metrop. constituit 153. *seq.*
Joannes primus Cap. Archiep. 154.
Jordanus Pr. Cap. 176.
Italiae divisio 266.
Judex Campaniae 236.

L

LAinum opp. 249. 252.
Laidulfus Comes Teanenſis 169.
Landulfus Ben. Salernum occupat 9. *e Laurini Comitatu ejicitur.*
Landolfus I. Pr. 23.
Langobardia quaenam improprie dicta? 224. 292.
Latinianum opp. 259. 265.
Leo Abb. Cass. 144.
Leo Abb. S. Vincentii 152.
Leo IX. PP. 174.
Liutprandus Ben. Dux 49.
Lotharius III. Imp. Casinum adit 189
Luceria Civ. 261. 314.
Ludovicus I. Imp. 131.
Ludovici II. Imp. epistola 238.

M

MAgistri militum Neap. 234.
Majelpotus Abb. 151.
Manſo Sal. Pr. 10. 11.
Manſo Abb. Cas. 157.
Marsorum Com. 263 *seq.* 266.
Marsicum opp. 265.
S. Matthaei Apost. Translatio 153.
Matera Urbs 265.
Melfis Urbs 305.

Me-

Digitized by Google

Melus Dux Apuliae 163.
Miturnae opp., & flumen 232.
Miseni Castrum 233. & Comites 241.244. seq. 256.
Mitola Cap. Comes 255.
Molisii Comitatus unde dictus? 313.
Monast. S. Vincentii in Volt. extructio 129. eversio 140.
Monast. S. Bened. Cap. 52. seqq. 146.174.
Mon. Cass. quando fundatum 114. seq. & qui ejus Abbates 116. quando destructum, & renovatum 119. seqq. 227. iterum a Saracenis devastatum 137. restauratum 141. seq. 144. 153. dedicatum 177.
Monast. Teanense incensum 143. Tremitense 173.
Mon. Cavense 173.
Mons Pilusium opp. 265. seq. & Caveosus ibi.
Moctula Urbs 265.

N

Narcissus medicus 246.
Neapolitani quibusnam tributarii 234. ejus Duces 236. an Cryptam Garganicam expoliarint 254.
Neap. Regni Provinciae 267. seq.
Nicolaus Ab. Cass. 186.
Nortmanni Sal. oppugnant 163.
Nuceria Urbs 266.

O

Oderisius I. Abb. Cas. 179. II. 184.
Odilo Abb. Cluniac. 165.
Optatus Abb. 123.
Oria Civ. 268.
Ortona Civ. 261.
Otho Imp. Pandulfo Capitefer. Principatum Cap. confirmat 104. mors 156.
Otho II. infeliciter cum Sarac. pugnat 156.
Otto Ab. Cas. 182.

P

Paestum, seu Lucania 249.
Paldulfus Sal. Pr. 8. 9. a Gisulfo adoptatus, & quare 10.
Paldosus Pr. Ben. 23.24. seq.
Pandenulfus Cap. Com. 231.
Pandulfus IV. Cap. Pr. 165. 170. Pand. V. 174.
Pandulfus Cap. Archiep. 164.
Pandulfus Com. de Sexto 185.
Panormum captum 133.
Patritius Siciliae 231.
Pauli Diac. Laus 200.

Pe-

Digitized by Google

Petronax Abb. quot annis sederit 122.228.
Petrus Abb. Cass. 171.
Posidium Promont. 262.
Potentia Urbs 265.
Poto Abb. 126.
Praesentiana fam. 97.
Priscus an Sal. Pr. 8.

R

Radelchis Ben. Dux 22. 23.
Radelchis 11.141.
Radelgarius Ben. Dux 22.
Ragembrandus Abb. 142.
Rainaldus Ridellus 181.
Rain. Calamentan. 187. *seq.*
Tuscus Abb. depositus 188.
Ravenna ab Aistulfo capta 123.
Regnum Neap. ex quibus Dynastiis conflaverit 289. *seqq.*
Rhegium Civ. 249.253. *an illuc producti fines Princ. Salern.* 313.
Richardus Com. Aversae Pr. Cap. 176.
Richardus II. Pr. 182.
Riceberius Abb. Cass. 168.
Ridella Fam. 98.
Robertus Viscardus Sal. Principatum occupat 14.
Rodoaldus Ben. Dux an Surrentum obsederit? 41.
Roma obsessa ab Aistulfo 123. *a Langobardis arctata* 225.
Romualdus Ben. Dux 43.
Romuald. II. 25.259.
Rosella Fam. 98.
Rossanum 263.
S. Rufinus Cap. Ep. 45.

S

Saducti familia 305.
Salernum 247. *ejus Principatus confinia* 261. *seqq.* 269. 312.
Samnia ubi 294. *seq.*
Saracenorum irruptio 136. *ad Garilianum caesi* 146. 248.
Sarnum 266.
Sclavi in Apuliam descendunt 253. *seq.* 270.
Senioretus Abb. 186.
Sergius Neap. Dux 306.
Sexto Fam. 98.
Sicardus Ben. Pr. 18. *mors* 136.
Sico Ben. Dux 17.
Sico Sal. Princ. 7.
Siconulfus primus Sal. Pr. 18.136.251.
Sipontum 259. *seq.* 269. 314.
Sora in fin. Duc. Benev. 226. 229.
Stolium quid? 248.

Ta-

Digitized by Google

T

Tarentum Urbs 259. *seq.* 264. *seq.*
Terracina finis Campaniae 230.
Teleſia Civ. 313.
Teramus Urbs 250.
Termulenſis Civ. 262.
Terra Laboris 244.
Theate Civ. 313.
Theatina Marchia 262. *seq.* 266. 313.
Theobaldus Abb. Caſſ. a Sergio Duce Neap. exceptus 165.
Theodemar Abb. 126.
Tenichis Abb. 125.
Traſimundus Com. Teatinus 173.
Tricaricum Civ. 265.
Tropea Civ. 262. *seq.*

V

Valva Urbs 264.
Venafrum. 266.
Venuſia 264.
Victor II. PP. 171. *seq.* 174.
Victor PP. III. e genere Pr. Langob. 101. 173. 175.
Urſus puer Ben. Pr. 27.
Waimarius I. Sal. Pr. 8.
Waim. II. ibi. Waim. III. 12.
Waim. IV. 13.
Wido I. Sal. Pr. 12.
Wido II. 13.
Vulturnus, etiam Caſilinus appellat. 250.

Z

Zoto I. Dux Benev. 5. 16. 21. 33. 200. *seq.*

2

32-430

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

CD56409674
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google